Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
II
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex Biblioth. de Roraß

Digitized by Google

605147 Racc. V. H. 34

TRACTATVS
DE NVMERATIONE PERSONARVM PER FOCOS, SEV FAMILIAS, IN VNIVERSITATIBVS REGNI,

PRO

ONERVM PERSONALIVM, REALIVM, ET MISTORVM SOLVTIONE,

Ac de modo procedendi ad Diſpunctionem Iurium Regij Fiſci, & Vniuerſitatum,

Cum Inſtructionibus Regiæ Cameræ,Antiquis,& Recentioribus,ac Adnotationibus, & Decretis Generalibus eiuſdem Supremi Tribunalis,

AVCTORE

IOANNE BERNARDINO
MANERIO
I.C. Solertiſsimo Ciuitatis Neritoni in Salentinis.

Opus, à nemine hucuſque tentatum,

In quo continentur huius Regni Perſonæ, tam immunes, quàm Tributis, & Collectis obnoxiæ.

Acceſſit Index locupletiſſimus rerum memorabilium, quæ in Opere continentur,

INDVSTRIA AGNELLI-ALEXI DE BLASIO
LL. & S. Teoſophiæ Profeſſoris.



NEAPOLI, M.DC.XCVII.
Ex Typographia Caroli Porpora, & Io: Dominici Petriboni.

SVPERIORVM PERMISSV.

EXPENSIS CAROLI PORPORA.

Digitized by Google

Digitized by Google

INGENVO, ET PERITO LECTORI.

Ecce prodit in lucem, Amice Lector, Tractatus de Numeratione Foculariorum, ſeu de Iure Perſonarum, quæ ſtatutis temporibus deſcribuntur per domos, & familias in ſingulis Regni Ciuitatibus, & Oppidis, iuxta Sanctiones Regis Alphonſi Primi Aragonei, ad inſtar Deſcriptionis Hæbreorum, & Romanorum in vaſtiſſimo eorum Imperio, pro publicis penſitationibus ſubditorũ, quas debent potentiſſimo noſtro Monarchæ; Vnde Ius publicum Regni noſtri in eo continetur, & in multis Iuri Cõmuni vniforme, ab Inſtructionibus, & decretis Regiæ Cameræ Summariæ in ordine redactum: Illius argumentum laborioſum, & peregrinum, tum quia à nemine ex noſtris in trutina poſitum, tum quia apud illos, tantùm per tranſennam, aliqua illius dubia videntur enodata. Hunc exarare cœpi poſt reditum ab inclyta Partenopea Ciuitate, ad quã Anno 1673. *me contuli ad tuendum iura in multis cauſis Ciuitatis Neritinæ in Salentinis, dulciſſimæ, & dilectiſſimæ patriæ meæ, & præcipuè illam Reclamationis occaſione grauaminum Numerationis Anni* 1662. *quæ agebatur in Regia Camera coram ſapientiſſimis Præſidentibus. Hunc meum primum informem, ad inſtar embrionis, partum deliteſcere, immò extingui potiùs, quàm tibi inſpiciendum proponere, exiſtimabam: optima quippe ratione, quia non egregium, nec clari ſcriptoris, iuſtum Sapientum iudicium expauebam, eò fortiùs, quia admodum difficilè eſt ex typis aliquam ſibi gloriam quærere ex infinitis propemodum voluminibus, editis in omni ſcientia, & præcipuè in Legali pro qua libris ple[illegible] ſunt omnia, & noſtri ſeculi guſtus vſque adeo delicatus, aut moroſus, vt omnia, vel reſpuat aſpernando, vel in dubium reuocando faſtidiat; Sed amicorum impulſu, qui nec in meliorem formam ipſum reducere paſſi ſunt, propoſitum mutare ſum coactus; ne mireris ergo, ſi elocutio ſit ſimplex, & intellectu facilis, aut in eo quamplurimi contineantur errores, quia primum condonabis, memor, quod nil refert, ſi vna ſententia graſſiori ſtylo, vel potiùs grauiſſimis verbis proferatur; Siquidem vt inquit* Sen. epiſt. 75. ad Lucill. *In ſcientiarum tractatu non multum impenſis verbis impendere oportet;* & Horat.

Ornati res ipſa negat contenta doceri.

Secundum quia hoc etiam euenit ſapientiſſimis Scriptoribus, ex incuria Typographorum: ſi tamen à Iuris principijs declinauero, veniam, non ætatis, ſed errorum meorum, à te ſpero impetrandam: neque enim ægrè fero, aut recuſo reprehendi, dummodo habeam Iudicem artis artificem, aut quos meliora proferentes, eorum beneficio Tractatus in melius producatur, & ſaniorem habeat doctrinam; Siquidem ferendi non ſunt, qui nil habent de ſuo, quod tribuant, niſi reprehenſiones, vel qui nudo tantùm contradicendi ſtudio, potiùs rixas excitare, quàm docere intendunt, quos optimè redarguit Poeta:

In te conuertas oculos, qui deſpicis omnes,
Et te, dum cunctis detrahis, inſpicias.

Tu igitur, ſapientiſſime Lector, & rerum iuſtus exiſtimator, ſi aliquid boni reperies, gratias Deo Optimo Maximo referas; ſi verò mali, humanæ refundas imbecillitati. Vale, atque iterum vale, & Charitatis igne refoue imbecilles ſpiritus meos.

EMI-

Digitized by Google

Digitized by Google

V I R O

NOBILISSIMO, MAGNIFICO, ATQVE CONSVLTISSIMO

D O M I N O

P E T R O F V S C O

JCto ſummo, Sereniſsimi,ac Potentiſsimi Regis Noſtri Catholici,in Senatu, quem aiunt, S.Claræ,Conſiliario grauiſsimo.

AVdaciter quidem,at non temerè præſens opus Ampliſſimo Nomini Tuo defero,Vir Clariſſime: audaciter, inquam; tanto enim Viro leuidenſe munuſculum offerre perfrictæ quid olet frontis: non autem temerè, qualecunque munus eſt offerò. Noua quippe Legalis diſciplinæ lucubratio, huius æui Iuriſprudentium facilè Principem decet quammaximè. Immo audaciter, ac temerè de Te ſenſiſſem ſi repedaſſem: ſingularis etenim Virtus Tua, animum offerentis non munera oblata magnipendit. Superis conſona, qui promptam, ac ſynceram Aniculæ voluntatem, Regum pretioſioribus offerumentis præferunt, atque præoptant. At quid ego de hac propè diuina animi Tui ſynceritate demens effutio? Non hæc defunctoriè laudanda, neque vulgaris calami argumentum. Pleniſſimam cuique de literis benemerito Hiſtoriæ, Poematiſque materiam præbere poteſt, vt iam omnium per ora volitat. Hæc iamdudum debitos ſibi honores, honori ſibi ducit mordicus declinaſſe, ni dicam odiſſe. Hæc Te, quod rarum, Philoſophum in foro prædicat. Hæc magnis Cæſaribus æqualem facit, ac viuum inter Heroas adnumerat. Immo ſupra Heroum virtutem aſſurgit: nullis irretita pręmijs, nullis erecta plauſibus,nullis mutata honoribus. Hæc,ſe ſola contenta,omnium virtutum laudes in vnius virtutis laudem coadunat: vt meritò, quæ de ea Claudianus cecinit,nunc dicere valeamus:

Ipſa quidem Virtus pretium ſibi: ſolaque latè
Fortunæ ſecura nitet, nec faſcibus vllis Cl.Claud. de Conſul. Mall. Theo.
Erigitur, plauſuue petit, clareſcere Vulgi.

Nunquam alia,ſemper eadem;vt vnde cœpit, eò deſinat,ad Geometrici normam circuli, cuius principium, idem & finis eſt: Namque, vt cum eodem Poeta,loquar:

— *Talem te protinus anni*
Formavere rudes, & dignum vita curuli,
Traxit iter; primæq; ſines ceſſere iuuentæ. Id.ibid.

a Va-

Valeant, qui nullo animi honeſtamento prædit, inuitis, vt aiunt, Gratijs nati, quemadmodum Canes Odori, honores venantur, vt lacerent, dignitatibus inhiant, vt fœdè diuexent: indigni qui homines dicantur: Nam ad hominum perniciem malè eruditi, quæ humanum genus à Brutorum genere ſecernunt minus ducentes, auri ſacræ famis compulſamento perciti, Brutis deteriores euadunt. Non ego hic, lactandi animi Tui gratia, vt compluſculi è palponum grege factitant, in virtutum Tuarum eo præconia; ſat enim de Te Fama, ſat de magnitudine animi Tui Roma profatur. Roma Prudentium magiſtra, & effectrix. Fama Prudentium cognitrix, atque trutinatrix. Harum Tu certo iudicio, hominem agis omni prorſus parte abſolutiſſimum. Te Religio, Te Iuſtitia ſuum prædicat. Te ſuum Neapolis dulce decus gratulabunda iactitat. Te magnum Themidos incrementum, Te labentis ſeculi columen, ac veteris illius ſimplicitatis, ad quam enixè ſuos hortabatur Democritus, Aſſertorem dicit, Bonorum omnium cœtus. At fruſtra parum, vbi plurimum nihil. Patere ergo, vt ſub Tuo Nomine publicem, Tibique nuncupatim dedicem Librum hunc; vt me inter poſtremos Famulitij Tui adſcriptum dictitem. Face, vt tanto fermè ebriulatus honore, plenioribus buccis Tibi lætus, ac lubens laudes agam, dummodo paupertinum ſufficiat ingenium. Voluntatem interim erga Te meam, qua es humanitate, æqui bonique conſule, ac vale. Dab. Neap. in noſtro Bibliopolio d. 2. Ian. 1697.

Nobiliſſimæ Tuæ Magnificentiæ

Deuotiſſimus Cultor
Carolus Porpora.

Digitized by Google

TRACTATVS
DE NVMERATIONE
PERSONARVM
PER FOCOS, SEV FAMILIAS, &c.

AVCTORE

V. I. D. IOANNE BERNARDINO MANERIO.

SVMMARIVM.

1 *Nullus finis componendi libros. Et ratio, num. 2.*
3 *Natura humana ſemper mutatur.*
4 *Diuerſitas opinionum in omni ſcientia. Et quidem in iuriſprudentia num. 6.*
5 *Hypocrates artem appellauit longam.*
7 *Iuſtiniani Edictum violatum quoad interpetrationem Iuris.*
8 *Difficultas in iure in conſulendo, & decidendo, ob varietatem opinionum.*
9 *Sapiens errores, & conſiliorum difficultates noſcit.*
10 *In omni æuo adeſt via ſcribendi, & inquirendi veritatem.*
11 *Doctores, tam antiqui, quàm moderni, multa in iure compoſuerunt.*
12 *Auctoris ratio de compoſitione huius Tractatus, & de eius Vtilitate.*

PRAEFATIO.

1 FAciendi plures libros nullus eſt finis, vt habetur *Eccleſiaſt. c. 12.* hoc humana imperfectione cauſante; eius nanque conditio in
2 infinitum ſemper decurrit. Animus nunquam quieſcit, & ob eius inconſtantiam ſemper æger correctione, vt noſter Imperator in *Auth. quibus modis nat. efficiant legit. & in l. 2. §. ſed quia, C. de veter. iur. enucl.* quia ſæpius mutatur in deterius, licèt aliquando in
3 melius, vnde adagium: *Mutan. tempora, mutantur mores, & nihil ſub Sole firmum*, & Tacit. *lib. 3. annal.* his verbis confirmat: *Niſi fortè rebus cunctis ineſt quiddam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.*
4 Hoc experitur Reſpublica litteraria in omni ſcientia; hinc Diuinus Hypocrates *1. aphoriſ.* longam appellauit ar-
5 tem: eninuerò in qua ſcientia opinionum tempeſtas ingenium non aggreditur? & aggreſſum non ſubuertit? Vbi res tam clara, vt aliquam ſolicitam non accipiat dubitationem? Hoc
6 potiſſimum in noſtra Iuriſprudentia, & priùs in perennibus illis legum Fontibus, qui, ſiue interpetrationem legum 12. Tabul. ſiue Edictorum, aut alrerius Romani Iuris interpetrationem aggredientes, in diuerſas abierunt claſſes, quorum primi Ateius, Capito, Antiſtius, Labeo, deinde Sabinus, Nerua, Caſſius, Longinus, & Proculus; hinc eorum ſectatores Caſſiani, Sabiniani, & Proco-
7 leani appellati, *l. 1. ff. de orig. iur.* Cui malo in caſſum, licèt exquiſitiſſima diligentia, noſter Iuſtinianus occurrere perpetuo tentauit Edicto: nam repreſſa exitialis opinionum varietas, rurſus miras per artes erumpebat; tam à priſcis, quàm à Neotericis, & politioris litteraturæ Interpetribus (tanta eſt hominum contradicendi libido, æmulatione, pretio, oſtentatione, iactantia, gloria-
8 que ad poſteros) taliter vt quid ad

præſens in iure tenendum, quid conſulendum, aut iudicandum, anceps ſit animus, ſicut exclamat de Pont. *deciſ.* 34. Plin.iun.*lib.6.pen. epiſt.*ibi: *Sequutus eſt varius euentus: nam duobus conſiliis vicimus, totidem victi ſumus; notabilis prorſus, & mira res, cadem in cauſa, iiſdem iudicibus, iiſdem aduocatis, eodem tempore tanta diuerſitas accidit, caſu quidem, ſed non vt caſus videretur*; ſimile habetur apud Teren. *in Phormion.* apud Quintilian. *in proem. orator. inſtit.* vide Add. *ad Theſaur. in proæmio deciſ. nu.*31. & confirmat noſter Imperator *in* §. *ut autem lex, authen. de non alienan. aut permutan.* ibi: *ut autem lex ad humanæ naturæ varietatem, & quod ſemper venit moderata per omnia immota permaneat (quid enim erit ſtabile inter homines, & ita immobile, vt nullam patiatur mutationem, quum omnis no-

9 ſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat?)* Sed in tanta incoſtantia nemo meliùs ſapiente ſcit, ut utar verbis Senec.*lib.4. de benefic. cap.*34. *quantum liceat errori, quàm incerta ſint humana, quàm multa conſilijs obſtent, ancipitem rerum, ac lubricam ſortem ſuſpenſus ſequitur, & conſilijs certis incertos euentus.*

10 Hinc in omni euo reſtat doctis viris ſcribendi via, & inquirendi veritatem, quæ omnibus patet, non adhuc adequatè occupata, ut idem Senec. *epiſt.*8. his præcipuis ſcripſit: *Multum adhuc reſtat operis, multunque reſtabit, nec ulli nato poſt ſecula præcludetur occaſio aliquid adiiciendi*, & Tacit. *lib.*3. *annal.* inquit: *Nec omnia apud priores meliora, ſed noſtra quoque ætas laudis, & artium imitanda poſteris tulit.*

11 Vnde non ſolùm maiores noſtri penè infinitos, ultra legum commentaria, ediderunt Tractatus, Conſilia, Controverſias, & Deciſiones; ſed etiam noſtris temporibus non deſunt decora ingenia, & doctiſſimi viri, quique optimè legentium animos aut inſtruunt, aut retinent, aut reintegrant, licèt (ut idem *Tacit. lib.*2. *annal. dum vetera tollimus recentium incurioſi*) quorum æmulatione, ipſe, licèt gregarius miles, Tractatum hunc ad præſcriptum Iuris com-

12 munis, & municipalis, Diuino fauente Numine, aggrediar, pro ingenii mei tenuitate; quæque hauſi in diſcuſſione gravaminum in Numeratione anni 1663. Patriæ meæ, & aliarum Vniverſitatum Regni, á Supremo Regiæ Cameræ Tribunali, ſecundùm Inſtructiones, & Decreta tanti Senatus, lectoribus tradam; & licèt quæ referam, parva forſitan, & levia videri, & inglorius labor, non neſcius ſim; non tamen ſine uſu erit introſpicere ea, quæ, licèt levia, à nemine tamen expcoſeſſo tractata, Reipublicæ valde conducunt, ad dignoſcendum perſonas, tributis ſubiectas, vel non, pro intereſſe, tam Regij Fiſci, quàm Vniverſitatum Regni noſtri; Et in hoc Tractatu agam *de Numeratione Perſonarum*, & in alio, favente Deo, ſi hæc in animo erunt, *de Numeratione rerum, & modo conficiendi Cataſtum, ſivè extimum*. Ideo ſit

TITVLVS PRIMVS.

Quot modis accipiatur verbum Numerare? *& de pluribus differentiis Numerationis.*

ARGVMENTVM.

Agitur, quot modis accipiatur verbum *Numerare*, & de differentia, & acceptione Numeri, & quod Atithmetica ſit neceſſaria aliis ſcientiis.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio generis præmittenda eſt ante cognitionem ſpeciei.*
2 *Differendum de ſignificatu rei.*
3 *Quid ſit* numerare?
4 *Definitio Numeri.*
5 *Vnus an ſit numerus?*
6 *Vnde dicatur numerus?*
7 *Numerus ad quid dicat relationem?*
8 *An numerus ponatur in prædicamento quantitatis?*
9 *Numerus quomodo conſideretur tranſcendentaliter?*
10 *De numeris in qua ſcientia tractetur?*

11 *Nu-*

11 *Numeralis ſcientia aliis neceſſaria.*
12 *Grammatica indiget numeris.*
13 *Sic Rethorica.*
14 *Ars Poetica.*
15 *Logica.*
16 *Philoſophia.*
17 *Metaphiſica.*
18 *Theologia.*
19 *Medicina.*
20 *Coſmographia, & Geographia.*
21 *Hiſtoria.*
22 *Iuris Prudentia.*
23 *Numerus alius par, alius impar.*
24 *Facilius agitur numero impari.*
25 *De numero perfecto.*
26 *De numero ſeptenario, & quaternario.*
27 *Quando numerus pluralis reſoluatur in ſingularem?*
28 *Numerus quot modis accipiatur?*
29 *Numerus refertur ad omne ens creatum materiale, & in eo includuntur perſonæ, etiam collectivè acceptæ.*
30 *Priùs de perſonis in iure agitur, poſteà de rebus, & ratio aſſertur.*

1 IVxta monitum Vlpian. *in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & in l. 1. ff. ſi cert. petat.* præmittenda eſt cognitio generis, antequam ad illam ſpeciei deveniatur.

2 Nec non de ſignificatu rei differendum, ex præcepto Cicer. *2. de offic.* meritò ponitur hic Titulus.

3 Numerare idem eſt, ac per numeros metiri; Vnde illud Virgil. *eglog. 3. Biſque die numerant ambo pecus, alter & hædos.*

4 Numerus definitur ut ſit *collectio unitatum*, ſecundùm Cicer. *de ſomn. Scip.* & eſt communis apud Philoſophos, & Arithmeticos.

5 Vnde à definitione excluditur unus, qui non eſt numerus, ſed principium numeri.

6 Et dicitur numerus à *nominando*; quia per eum ſingula, vel plurima nomina oſtenduntur; vel à *numerando*, aut à *Numeria* Dea, vel à *Numa Pompilio*, qui numerum adinvenit: vel quaſi *nummorum Ritus*, vt noſter Lucas de Pen. *in in l ſuſceptores, Cod. de ſuſcept. lib.* 10. vide Archid. *in proœm. lib. 6. decretal. Io:* Andr. & Cardin. *ibidem.*

7 Plura Numerus agnoſcit corpora vſque ad decimum, vt communiter Arithmetici: Et dicit relationem ad omne numerabile, vt eſt omne ens creatum corporeum, & eſt de tertio ordine relationum, ſecundùm Ariſtot. *in Metaph. cap.* 15. Divum Th. *quæſt. 7. de poten. art. 9.* Scot. 8. *Metaph. quæſt.* 13. & eſt quantitas

8 diſcreta, licèt, ſecundùm ſe acceptus, non conſtituat veram ſpeciem quantitatis, differentem a continua: quia, cùm quantitas ſit de decẽ Prædicamentis, ad hoc vt ſub illis ponatur, debet eſſe per ſe vnũ, quod non eſt in quantitate diſcontinua; & quidem Numerus, & continuum in quantitate non differunt, niſi ſicut unum, & plura: Numerus enim ex diviſione continui fit, & ſicut unum, & plura alba non differunt ſpecie in accidente, ſic numerus, & continuum in quantitate, vt rectè Ponc. *diſp. 14. log. qu.* 4. & Maſtr. *in log. diſp. 7. qu. 2. art. 1. n. 96.* & à dicto prædicamento non excluduntur entia ſucceſſiva, ut tempus, motus, & cetera.

9 Si tamen Numerus accipiatur traſcendentaliter, comprehendit ſubſtantias ſpirituales, quales ſunt Angeli, habitus, & actus morales; unde numeramus Angelorum Choros, Dona Spiritus Sãcti, Gratias, Virtutes, &c.

10 De numeris, & computandi ratione tractat Arithmetica, quæ *ſcientia numeralis* dicitur, primas inter ſcientias

11 Mathematicas obtinens: & non ſolùm Muſica, Geometria, & Aſtronomia, hujus indigẽt auxilio, teſte Pliu. *lib. 25. natur. hiſtor.* verum etiam omnes ſcientiæ, & artes liberales.

12 Et profectò Grammatica per numeros ſuos tradit regulas, & rudimenta: ſingularem ſcilicet, & pluralem; numerat perſonas, nomina, verba, caſus, tempora, aliaſque partes Orationis.

13 Sic ars Oratoria, ſeu Rhetorica, partes orationis, oratori neceſſarias, cauſarum genera, Tropos, verborum, ſententiarumque figuras, & ſimilia, de quibus Ariſt. *loc. cit.* Quintilian. & alij.

14 Numerat Ars Poetica, ſuæ Arithmetricæ ope, cùm pedes, longos, & breves, tũ verſuum naturam, & diverſitatem.

15 Numerat Logica terminos,propoſitiones, ſylogiſmos, eorunque figuras, euria rationis, prædicabilia, prædicamenta, fallacias, &c.

16 Numerat Philoſophia principia, & cauſas rerum naturalium, prædicamenta, elementa, Cælos, eorunque motus.

17 Numerat Metaphiſica formalitates,& eſſentias rerum, abſtractas á materia.

18 Numerat Theologia Divinæ Eſſentiæ attributa, Choros Angelorum, gradus Gloriæ,Sacramenta novæ,& antiquæLegis, fructus, & dona Spiritus Sancti, peccatorum genera, eorunque circunſtantias,præcepta Eccleſiæ,&c.

19 Numerat Medicina ſingulas humani corporis partes, morborum genera, eorunque ſyntomata, medicamentorum ſpecies, dies,pares, & impares, quibus multum tribuit,quicquid dicat Martin. del rio *diſquiſit magic.lib.*1.*q.*2.Dies decretorios,&c.

20 Numerat Coſmographia omnia Elementa, eorunque ſingulas partes, & Geographia ſingulas Orbis partes, Regna, Provincias, & Ciuitates, Polos, & Gradus.

21 Sic Hiſtoria Annos, & Dies per Olimpiades, Tribunos,& Conſules, per Inditiones, & eras, per kalendas, per Dominicam Incarnationem, Natiuitatem, & Circuncifionem, latè Couar. *lib. var. cap.*12.*n.*3. & Sancta Rom. Eccleſia ſuum habet Computum Eccleſiaſticum.

22 Numerat denique noſtra Iuriſprudentia perſonas, earunque differentias, & qualitates, actionum, & delictorum genera,contractus, & ultimas voluntates, gradus conſanguinitatis, & affinitatis, ſervitutes feudorum, genera, & differentias,&c.Immo hæc ſcientia eſt apprimè juris peritis neceſſaria, & habemus titulum Codicis,*ubi de ratiocin.agi oport.* & titulum Cod. *de error. calc.* & adſunt integri tractatus DD.ut Excobar.*de ratiocin.*Vincētij Placentini *de menſ.*Aior. *de partition.*Coſta *de port.rata*,Almen.*in analypſ.excellent. in jure numeri quinarii*, & agunt DD. *in l. divortio, ff.ſoluto matr.& in l. hæreditatum ff. ad l.falcid.* & numeramus pariter nos in hoc Tractatu focularia,& perſonas,ſub Principis dictione exiſtentes.

23 Numerus pariter alius dicitur par, alius impar; impar fortior eſt ſecundùm Macrobium; ideoq,Arithmetici vocant incorruptibilem; Vnde Poeta:

---- *Numero Deus impare gaudet.*

24 Et in iure faciliùs agitur aliquid ſub impari numero,*l. item ſi unus,ff.de recep. arbitr.cap.*1.*eodem tit.cap.prudentia,de officio deleg.*

25 De numumero perfecto agit Ioannes Andreas *in proæm.lib.*6.*decretal.*

26 De numero ſeptenario,& quaternario tractatur *in cap.non debet,de conſanguin. & affinit. cap.*1.*de celebr. Miſſar. cap.*1. 25. *diſtinct.* de numero quinquenario agit *Almeid in tract.cit.* vide Lucam de Penna *in l.nepotes, Cod. de his, qui num. liberor.lib.*10.Dom.Conſ.Petr.*Rit.M.C.* 270.*num.*27.*&* 77.

27 E quando numerus pluralis reſoluatur in ſingularem,& in quibus caſibus?vide Tex. & *DD. in l.hæredes mei, §. cùm ita ff.ad Trebellian.in l.ultim. Cod. de impuber.& aliis ſubſtit.& in l.is qui ducenta, §.ſed utrum ff. de reb.dub.*

28 Et quia diximus,Numerum dicere relationem ad omne ens creatum numerabile,ita variè ſecundùm terminos, ad quos refertur, *Numerare* aliquando accipitur pro *cenſere*, ſic intelligitur Cicero 3. *in Verr.* ubi ait: *qui collega prope numerabatur*: In *nullo numerare* accipitur *pro nihil agere*, Teſte Cic. *qui voluptatem*,dicente, *nullo loco numerat.* Aliquando numerus accipitur pro menſura,Cic.*lib.*3.*de offic.*ibi:*magnū frumenti numerum adduxerint;*Interdum pro *Armonai*, *Virg.*5.*egl.*

------*Numeros memini,ſi verba tenerem.*

Aliquando pro *ratione*, ut idem *Cic. lib.*2.*de offic.*dixit *compoſiti numeros in turmas.*

Aliquando pro *ſocietate*, idem Cic. *epiſt.*13. ibi: *quo in numero ego ſum.*

Aliquando denotat ordinem Plin. *in epiſtol. neque adhuc nomen in numeros relatum eſt*. Hinc milites *in numeros* relatos dicimus. Primum in ordine, *l.*1.*Cod de re milit.lib.*12.vide Alciat. *lib.*1. *Parerg.* 26.accipitur etiā pro honore,*quo numero fuiſti*,dixitCic.2.*Philip*

Sic.

Sic *numero haberi pro æſtimari*, Cic. *lib. 3. de orat.* ubi ait: *Sine hoc ſummus orator eſſe in numero nullo modo poteſt*. Et denique denotat *perfectionem*, Plin. *epiſt.* 215. ibi: *Legi librum omni numero abſolutum*; vide latè Archidiac. Io. Andr. & Cardin. *in Proœmio lib. 6 decretal.*

29 Et hinc, ut diximus, quia numerus dicit relationem ad omne ens creatum materiale, ideo homines, & bona veniunt ſub Numero, & Numeratione, de quibus in noſtro Tractatu: Numerantur enim perſonæ ſubiectæ, ut ſub tributo redigantur pro Reipublicæ, & Regis ſubventione, & recto gubernio, ſive de Democratico, ſive de Ariſtocratico, ſive de Monarchico intelligamus. Ideo dicitur Numerario per Familias, ſeu Focularia, quia poſſunt deſcribi plures perſonæ per modum unius, magis, & minus principaliter, ut infra; Et numerantur etiam res per deſcriptionem in libro æxtimi, per appretium, & numerationem diſtinctam, per confinia territorii, ex Tex. *in l. ſuſceptores, Cod. de ſuſcept. præpoſit. lib.* 10. ibi: *Suſceptores præſentibus defenſoribus, & modum ſubiugationis, modum poſſeſſorum, & ſpecies ſingulas, & eorum numerum, quantitatenq; reſcribant.*

30 Et quia juris ratio expoſtulat, ut prius de Perſonis, tanquam dignioribus, poſtea de rebus, agatur, iuxta ordinem Imperatoris noſtri in *Inſtitutionibus*, & Caij I.C. *in l. 1. ff. de ſtatu homin.* vel quia incongruum eſt, priùs de iure agere, & perſonas, quarum cauſa coſtitutum eſt, ignorare; Ideo in hoc priori Tractatu agendum eſt de Perſonis numerandis, & earum qualitate, & differentia, in ſecundo verò, Deo favente, de Numeratione Bonorum.

TITVLVS SECVNDVS.

De Origine Numerationis.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc titulo de origine Numerationis Perſonarum, tam ſigillatim, quàm collectivè, & per familias, & quomodo concipiebatur antiquis, & modernis temporibus: & de ejus ratione, fine, & effectu; & à quibus Nationibus inſtituta, & potiſſimùm in Regno Neapolitano; & adducuntur DD. qui de Numeratione agunt.

SVMMARIVM.

1 *In omni ſcientia debet inquiri origo, & cauſa.*
2 *Numeratio Perſonarum antiquiſſima, & tempore hæbraici populi.*
3 *Tribus unde dicatur? & quod numeratio ſit de jure Divino, & à pluribus Nationibus inſtituta.*
4 *Numerationis principium apud Romanos.*
5 *Numeratio redacta ad meliorem formam à Servio Tullio, & quot cives numerati?*
6 *Ex Numeratione Romana quiſque civis Romanus effectus.*
7 *Seruus, deſcriptus in Cenſorijs tabulis, conſequebatur libertatem.*
8 *Numeratio fiebat quolibet luſtro, & exactio tributi dicebatur luſtralis cenſus, & qui deſcribebantur in cenſorijs tabulis?*
9 *Reiicitur opinio de prima Numeratione hebræorum.*
10 *De deſcriptione facta ab Auguſto, de qua in* Evangelio Luc. 2.
11 *Initium Indictionum.*
12 *Cives Romani ex cenſuatione.*
13 *Forma Numerationis Auguſti.*
14 *In numeratione Auguſti quid numeratum?*
15 *De ampliatione Imperij tempore Auguſti Cæſaris.*
16 *Status Reipublicæ Romanæ poſt Auguſtum.*
17 *Numeratio in quibus locis in iure habetur?*
18 *Status Regni Neapolitani, & modus exigendi Collectas.*
19 *Origo numerandi in Regno per focularia, ſeu fumantes à Sereniſſimo Alphonſo primo Rege Aragonio.*
20 *Quot poſt annos fiat numeratio in Regno?*
21 *De Praxi temporis nova Numerationis.*
22 *DD. de Numeratione foculariorū agētes.*

1 In-

1 INconcuſſus ſanè, & ſumma ratione, Diuinarum, & humanarum rerum Scriptoribus, cuiuſcunque materiæ tractatum aggredientibus, ſeruatus extitit ordo, originem, & cauſas exquirendi; & quidē in omni ſcientia principium in cauſa eſt perfectæ notitiæ, Cic. 1. *Thuſc. & in ſon. Scip.* hunc benè obſeruauit Sacer Hiſtoricus, qui à principio Creationis ſumpſit exordiū, *Geneſ.* 1. Theologorum Antiſtes *in ſua Euangelica Hiſtoria* ab æterna Verbi generatione incępit, Ioan. *cap.* 1. ſic Liui *in Hiſtor. Roman.* à primordio Vrbis, ſic Alicarnaſ. Diodor. Sicul. & Tacit. *lib.* 1. *annal.* ſic Peripatheticæ Sectæ Princeps Philoſophiæ tractatum inſtituit *text.* 1. ibi: *Tunc enim vnanquanque rem ſcire putamus, cùm cauſas primas, principiaque prima, & vſque ad elementa cognoſcimus*; Et tandem hunc ordinem Caium, & Pompon. I.C.C. tenuiſſe comperimus; primus .n. interpretationē ll. 12. Tabularū agrediens, ab Vrbis initijs exorditur, ibi: *Neceſſarium ab Vrbis initijs repetendum exiſtimaui*; ſecundus *lib. ſingul. enchyr.* ibi: *Neceſſarium itaque nobis videtur, ipſius Iuris originem, atque progreſſum demonſtrare, &c. l. 1. & 2. ff. de origin. Iur.* & hinc deducitur axioma á noſtris, originem cuiuſcunque rei, & cauſas ſpectandas, *l. 8. ff. mandat. l. 1. § ſi ſeruus, ff. depoſit. l. nam origo, ff. quod vi, aut clam, l. 1. §. non ſolùm, ff. depoſit. l. 12. ff. ad Macedon. l. 3. §. ſcio, ff. de minor. l. tutor, ff. de fide inſtr.* vbi DD. Roland. *conſ. 76. nu. 10. lib. 3.* Frecc. *de ſubfeudis in præfat.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæſt.* 80. *num.* 105. Valenzuol. *conſ. 19. num. 3. & conſ. 33. num.* 117. Gratian. *diſcept.* 202. *num.* 11.

2 Numeratio Perſonarum antiquiſſima eſt, & quaſi ab initio naſcentis Orbis, cùm cępiſſent homines multiplicari ſuper terram, diſtingui rerum dominia, Ciuitates, & Regna introduci, & primus, qui ædificauit Vrbes, fuit Cain, vel (vt alij volunt) Enoch, teſtibus Ioſeph hebr. *lib. 1. antiquitatum*, Freculf. *lib. 1. Clarotic. tom. 1. cap. 9.* ad finem, vt vnuſquiſque debita obſequia ſuo Principi, & tributa penderet, DD. *in l. ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. l. 2. ff. de orig. iur.* latè Caſſan. *in Cathal. Glor. Mund. p. 5. conſideration. 1.* & probatur ex *cap. 10. & 11. Geneſ.* & meliùs in *lib. Numer.* in quo hebræorū Numeratio ex duodecim Tribubus Iſrael præcipiente Domino Moyſi legitur luculenter, *Numer.* 1. ibi: *Tollite ſummam vniuerſæ Congregationis filiorum Iſrael per cognationes, & domos ſuas, et nomina ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini, à vigeſimo anno, & ſupra, omnium virorum fortium ex Iſrael, & numerabitis eos per turmas ſuas, Tu, & Aron, &c. quorum iſta ſunt nomina, &c.* Sicque fuit exequutum per dictos Numeratores, à Domino electos, ibi: *& congregauerunt primo die menſis ſecundi, recenſentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina ſingulorum à vigeſimo anno, & ſupra, ſicut præceperat Dominus Moyſi, numeratiæ ſunt in Deſerto Sinai.* Et ab hac Numeratione excæpit Dominus Tribum Læui, ex quo erat Sacerdotum, ibi: *Loquutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Tribum Læui noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filijs Iſrael*, idem habetur 2. *Reg. cap.* 24.

3 Et per Numerationem Tribuum fuit *tributum* appellatum, vt infra; & ex his deducitur, Numerationem fuiſſe de Iure Diuino poſitiuo, ac etiam de iure gentium, ferè ab omnibus Nationibus cognita, vt apud Hiſtoricos videre eſt, ſic Athenenienſes numeraſſe legimus, & cæteras Nationes Orientales, apud Plutar. *in Theſ.* Tucid. *lib.* 2. Cic. *lib. 2. de legibus*, & alios, Couarr. *lib. 4. variar. cap.* 1. Sed quia Romanorum iure vtimur, à Numeratione Vrbis incipiemus.

4 Romulus primus Romanorum Rex cæpit Vrbem numerare, & agros diuidere in tres partes, & ex ea portione, nomen *Tribus* deuenit, iuxta Marc. Varr. *lib. 4. de lingua Latina*, Alicarnaſ. *lib. 2. antiquit.* Plutar. *in Romul.* Columel. *lib. 5. cap.* 1. Plin. *lib. 18. cap.* 2.

5 Sed ad meliorem formam, aucto Populo Romano, Numerationem redegit Seruius Tullius, ſextus Romanorum Rex, anno Mundi 3350. & Vrbis 83. diuidendo Ciuitatem per Tribus, qua-

tuor

tuor ſcilicet Vrbanas, vnam & triginta Ruſticas: & numerando capita ciuium in Cenſorijs Tabulis, ad finem exigendi capitationem, & tributa, pro Reipublicæ defenſione, teſte Liui *lib. 1. Hiſtor. decad. 1. littera C.* ibi: *Cenſum enim inſtituit* (loquitur de Seruio) *rem ſaluberrimã tanto futuro Imperio, ex quo belli, paciſq; munia non viritim, vt ante* (loquitur de tẽporibus Romuli, & aliorum Regũ) *Sed pro habitu perſonarum fierent; & diuiſit Vrbem in quatuor Regiones per Tribus, & indixit Tributum*, &c. & inferiùs *loc. cit. lit. O.* ibi: *Quatrifariam enim Vrbe diuiſa, regionibus, collibuſque, quæ inhabitabantur partes, Tribus eas appellauit, vt ego arbitror à Tributo: nam eius quoq; æqualiter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt*; Idem habetur *lib. 2. & 6.* Plin. *vbi ſupra*, Petrus Victorin. *lib. 16. variar. lect. cap. 24.* & Couar. *loc. cit.* & in vna numeratione 8004700. capita Ciuium in Cenſorijs Tabulis fuerunt adſcripta, ſi Alicarnaſſeo *lib. 4. antiquit. cap. 26.* & Beſol. *in compend. Hiſtor. vniuerſ. cap. 14.* fidem præſtamus, & anno ab Vrbe condita 289. T. Quint. & Quint. Fab. Conſſ. centum viginti quatuor millia biſcentum, & quatuordecim capita ciuium fuerunt numerata, præter orbos, & orbas, cenſus auctus, & luſtrum inſtitutum, Liui *lib. 3. Hiſtor. decad. 1. fol. mihi* 23. & anno 295. Quint. Fab. Tribulan. & L. Cornel. Maluciẽſ. conſſ. 132429. fuerunt numerata, Liui. *loc. cit. fol. mihi 26. à ter. lit. D.* & Numeratores à *Cenſu Cenſores* fuerunt appellati, Liui. *lib. 5. decad. 5.* Luc. Flor. in *epit. lib. 19.*

6 Ex hac deſcriptione quiſque ciuis Romanus efficiebatur, vt Dioniſ. *loc. cit.* Luc. Flor. in *epitom. lib. 20. cap. 14.* licèt non quo ad omnia, Sueton. *in Auguſt. cap. 40.* Volfang. *de Republic. Roman. lib. 12. cap. 1.* Couarr. *loc. cit. num. 11.* Valenz. *conſ. 200. num. 2.* licèt latiſſimè Iuſtinianus omnia priuilegia ciuium deſcriptis in Cenſorijs Tabulis fuerit elargitus, *authent. vt liberti de cætero, coll. 6.*

7 Hinc inter alios manumittendi modos, plenanque libertatem conſequendi, præcipuus fuit ille per deſcriptionem in Cenſorijs Tabulis, ſeu per cenſuationem, Iuſtinian. *in §. ſerui, Inſtitut. de libertin.* Vlpian. *in fragmen. tit. 1.* Cic. *de orat. & in Topic.* Sicon. *libr. 1. antiquitat. Iuris Ciu. Romanorum, cap. 6.* Alciat. *lib. 1. Parergon. cap. 16.* latè Couar. *loc. cit.*

8 Quolibet autem luſtro fiebat hæc deſcriptio, vnde exactio tributi *luſtralis, cenſus* dicebatur, vt Alicarnaſ. Tit. Liu. *loc. citat. & alibi*; & exigebatur per familias, ſeu per fumantes, ſi credimus Regenti de Ponte *de exact. fiſcal. §. 8. num. 33. & 35.* Rouit. *in prag. 1. de exaction. fiſcal. num. 1.* Rodrig. *de priuileg. creditor. p. 1. art. 5. nu. 16.* Maroit. *de Bonatenen. cap. 3. nu. 8.* & colligitur ex Text. *in l. ſi pendentes, §. ſi quid Cloacarij, ff. de vſufructu, l. ſi functiones, Cod. de donat. l. ſi minor, ff. de action. empti.*

Deſcribebãtur verò, vt diximus, non ſolùm Ciues, & habitantes in Vrbe, ſed etiam Prouinciales, Populo Romano ſubiecti, vt fuerũt hebræi, primo ſub iugo à Pompeio redacti, conſulib. Cic. & Marc. Anton. vt ille teſtatur in *Oratione pro Flacc.* Ioſeph hebr. *antiquit. lib. 14. cap. 8.* Diuus Hieronym. *in Daniel.* & non ſolùm Iudea, ſed tota Syriæ Regio deſcripta, & effecta tributaria exitit, Iul. Cæſ. *de Bello Ciuili lib. 3.* à Præſidibus, ad cenſendum, & numerandum miſſis, quales fuerunt Cabrilius, Caſſius, & alij, Dion. *Hiſt. Rom. lib. 39.* Ioſeph hebr. *loc. cit.* Cenſorin. *de Die Natiuitatis, cap. 15.* & ex Epiphanio, & alijs tradit Cardin. Baron. *in præfation. ad Annal. Eccleſiaſt. fol. mihi* 55 & de his agit Accurſ. *in l. 1. Cod. de apoc. public. lib. 10. verb. deſcriptiones*, Caſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. de iuſtices, §. 4. num. 12. column. 4.* & meminit Vlpian. *in l. 1. §. qui in fraudem, ff. de vacat. & excuſat. muner.* ibi: *Qui in Ciuitate numerabantur.*

9 Ex quibus conſtat, quantùm aliqui fuerint allucinati, putantes, primam Deſcriptionẽ hebræorum fuiſſe ordinatam à Cæſare Auguſto, de qua in Euangel. *Lucæ 2.* ibi: *In diebus illis exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus Orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Syrio Cirino, & ibant omnes, vt profiterentur ſinguli in ſuam Ciuitatem.*

10 Ve-

Digitized by Google

10 Verum tamen eſt, quod illa deſcriptio, ordinata ab Auguſto, præcipua fuit, & vniuerſalis, Caio Antiſtio, & Lælio Balbo Conſulibus, anno ante Saluatoris Natiuitatem tertio, vt teſtantur Dion. *lib.*55. Alciat. *lib.*8. *Parergon*; & deinde in principio eius Sanctiſſimæ Natiuitatis exequutioni demandata, Alciat. *loc. cit.* Caſſiodor. *lib.*3. *epiſt.*52. Aul. Oroſc. *lib.*6. *cap.*20. Epiſcopus Gerundenſ. *lib.* 10. *Paralypom. Vni. Hiſpan. cap. final.* Anton. Queſada *cap.* 17. & alij apud Valenzuol. *loc. cit. nu.*9. & habuit initium à Iudea, tanquam exiſtente in medio Orbis, & dicta fuit prima à Cirino, ad differentiam ſecundæ deſcriptionis eiuſdem, vt benè Cardin. Baron. *loc. cit.* Hinc nauque Cirinus, ſeu Quirinus, poſt obitum Caij Cæſaris, cui fuit datus coadiutor à Tiberio ad adminiſtrandam Syriam, vt refert Tacit. *lib.*3. *annal.* toti Prouinciæ præfuit per multos annos, & bis eam numerauit, electus vnus ex viginti Cenſoribus pro dicta Prouincia, quam deſcripſit cum Saluatore Mundi, Beatiſſima Virgine, & Sanctiſſimo eius Sponſo, in Cenſorijs Tabulis, vt communiter Expoſitores *in dicto loco Euangelij*, & referunt Iuſtin. Mart. *in oratione ad Antoninum Pium*, Cirill. *in Iulian. lib.*6. Gloſſel. *in princip. Inſtit. verſ. Cæſar.* & Gloſ. *in extrauagant. ad reprimendum, verſ. totius, & verſ. ſubiectæ.*

11 Hinc primò colligitur, Indictiones habuiſſe initium ante triennium Saluatoris, vt communiter DD. *in princip. Inſtitution.* & Couarr. *lib.*1. *variar. cap.*14. *n.*5.

12 Colligitur ſecundò, deſcriptos ex cenſuatione Ciues Romanos fuiſſe habitos, vt Iuſtinian. *in §. final. auth. vt liberti de cætero, collat.* 6. *in l. in orbe, ff. de ſtatu hominum*, Anton. Auguſtin. *in l.*6. *ff. de excuſation. tutor.* Oroſc. *in dicta l. in orbe*; Cuiacius *in notis ad l.*1. *Cod. de mulierib. & in quo loco, lib.*10. & prius docuit D. Auguſtin. *lib.*5. *de Ciuit. Dei cap.*17.

13 Colligitur tertiò, Numerationem Auguſti Cæſaris, ipſo, & Marco-Antonio Conſulibus, fuiſſe vniuerſalem, & in meliorum formam redactam, cenſus auctos, vt exauſtum ærarium impleretur, vt ex Liuio, Dione, & alijs tradit Baron. *loc. cit.* & de hac loquutus fuit Accurſ. *in l.*1. *Cod. de apocis publicis, lib.* 10. *verb. deſcriptiones*, & Caſſan. *loc. cit.* Marotta *de Bonatenent. cap.*2. *nu* 4.

14 Immo non ſolùm fuit facta deſcriptio ſubditorum, ſed etiam Geohraphica totius Imperij, cum appoſitione limitũ, ſcilicet in Oriente vſque ad Euphratem, confecta à Policeto, in meridie vſque ad Nilum, & Montem Atlantem, in Occidente vſque ad Oceanum, in Septentrione vſque ad Danubium, & Renum, per Teodotum, quæ deinde fuit in Senatu relata ad noſcendum terminos Reip. Romanæ, prouinciales, & tributarios; Caſſiodor. *lib.*3. *variar. epiſt.* 52. Plin. *lib.*3. *cap.*5. *& lib.*2. *cap.* 45. *&* 49. Lipſius *lib. de admir. Roman. tit. de finibus*, & habemus titulum Cod. *de fundis limitroph. &* Cod. *de metroph. lib.* 11. cuius inſtar adeſt Deſcriptio in Regno noſtro per prouincias, de quibus Reg. Moles *tit. de funct. Fiſcal.* §.1. *n.*62. & licèt Imperator dicatur Dominus Vniuerſi Orbis, hoc tamen intelligitur non ſecundùm totum, ſed ſecundùm partes ſubiectas per Synedochem; quia ferè in omnibus Terræ partibus Romanum Imperium extendebatur, Caſſan. *in Catalog. glor. Mund. p.*5. *conſiderat.*28.

15 Hic Auguſtus Imperator ſua potentia, & ſtrenuitate valde ampliauit Romanũ Imperiũ, vndè illud Virg. 6. *Æneid.*

Qui rurſus latio regnata per arua
Saturno quodam ſuper, & Charamantes, & Indos
Profert Imperium.

16 Hæc computandi, ſiue numerandi, ratio, & modus, non ſolùm vigente Romano Imperio, ſed pariter illo collapſo, apud omnes Reges, Principes, & Reſpp. Iura Imperij obtinentes, obſeruatur; Imperium enim Romanum quaſi ad nihilũ fuit redactũ à Gothis, & Vandalis, Conſtantini, & Valentiani Imperatorum temporibus, & Regna, omneſque Prouinciæ priſtinam libertatem adeptæ ſunt, Diuus Anton. *in ſumm. hiſtor. tit.* 11. *cap.*4. *num.*6. *&* 7. Couar. *lib.*1. *practicar. cap.*1. Reg. Moles *in ſuis deciſ. tit. de Iuſtit. Reg. Catolic.* §.26. *nu.*10. & ſic Reges, & Principes abſoluti dicuntur, in pro-

proprijs Regnis Iura Imperij obtinere, exceptis feudatarijs, *cap. ſcitote, 6. qu. 11. cap. 1. 2. q. 3.* Andr. *in proœm. cōſtit. column. 3. num. 6. & in rubric. tit. quæ ſint regalia, num. 2.* de Pont. *lection. feudal. 6. num. 30. tit. de his, qui feudum dare poſſunt,* Frecc. *de ſubfeud. lib. 1. nu. 35.* Afflict. *deciſ. 120. num. 6.* Cardoſ. *in prax. iudic. & aduocat. verb. Rex, §. 1.* Caſſan. *in Catalog. Glor. Mund. p. 12. conſider. 58. & p. 5. conſider. 28.* Theſaur. Iun. *in addit. ad præfat.* Deciſ. Patris *nu.* 14.

17 Et in Iure noſtro hæc Numeratiò habetur apud Vlpian. *lib. 2. opin. in l. 1. §. qui in fraudē, ff. de vacat. & excuſat. muner.* ſic etiam fit mentio de Cenſoribus, qui deſcribebant perſonas, & poſſeſſores, qui dicebantur etiam Peræquatores, *vt in tit. Cod. de cenſibus, cenſit. & Peræquat. lib. 11 in l. ſi Peræquatores, l. qui ſe grauatos, & l. Peræquatores, eodem tit.* Sic de Cenſibus, capitatione, indicto. ſuperindicto, vectigalibus, exactoribus, adſunt particulares tituli Cod. *de indicto, & ſuperindicto, & exact. trib. lib. 10. de Agricol. & cenſit. lib. 11. & ff. de public. & vectigalib.* De tributis, pro quolibet capite, & fumante exigi ſolitis *tit. Cod. de capitat. ciuium, lib. 10. & ff. de cenſib.* & tractant Bartol. *in l. 4. §. author ff. de re iudic.* Bal. *in l. ex hoc iure ff. de iuſtit. & iur. in l. 1. §. quid ſi nemo, ff. quod cuiuſque Vniuerſ.* Alberic. *in l. fin. §. final. ff. de bonis damnator.* Boer. *deciſ. 213.* DD. *in l. 1. & tot tit. ff. de muneribus.*

18 Regnum verò Neapolitanum, expulſis Vandalis, alijſque Barbaris nationibus ab Imperatore Iuſtiniano, Belliſarij Ducis opera, ſub ditione Imperij remanſit, licèt antea donatum à Coſtantino Cæſare Romanæ Eccleſiæ, cui tunc præſidebat Sanctus Silueſter Pontifex, *vt in cap. Conſtantinus Imper. dixt. 97.* quam donationem poſtea Ludouicus confirmauit, *vt in cap. Ego Ludouicus, dixtin. 63.* vt teſtatur Reg. Moles *tit. de iuſtitia tit. & poſſeſſ. Reg. noſtr. §. 26. à nu. 31.* quo Regno multi Reges, tàm Normandi, quàm Andegauenſes, & Aragonenſes fuerunt inueſtiti à Succeſſoribus Pontificibus, vt laté proſequitur Reg. Moles *loc. cit.* & Andr. *in cap. 1. §. plauſtrorum, & §. extraordinaria collatiò, tit. quæ ſint regalia,* de Curt. *diuerſ. iur. feudal. verb. in hoc igitur, à num. 53.* & alij Regnicolæ paſſim. Qui Reges collectas introduxerunt ad inſtar capitationis, & tributi, ſicuti antiqui Imperatores, *vt in l. inter publicam, ff. de verb. ſignific.* & notat Barthol. & DD. *in l. 1. Cod. de mulier. & in quo loco, lib. 10.* Caſtrenſ. *in l. placet, num. 45. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Feſtus *de collect. cap. 1. nu. 7. & 32.* de Amic. *conſ. 8.* quæ capitatio dicit relationem ad perſonas ſubiectas, tributum ad bona, vt explicat Guttier. *de Gabell. qu. 1. n. 5.* Sed tamen in Regno exigebantur Collectæ ad rationem, de qua in Conſtit. Regn. *Magiſtri Camerarij*, & in Conſt. *ad officium Baiulorum*, & Iura vetera appellabantur, vt Andr. *in Conſt. quanto cæteris*, & habetur in Rito Reg. Cam. *in rubric. de decim.* & fuerunt potiſſimùm tempore, quo Regnum Normandi moderabantur, ſignanter Rex Gulielmus ab anno 1144. tempore Pontificatus Innocentij II. latè Reg. Mol. *de Reg. fiſcal. nu. 11.* quas deindè Fridericus II. Imperator Sueuus multùm auxit anno 1220. vt Mol. *loc. cit. num. 18.* & exactio erat non per viam Numerationis foculariorū, ſed per viam appretij, facultatibus totius Regni æſtimatis per æs, & libram, penſitatis proportione geometrica cuilibet Vniuerſitati, quolibet anno renouato appretio, *vt in* cap. Regn. *Singulis Ciuitatibus*, & in cap. *Kalendis Martij*, & in cap. *fiſcaliū functionum*, quæ forma appretij durauit ex confirmatione Ferdinandi Primi Aragonei, *vt in pragm. 1. de appret.* de quo latiùs ſuo loco, latè Mol. *loc. cit.* & ad præſens durat.

19 Denique Alphonſus Primus Aragoneus, expulſis Andegauenſibus, & pacato Regno, ſubſtulit omnes impoſitiones, & ordinauit, fieri Numerationem Ciuitatum, & locorum Regni, per focularia ſecundùm Ius Romanum, conuocato Parlamento Baronum anuo 1442. in Ciuitate Beneuentana, & pro quolibet foculare indixit ducatum vnum, & deinde carolenos quindecim, diſpenſando gratis tumulum vnum ſalis pro quo-

libet fumante,colligitur *ex cap.1.4.& 7. priuileg.Ciuitatis Neapol.*& licèt hoc abrogauerit Ferdinandus Primus ſucceſſor Alphonſi anno 1481.poſt triennium tamem Numeratio redijt in cauſam ſuã, vt teſtatur Reg.Mol.*de Reg.fiſcal.nu.*85. Theodor.*alleg.*95. *num.*2. & hic modus fuit confirmatus per Regem Catholicum anno 1507. vt in dictis cap. *Ciuit. Neap.& cap.*21.& 59. præcipiendo,Numerationem fieri ſingulis trieunijs,Mol. *loc.cit.* Tap. *in rubr. de conſtit. Princip. num.*57.Lanar.*conſ.*31.*nu.*5.*conſ.*95. Rouit.*in pragm.*1.*de iur. & exat. fiſcal. nu.* 65.Molfeſ.*ad Conſuetudin.Neap.p.*6.*q.*4. *de iur. dotium, num.*4. Campagn. *in cap. Regn.porrecta, num.*113. *in fin.* Marotta *de Bonatenen.cap.*4.Capiblanc.*de Baron. pragm.*10.*& ſing.*126.Reg.de Pont. *de poteſtate Proregis,tit.de regal.impoſit.*§.2. *nu.*17.*&* §.8.*nu.*33. Barbat.*de diuiſ.fructuum, p.*1. *cap.*8. *à num.*6. Montan. *controuerſ.*59.de Curte *loco infra allegando*, Capyc.latr.*deciſ.*116.*num.*2.

20 Licèt practicetur,vt fiat elapſis quindecim annis, vel fit in arbitrio Regis noſtri, vel Proregis,breuiori tempore, vel maiori, illam protrahere, ſecundùm indigentias, & prout expoſtulat ratio, & rectum Gubernium Regni,Camill.de Curte *in diuerſ.iur.feud. verb. redeundo, nu.*26.Valenzuol.*conſ.*99. *num.*50. quod non habet locum de IureRegni in Epyrotis,vel Illyricis, qui numerantur ſingulis annis propter eorum inconſtantiam,mutationem domicilij, & eorum foculare eſt taxatum in carolenis vndecim,Reg.Tap.*loc.cit.nu.*58.Reg.Mol. *deciſ.Reg.Cam.fiſcal.*§.1.*nu.*100.

21 Ex dicto tempore vſque ad præſens practicatur hæc Numeratio, vt apparet ex regeſtis Reg. Cam. ſignanter ex regeſto 2. anni 1562. & fuit diuiſum Regnum in duodecim Prouincias pro cõmoditate Numerationis, & exactionis tributorum, deſtinatis Quæſtoribus, ſeu Perceptoribus,Reg.Mol.*loc.cit.n.*62. & communiter Regnicolæ.

22 Et hæc breuiter adnotaſſe ſufficiat de origine Numerationis,de qua agõt, licèt per tranſennam,Bald.& Bartol.*loc. cit.*Rebuff.*in l. vrbana,ff.de verb.ſignific.* Clapper.*cauſ.*27.*q.*1.*nu.*7.*&* 8.Roſental. *de feud.cap.*5.*concl.*73.Boer.*deciſ.*213. ex noſtratibus Mol.*vbi ſupra*, Lanat. Capiblanc.Barbat. Reg. de Curte, Theodor. *loc.cit.*Fabius d'Anna *conſ.*60. *lib.*1. Niger *in cap. porrecta*, Caput. *de Regimin. Reipub.cap.*4.Rouit. *in conſ.pro donatiuo, impreſſo poſt primum volum. conſil.* Mauſon.*de cauſis exequut.ampliat.*29.*Thor.in compend.deciſ.p.*1.*verb.focularia*, Camill. de Medic.*conſ.*61.*&* 62.Boer. *deciſ.*112. *à num.*4.Reg.de Pont.*loc.cit.*§.8. *num.*4. Fontanell.*de pact.nuptial. clauſ.*5. *gloſ.*4. *num.*44.*tom.*2.

TITVLVS TERTIVS.

De Definitione Numerationis,& eius cauſis.

ARGVMENTVM.

Agitur in quo conſiſtat eſſentia Numerationis, tam in fieri, quàm in facto eſſe, & de eius cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Eſſentia cuiuſcunque rei eſt inquirenda.*
2 *Difficile eſt,tradere veram definitionem, quæ in definito conſideratur, primò in fieri, ſecundò in facto eſſe;ſic eſt in materia Numerationis.*
3 *Definitur Numeratio, prout eſt in fieri.*
4 *Definitio conſtat ex genere, & differẽtia.*
5 *Deſcriptio eſt genus.*
6 *Perſonæ deſcriptæ ponuntur loco differentiæ, & quæ dicatur formalis deſcriptio?*
7 *Solùm ſubditi, & Vaſalli numerantur, Religioſi,& Presbyteri in ſacris,in Numeratione non deſcribuntur formaliter.*
8 *Perſonæ Eccleſiaſticarum dicantur verè Ciues?*
9 *Quæ deſcriptio antiqua Romanorum?*
10 *In deſcriptione quomodo obſeruetur in alijs Orbis partibus?*
11 *An diminutis focularibus,diminuatur ſolutio fiſcalium?*
12 *Functiones fiſcales dicuntur Iura focu-lariorum.*
13 *Ex Numeratione quis efficitur ciuiſ.*

14 Fo-

14 *Foculare dicitur per Synecdochem.*
15 *Definitur foculare.*
16 *Numeratio dicitur computatio.*
17 *Quomodo vulgò appellentur Numeratores?*
18 *Definitur Numeratio prout eſt in facto eſſe.*
19 *Ponitur differentia.*
20 *Genera cauſarum quatuor.*
21 *Aſſignatur cauſa efficiens Numerationis remota.*
22 *Cauſa proxima.*
23 *Cauſa materialis.*
24 *Cauſa formalis.*
25 *Cauſa finalis.*
26 *Numerati debent ſoluere fiſcalia in loco Numerationis.*

1 CViuſcunque rei eſſentiam inquirēdam, monuit Philoſophus *lib. poſter.cap.*1.& Cic.*lib.*1.*de offic.* quod benè obſeruauit Tribunianus *in Inſtitutis. de iuſt.& iur.*& Vlpian.*in l.*1.*ff. eodem titulo,& in l.*1.*ff.de teſtamentis,& in l.*1. *§.*1.*ff.de dolo*; ac etiam de cauſis eiuſdem, vt diximus *tit.præcedenti*; Ideo de Definitione Numerationis, quæ oratio eſt explicans eſſentiam rei, & eius cauſis agemus.

2 Quàm difficile ſit, veram Definitionem tradere, ex eo conſtat, quod eſſentiæ rerum ſunt quaſi imperſcrutabiles, teſte Ariſt.&Galen.*lib.*4.*de different.pulſuum*, & latè doctiſſimus Valleſ. *in præfat. lib.*4.*controuerſ.*& obſeruauit Iabolen.*in l.omnis definitio, ff. de reg. iur.* ſecundùm lecturam Gloſ. Bartol. & Dec. Niger *de laudim. q.*2.Et quia quandoq; aliquid definitur prout conſideratur In fieri, *l.libertas,§. ſeruitus, ff. de ſtat. homin.& l.* 5. *§.ſtipulatio, ff. de verb. ſignific.* & notauit Dec. *in dicta l. omnis definitio, & in rubric.de probat.*quandoque, prout eſt In facto eſſe, & in ſtatu perfecto. In quibus conſiderationibus poſita eſt Numeratio focularioium, de qua agimus; conſideratur enim In fieri; cùm incipit à Numeratoribus inſtitui per deſcriptionem perſonarum, domorum alicuius Vniuerſitatis, & aggregationem per numeros diſtinctos,& poſtremò ſubijci rigoroſæ diſcuſſioni; In facto eſſe, cùm eſt omninò perfecta, clauſa, & liquidata, & poſita in taxa Regij Patrimonij.

3 Priori modo accepta, de qua nos agimus, poteſt definiri, quod ſit *formalis deſcriptio perſonarum, Principi ſubiectarum, in loco, in quo ciuilitas contrahitur, per familias, & numeros diſtinctos, ad finem exigendi iura fiſcalia.*

4 Hæc definitio conſtat ex genere,& differentia, vt requirunt Philoſ.& I.CC.vt Bartol.*in l.*1.*ff. de teſtamentis*, Bal. *in l.* 1.*cùm quis,Cod.de iur.& facti ignor.*Dec. *in d.l.omnis definitio, num.*2. Ponitur ly *deſcriptio* loco generis: quia conuenit cum alijs deſcriptionibus, ſcilicet cum libris fiſcalibus, cedulario, alijſq; quinternionibus Regiæ Cameræ, Regiæ Dohanæ, libris Cataſti, Inuentarij, Mercatorum, Bancorum, &c.

5 Ponitur ly *perſonarum* ad differentiam aliorū, in quibus deſcribuntur bona ratiocinia, &c.

6 Ponitur ly *formalis*, ad excluſionem deſcriptionis materialis Numerationis, quæ conſiſtit in domibus vacuis, pupillis, viduis, alijſque miſerabilibus, non poſſidentibus vltra vnciam, necnon perſonis priuilegiatis, alijſque, quæ, licèt materialiter deſcribantur in Numeratione, in deſcuſſione deducuntur.

7 Ponitur ly *ſubiectarum* ad denotandum, quod ſolùm deſcribuntur Vaſalli, Regi ſubiecti, quoad omnia; vnde non ſunt numerandi Religioſi, & perſonæ, exiſtentes in Sacris, et ſi numerantur, debent deduci: ex eo quia ſunt exempti à Iuriſdictione laica, & ab oneribus fiſcalibus, perſonalibus, & miſtis, variabilibus, & incertis.

8 Licèt quo ad protectionem, & participationem priuilegiorum dicatur pars Reipublicæ,& verè ciues, ex doctrina Bartoli *in l.*1.*ff.ad municipalem,*Roman. *ſingul.*446.Natta *de ſtatut.excluſiuis, qu.* 3.*num.*84. Carleual. *de iudic. lib.*1.*tit.*1. *diſput.*2.*qu.*2.*num.*83. Nouar. *de grauamin.*Vaſall.*p.*1.*grauam.*32.*num.*8. Rot.*p* 1.*diuerſ.deciſ.*452.*n.*2.Barboſ.*in diction. verb.ſi ciuem appellat*, Ricc. *collect.* 269. Maſtrill.*deciſ.*180.*num.*8.Borrell.*in ſum. deciſ.tom.*1.*tit. de cleric.nu.*14.& 15.& no-

nouiſſimè,alijs adductis.Pilaia *deciſ. Pōtific.lib.1.dec.10. n.* 55.

9 Ponitur ly *per domos*, *& familias*, ad differentiam deſcriptionis antiquæ Romanorum,quæ fiebat per capita, vt referunt Alicarn.*lib.* 4.*hiſtor.* Dion *hiſtor. Roman.lib.*48.*&* 53. Sicon. *de iure antiquo Ital.lib.*1.*cap.*21. Diuus Hieronym. *ſuper.*2.*Lucæ*,& ex noſtris Bal.*in d. l. ex hoc iure*, & ex Gloſ.*in l.ager*,§.1. *ff. de verb.ſignific.* quod etiam obſeruatur ad præſens in multis Regnis Europæ,&Prouincijs,&ſignãter in Imperio Ottomano.

10 Ponitur *ad finem exigendi Iura fiſcalia*: quia hac ratione fuit introducta Numeratio à Rege Alphonſo, vt notat Reg. Mol. *de iur. & exat.fiſcal.* Reg. de Pont.*de poteſt.Proreg.tit.de regal.impoſit.* §.2.*num.*9.& ad differentiam librorum, in quibus ob alium finem deſcribuntur perſonæ.

11 Hinc ſequitur,vt,ſi focularia minuantur, minuantur ſolutio fiſcalium, Reg. de Pont.*loc.cit.num.*22. Rouit.*in prag.*1. *de iur.&exat.fiſcal.*

12 Et deducitur,quod functiones fiſcales dicuntur iura foculariorum,vt de Curte *loc.cit.*

13 Dicitur *ex quo ciuilitas contrahitur*: quia ex Numeratione quis efficitur ciuis, Rouit.*conſ.*48. *lib.*1. & nos dicemus *infra in rubrica de Abſentibus.*

14 Appellatur autem foculare domus habitata per figuram Synecdochē, Cic. *de ſenect.*Calepin.*verb.focus*, Gaſſiodor. *lib.*8.*epiſt.*31.ibi: *Hominibus autem focos patrios ſupra cuncta diligere datum*, & Ouid.*de Pon.lib.*1.

Non dubia eſt Itaci prudentia; ſed tamen optat.

Fumum de patrijs poſſe videre focis, & Tit. Liu. *decad.* 1. *lib.* 9. *Et quia pro aris, et focis dimicabatur.*

15 Eſt autem foculare familia,quæ ſimul, & vnitè eadem domo viuit; vnde pater & filij, patruus & nepos, aut fratres, ſimul habitantes, licèt plures ſint,vnum conſtituunt foculare, Bald.*in l.*1. *ff.quod cuiuſq; Vniuerſitatis*,Ripa *in l.*4.§. *actor ff. de re iudicata*,Loſæus *de iur.Vniuerſ. cap.*9.*nu.*16.Reg.Tap. *de conſtit.Princip. cap.*4.*num.*53.Capiblanc.*in prag.*10. *de Baron.nu.*10.Marott. *de bonatenent. cap.* 3.*num.*7. Mauſon. *de cauſ. exequut.ampliat.*29.*num.*127.

16 Hinc Numeratio focularium dicitur *computatio per familias*: quia idem eſt numerare,ac computare, *l.edictum*, *ff.de iudicijs*,*l.ex omnibus*, *ff. de arbitr. l.ſi quis*, *cum l.ſequenti*, *ff. de verb.ſignificat.*

17 Hinc Numeratores dicuntur vulgò *Contatori*, ſeu *Compoti*,Reg.de Pont. *loc. cit.num.*21.

18 Numeratio autem, prout conſideratur In facto eſſe, & in ſtatu perfecto,poteſt definiri, vt ſit *vnum integrale, quod efficitur ex diuerſis focularibus vniuerſitatis*, vt doctè Reg. Ferdin. Brãnc. apud Reg. de Marin.*tom.*3.*allegat.*59.*num.*16.Dicitur *vnum integrale* loco generis: quia conuenit cum vniuerſitatibus Iuris, vt hæreditas,peculium, aut facti, vt Grex, Populus, &c. quæ etiam ſunt vnum integrale, ſeu collectiuum, vt habetur *in l.peculii ff.de legatis* 2.*l.inter Socerum* §.*cùm inter ff.de pactis dotal.l.grege,cum l.ſequenti*, *& l.ſi cognatis ff. de rebus dubijs*,*l.ſi ſocietate*, *cum ſequenti*, *ff. pro ſocio*,*l.quoties* §.*fin.ff.de vſufructu*, DD. *in l.ſi ex toto*, *de legatis* 1. & in terminis noſtris Reg.Mol.*deciſ. R.C. tit. de exact. funct.fiſcal.*§.3.*qu.*5.*num.*13.

19 Ponuntur aliæ particulæ loco differentiæ, & ly *ex diuerſis focularibus* intellige effectiuè, & non materialiter, vt diximus ſupra.Et hæc ſint ſatis de Definitione Numerationis.

20 Sequendo ordinem Philoſophi *primo Phyſicorum*, Numerationis cauſas duxi aſſignandas, quæ ſunt quatuor ſecundùm eundem 2.*Phyſic.*quem ſequuntur noſtri *in proœmio Inſtitutionum*,ſcilicet, *efficiens*, *materialis*, *formalis*, *& finalis.*

21 *Cauſa efficiens* duplex etiam aſſignatur à Philoſophis, vna *remota*, alia *proxima*;*Cauſa* igitur *efficiens remota* Numerationis in Regno fuit Rex Alphonſus Primus,qui, vt diximus,Numerationem inſtituit in hoc Regno, necnon Reges ſucceſſores,& ad præſens eorum nomine Proreges Regni, qui dicuntur *alter ego*, præuia conſultatione Regij Collateral. Conſil.& Reg. Cam. Summ. vt in ſimili do-

Digitized by Google

docent Andr. *in prælud. feudor. num.* 17. Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.* 1. Camill. de Curt. *in diuerſ. iur. feudal. ſ. l. mihi* 25. & 26. & in hoc ſenſu Iuſtinian. *lib.* 1. *Inſtitutionum* compilaſſe dicitur in proœmio, vnde illud axioma, *Noſtra facimus, quibus noſtram authoritatem impartimur*, vt *l.* 1. §. *omnia*, *Cod. de veteri iur. enucleando.*

22 *Cauſa proxima* Numerationis ſunt Regij Numeratores, miſſi per Prouincias, ex delegatione Principis ad numerandum, & liquidandum, qui aliàs *Peræquatores* dici poſſunt, & eliguntur viri ſpectatæ vitæ, doctrinæ, & timoratæ conſcientiæ; & aliquando Regij Miniſtri, Iudices M. C. Regij Conſiliarij, & Præſidentes R. C. Ipſi nanque immediatè Numerationem liquidando perficiunt (licèt aliquando liquidetur à Reg. Cam. vt in pluribus Numerationibus præteritis, vel etiam fiat ab Vniuerſitatibus, & Baronibus locorum, vt fuit illa anni 1658.) & ipſi dicuntur *cauſa immediata*, Argument. §. *omnes verò, in proœm. Inſtitut.* vbi DD. Andr. de Iſern. *vbi ſupra*, Capiblanc. *pragm.* 16. *de Baron. nu.* 23.

23 *Cauſa materialis* ſunt perſonæ ſubditæ, quæ numerantur cum earum qualitatibus, & deſcriptione eorum, quæ poſſident; Sicuti enim perſonæ ſunt cauſa materialis totius Iuris, ex eo quod propter ipſas eſt conſtitutum, *l.* 1. & 2. *ff. de ſtatu homin.* ſic perſonæ numerandæ ſunt materia Numerationis; quia ex ipſis, propter ipſas, & circa ipſas verſatur, & conſtituitur, DD. *in proœm. Inſtitut.* Cutell. *de donat. contemplat. matrim. diſcurſ.* 1. *p.* 1. *nu.* 4.

24 *Cauſa formalis*, eſt ille ordo, & diſpoſitio, quæ ſeruatur à Numeratoribus in confectione libri, deſcriptione perſonarum, & domorum Vniuerſitatis, aggregatione per numeros diſtinctos in Lectura numerorum coram Deputatis, diſcuſſione grauaminum præuio iudiciali ordine, decretis, & clauſura Numerationis *vt* in Inſtructionibus, & nos fuſiùs *infra*, Andr. *loc. cit. nu.* 16. & DD. *in proœm. Inſtitut.*

25 *Cauſa finalis* eſt, vt functiones fiſcales, aliaque tributa Regio Fiſco ſingulæ Vniuerſitates Regni ſoluant, ſecundùm numerum focul ariorum, pro ſuſtentatione Regiæ Coronæ, & conſeruatione Regni: ex ſtipendijs enim publica reſultat quies, vt Tacit. *lib.* 4. *annal.* ibi: *Nec quies gentium ſine armis, & arma ſine ſtipendijs, nec ſtipendia ſine tributis haberi queunt*, confirmat Caſſiodor. *lib.* 4. *epiſt.* 38. & Imperator *in nouell.* 161. *cap.* 2. & Theolog. communiter Diuus Thom. *in opuſc.* 21. Sotus *de iuſt. & iur. lib.* 6. *q.* 6. *art.* 7. & *in commento bullæ Cenæ cap.* 5. Rouit. *in conſult. donat. poſt* 1. *volum. conſ.* Reg. Valenz. *conſ.* 99. Larr. *alleg.* 59. *nu.* 5. *lib.* 1. & Nerui Reipublicæ appellatur ab Vlpiano *in l.* 1. §. 14. *ff. de quæſtionibus*, & à Mare. Tull. *in orat. pro Manil.* Quintil. *declamat.* 34.

26 Dicitur *in eo loco, &c.* quia perſonæ numeratæ, vbi ſunt deſcriptæ, & numeratæ pro focularibus, ibi debent ſoluere fiſcalia, licèt aliò domiciliũ transtulerint, Reg. de Marin. *lib.* 1. *quotid. cap.* 63. *num.* 7. & ſæpius Reg. Cam. apud ipſum *arreſt.* 304. 372. & 412.

TITVLVS QVARTVS.

Quomodo ſe gerere debeant Regij Numeratores qui ad Oppida, Terras, & Ciuitates Regni numerandum accedunt? & quomodo Vniuerſitates?

Pro explicatione cap. 1. 2. 3. & 4. *Inſtructionum Regiæ Cameræ anni* 1661.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc titulo de acceſſu Numeratorum ad Oppida, Terras, & Ciuitates Regni: de modo procedendi pro Numeratione: de eorum incolatu, & ad quid teneantur Vniuerſitates dictis Numeratoribus, circa perſonam, & eorum familiam? de exhibitione ſcripturarum pro conficienda Numeratione: de Bannis, & Edictis pro dicta Numeratione, & electione Aſſiſtentium pro parte Vniuerſitatis, & de pœna occultantium focularia.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Introductio ad titulum.*
2 *Introductiones in materia Numerationis variæ, ſecundùm varietatem temporum, quod etiam euenit in legibus quoties neceſſitas, vel vtilitas vrget.*
3 *Neceſſitas Numeratoribus accedendi ad loca numeranda.*
4 *Acceſſus Iudicis ſuper faciem loci neceſſarius.*
5 *Probatio per acceſſũ valdè priuilegiata.*
6 *Syndicus,& Electi tenentur accõmodare domum pro Numeratore,& familia.*
7 *An teneatur Vniuerſitas dare vtenſilia? videtur quod ſic.*
8 *Hæc omnia conceduntur militibus hoſpitantibus.*
9 *Sed præter domum inſtructam nil poſſunt petere, & adducitur deciſio.*
10 *Poſt acceſſum quid debeat Numerator agere?*
11 *Vici definitio.*
12 *Vici etymologia.*
13 *Quomodo alio vocabulo dicatur Vicus?*
14 *De mandatis expediendis à Numeratore Syndicis, Electis,& Exactoribus.*
15 *Reus non tenetur edere ſcripturas contra ſe, limitatur fauore Fiſci.*
16 *Quid in cauſis criminalibus?*
17 *Scripturas publicas vnuſquiſque tenetur exhibere,& exemplari facere.*
18 *Liber Aextimi an probet?*
19 *Quid contra tertium?*
20 *Quid in antiquis?*
21 *Libri collectarum, an plenè probent?*
22 *Et an ad commodum Exactoris?*
23 *Libri Vniuerſitatum ſunt conſeruandi à Numeratore.*
24 *Vniuerſitas poteſt cogi ad exhibitionem librorum, & poſſunt puniri adminiſtratores,ſi inueniatur aliqua fraus.*
25 *Numerator debet procurare à Parochis libros Baptiſmatis, matrimoniorum, & Mortuorum poſt vltimam Numerationem.*
26 *Parochi tenentur exhibere, non vi coactiua,ſed directiua.*
27 *Et ab eorum Ordinarijs etiam vi coactiua.*
28 *Eccleſiaſtici ob publicum bonum tenentur ſtare ſtatutis laicorum, vrgente ratione naturali.*
29 *Epiſcopi, & Ordinarij ex cauſa tenentur coadiuuare Principum edicta, & ſtatuta.*
30 *Inſtructiones in dicto caſu ideo loquuntur per verbum* procurando.
31 *Ex dictis libris probatur ætas,& alia, ad Numerationem pertinentia.*
32 *Parochi tenentur ſub mortali conficere hos libros.*
33 *Sic etiam libros matrimoniorum.*
34 *Et libros mortuorum etiam ſub letali.*
35 *Prædicti libri dicuntur publicæ ſcripturæ.*
36 *Libri Baptiſmatum probant ætatem.*
37 *Poteſt dari probatio in contrarium.*
38 *Ad quid deſeruiant præfati libri in materia Numerationis?*
39 *Libri mortuorum plenè probant mortẽ.*
40 *Libri prædicti debent confici à Parocho, vel à perſona approbata.*
41 *Si non inueniatur liber Baptiſmi, vel mortis,quomodo probetur ætas,et mors? & huiuſmodi.*
42 *AEtas probatur ex aſpectu.*
43 *Quid in libro priuato patris, & an probet contra tertium?*
44 *AEtas an probetur ex antecedenti libro Numerationis?*
45 *Liber matrimonij an probet contractũ matrimonium?*
46 *Quid,ſi deficiat liber, an poſſit aliunde probari?*
47 *An Vniuerſitas teneatur producere libros originales, ſi Numerator habuerit ſuſpectas fides,inde extractas?*
48 *Reſoluitur quæſtio.*
49 *Adducitur Praxis Regiæ Cameræ.*
50 *Commiſſio in partibus pro collatione ſcripturarum cum originali.*
51 *Vniuerſitate occultante librũ Aextimi,vel alios,quid faciendum?*
52 *Quid ſi libri originales ſint falſificati? adducitur Decretum R.C.*
53 *De publicatione bannorum pro facienda Numeratione.*
54 *Banna debent in locis publicis publicari & affiggi.*
55 *Sic bannum foriudicationis.*
56 *Sic qualibet lex,& ſtatutum.*

57 *Sic*

Digitized by Google

57 *Sic citatio per edictum.*
58 *Quæ requirantur pro validitate citationis per edictum? remiſſiuè.*
59 *Sic etiam in ſubbaſtationibus, tā voluntarijs, quàm neceſſarijs.*
60 *Definitio ſubbaſtationis, & quomodo practicetur in Curia Romana?*
61 *Quid continere debeant banna pro Numeratione?*
62 *Et de pœna fraudantium.*
63 *Adducitur ratio.*
64 *Pœna corporis afflictiua fraudantibus focularia.*
65 *Quid importet illud verbum Instructionū ad arbitrium Suæ Excellentiæ,& de pœnis inflictis falſificantibus diplomata Principis,vel ſigillum.*
66 *Præmium reuelantibus fraudem, & de Praxi Regiæ Cameræ.*
67 *Adducitur limitatio.*
68 *Præmium conceditur in locatione, & venditione rerum Fiſci, & Vniuerſitatis.*
69 *Reuelantes fraudem, debent ſaltem probare per indicia, ſufficientia ad torturā.*
70 *Ordo pro electione Deputatorum Vniuerſitatis pro aſſiſtentia in Numeratione, & de qualitate perſonarum eligendarum.*
71 *Numerator debet ſecū habere Numerationem antecedentem pro dubijs occurrentibus,& ad fraudes euitandas.*
72 *In Diſcuſſione grauaminū Regia Cam. in dubijs normam accipit a Numeratione præcedenti.*
73 *Numerator debet ſecum habere Instructiones Reg.Cam. in materia Numerationis, deferre iuramentū Deputatis de veritate dicenda; & electio Deputatorum debet exiberi in actis Numerationis.*
74 *Quomodo Numeratio debeat confici, & deſcribi?*
75 *Vniuerſitates Regni viuunt,aut per Cataſtum, aut per Gabellas, & in libro Numerationis debent adnotari bona, existentia in Cataſto.*
76 *Quid ſi non adducitur liber Cataſti?*
77 *Reſoluitur,& adducitur Decretum Reg. Cam.*
78 *Numeratores debent facere ſeparatum alphabetum focularium cum numeris, & notare diem inceptæ Numerationis Oſtiariæ vſq; ad complementum Numerationis, & alia.*
79 *Quomodo ſit deſcribendum foculare?*
80 *In Numeratione deſcribitur foculare, & ſubfoculare,et explicatur eius quiditas.*
81 *Quid veniat familiæ appellatione?*
82 *Mortuo foculare ſubingreditur ſub foculare.*
83 *Fumantes, focularia, & familiæ, ſynonima in materia Numerationis.*
84 *Quid agere debeat Numerator poſt completam Oſtiariam.*
85 *De eadem materia.*
86 *Idem.*
87 *An* numerare, & aggregare *ſint idem?*
88 *Proponitur quæſtio de ſpolio Protocolli, aut aliorum librorum,et reſoluitur cum Decreto Reg.Cameræ.*
89 *Datur aduertentia Numeratoribus in numerando, & aggregando focularia.*

1 HActenus de origine, & cauſis Numerationis. Nam de modis ipſam conficiendi,& quomodo ſe gerere debeant Regij Numeratores ad introductionem Numerationis, in hoc titulo agimus,ſecundùm regulas, & Instructiones ſupremi Tribunalis Reg. Cam.impreſſas occaſione Numerationis anni 1661. pro directione Numeratorum,& Vniuerſitatum, deſumptas ab antiquis,& Decretis generalibus eiuſdem Tribunalis, & eius Præſidentium.

2 Et licèt dictæ *Instructiones*, ſecundùm temporum varietatem, exigente ratione, poſſint variari, & mutari, vt euenit in antiquis *Instructionibus*, de quibus in Regeſtis Regiæ Cameræ, hoc etiam in legibus contingente, quoties neceſſitas, vel vtilitas publica expoſcit, ſecundùm Diuum Thom.2.2.*q*.90. *art*.2. D.Iſidor.*Can*.2.*diſt*.4. Sair. in clau.Reg. *libro* 3. *capitul.* 1. latè Alexander Tutamin.*ad tit.de legib.lib*.2.*cap*.6.attamen in præſenti tractatu dictis *Instructionibus* vti operæpretium duximus: quia fuerunt exaratæ in magis ſolemni, & ordinata Regni Numeratione,& magna cum maturitate à tantis Patribus, Regni clauum ſuſtinente Excellentiſſimo Domino D. Petro Antonio de Aragonia.

§.PRI-

§. PRIMVS.

3 Regij Numeratores debent accedere in Terris, & Ciuitatibus Prouinciæ, ſibi ex Delegatione ad numerandum commiſſis, vt requiritur in omnibus Delegatis, & Commiſſarijs, quibus aliquod negotium peragendum
4 committitur: per acceſſum enim Iudicis ſuper faciem loci, optimè expeditur negotium,& habetur probatio, quæ omnes alias ſuperat, *l. ſi irruptione, ff. finium regundor.* Bal. *in l. contra negantē, in fin. ff. ad l. Aquiliam, & in l. ſi quis teſtibus, verſ. ad officium, Cod. de teſtibus,* Muſcatell. *in prax. p. 7. Gloſ. concluſio, nu.*
5 13. adeoque hæc probatio eſt priuilegiata, vt nullo tempore intelligatur excluſa, Affliĉt. *deciſ.* 107. *nu.* 6. Bart. *deciſ. Bonon.* 2. *num.* 20. Fontanell. *deciſ.* 60. *num.* 14. *p.* 1. Add. ad Cap. Iatr. *deciſ.* 143. Borrell. *in ſumm. deciſ. tom.* 2. *tit.* 2. *& tit.* 26. *num.* 81. Conſil. Prat. ad Muſcatell. *loc. cit.* Dominus Conſ. Petr. *Rit. M. C.* 239. *num.* 6. Quæ autem ſit differentia inter Ciuitatem, Terram, Caſtrum, & Oppidum, vide de Pont. *conſ.* 56. *vol.* 2.
6 Econtra Syndicus, & Electi tenentur accommodare domum pro Regio Numeratore, Rationali, Scribis, & Seruis, qui aſſiſtunt die, ac nocte pro dicta Numeratione,& hoc durante tempore Numerationis loci,& non ampliùs.
7 An teneatur Vniuerſitas cum domo habitationis dare etiam vtenſilia? Videtur affirmatiuè reſpondēdum ex verbis *Inſtructionū*, ibi *Che li prouedano di caſa, atta ad habitare, e capace.* per illa enim verba *atta ad habitare*, non ſolùm intelligitur, vt poſſit habitari, ideſt vt non ſit diruta, ſed etiam vt ſit habilis; ſed talis non eſt, ſi non adſunt vtenſilia, & neceſſaria, quod magis ſpecificatur ex ſubſequenti verbo, *e capace*, quod ſolùm habitationem denotat, ergo Iy *atta* debet aliquid operari. Confirmatur ex alio ſubſequenti, ibi, *ſtabilita la ſtanza*, quod denotat accommodationem domus, ſiue domum inſtructam, *l. ſed, & ſi quid,* §. *proprietatis, ff. de vſufructu, l. Seia ex parte* §. *inſtructis domibus, ff. de fundo inſtructo,* Bartol. *in l. cùm pater* §. *dotes ff. eodem tit.*
8 Et à fortiori, quia ſic conceditur militibus in hoſpitatione, *pragm.* 4. *&* 5. *de militibus*, ergo multò magis Magiſtratibus, qui etiam deſeruiunt Reipublicæ, & Principi, Maſtril. *de magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 202. Capiblanc. *ſingul.* 77.
9 Sed tamen verum eſt, quod nec Numerator, nec Rationalis, qui aſſiſtit Numerationi, & liquidationi, poſſunt aliud prætendere ab Vniuerſitatibus, & ſi accipiant, debent reſtituere, vltra pœnam priuationis officij, & alias arbitrarias, vt fuit deciſum per Regiā Cam. in anno 1561. apud Regen. de Marin. *arreſt* 242. ſed an hoc obſeruetur, videant ad quos ſpectat.
10 Poſt accommodationem habitationis ſtatim Numerator cum eius Rationali, & ſcriptoribus, aſſiſtentibus Deputatis Loci, debet circuire,& perambulare totam Ciuitatem, ſeu Terram, per ſingulos vicos, cum deſcriptione confinium, & nominum vici.
11 Dicitur autem *vicus* (ſi loquimur de Vrbano) pars Vrbis ex multiplicatis domibus, & antiquitus dicebatur Tribus, ſic Vrbe diuiſa per Romulum, & deinde per alios Reges, vt diximus ſupra de origine Numerationis, & quilibet habebat ſuum nomen, vt *Vicus Cyprius, Africus, Sceleratus*, Horat. 2. *Epiſt.* Frecc. *de ſubfeud. lib.* 3. *n.* 39. & dicitur *Vicus à via*, quia domus exiſtentes ſunt apud viam,& habitantes prope viam noſtrā habitant, teſte Varron. *lib.* 4. *de lingua latin.* & habitantes in eadē via dicuntur vicini, & huiuſmodi incolatus dicitur vicinia, Ouid. *lib.* 4. *Metamorph.*
12 *Notitiam, primoſque gradus vicinia fecit.* Ioan. Caluin. *in lexicon Iur.* & Teatr. vitæ humanæ *lib.* 8. & eſt differentia inter *vicinatum, & confinem*: quia primus eſt terminus in prædijs vrbanis ſecundus in prædijs ruſticis, *l.* 4. §. *vltim. ff. finium regundorum*, Vulte. *Inſtit. de action.* §. 18. n. 23.
13 *Vicus* alio vocabulo dicitur *Quarterium, Pectacium*, & in Ciuitate Neapoli

Obti-

Obtina, vt Obtina Palatij, Sancti Ioſephi, Sancti Dominici à Soriano, Conigliera, Pentecoruo, la Ceſaria, &c. vt in Pragm. 16. in nouiſſimis de Vectigal. & Gabel. licèt aliquando *Vicus* accipiatur pro *ſuburbio* alicuius loci, vt *in l. quis ex vico, ff. ad Municipal. l. nulli, §. quod ſi ex vico, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*, Bal. *in l. ex hoc Iure, ff. de Iuſtit. & Iur.* Angel. *in l. Inſulā ff. de Iudicijs*, Felyn. *in cap. Rodulfus, de reſcript.* Mantic. *de Tacit. lib. 4. tit. 14. n. 9. & lib. 23. tit. 6. n. 10.* Molfeſ. *in conſuetud. Neap. p. 2. q. 9.* Valenzuol. *Conſ.* 79. & nos dicemus infra *in titulo de Abſentibus.*

14 Et in eadem deſcriptione non ſolùm debet notare Vicos, ſed etiam nomina Principalium Vici, volgò le Capoſtrade, adhoc nè oriatur confuſio, & meliùs valeat deſcriptio perſonarum; deinde debet Numerator ordines opportunos expedire Syndicis, & Electis, & alijs de Gubernio, publicanis, & exactoribus Vniuerſitatis Terræ numerandæ, cum mandatis pœnalibus, vt exhibeant, & conſignent libros originales vltimi Caraſti vniuerſalis, Cædularum, exactionis, Collectarum Taxæ, & ſimilium, ad eruendam veritatem, euitandas fraudes, & occultationes foculariorum,

15 Licèt enim Reus non teneatur edere actori ſcripturas, & libros, ad fundandā eius intentionem, *l. qui accuſare, Cod. de edendo*; hoc tamen fallit in Fiſco ex ſpeciali priuilegio, DD. *in dicta l. qui accuſare, & l. 2. §. Diuus*, ſecundùm cōmunē lecturam, *ff. de Iur. fiſci*, vbi Bartol. *& in l. nec quiſquam ff. de edendo*, Peregrin. *de Iur. fiſci lib. 7. tit. 3. n. 11.* Menoch. *de arbitrar. Centur. 5. Caſ.* 499. Genua *de ſcript. priuat. lib. 4. tit. 1.*

16 Quod intellige in cauſis ciuilibus, ſecus in criminalibus, Rodulfin. *in Prax p. 2. cap. 14. à n. 62.* vide alias limitationes apud Peregrin. *loco cit.* & de Pont. *conſ. 97. lib. 2.*

17 Et pariter, quia dicti libri ſunt ſcripturæ publicæ, & effectę publici Iuris, vt in puncto de ſcripturis, exiſtētibus in Archiuo Vniuerſitatis, Rota apud Vetall. *Deciſ.* 294. *p.* 1. Ricc. *Collectan.* 420. Andreol. *controuerſ.* 381. *n.* 2. & ex eo non poteſt exhibitio denegari.

18 Et de libro Extimi, quod ſit ſcriptura publica, & probet pro, & contra Vniuerſitatem, & contra illos, qui ſe deſcribi paſſi ſunt, & eorum ſucceſſores, probant Gratian. *lib. 3. diſcept. cap.* 559. *n.* 28. Ciatlin. *lib. 3. controuerſ. cap.* 223. Genua *de ſcript. priuat. lib.* 5. Contrius *lib. 1. controuerſ. cap. 17. n.* 32. Rot. *p. 2. Recent. Deciſ.* 706

19 Licèt non plenè probet contra tertiū dominium, & poſſeſſionem, Reg. de Marin. ad Reuer. *Deciſ.* 64. *&* 279. *n.* 2. ſed requiruntur adminicula, Add. ad Burrat. *Deciſ.* 317. *n.* 9. Rot. *p. 9. Recent. Deciſ.* 454. *n. 3. & p. 14. Deciſ.* 520. *n. 12. & p. 18. Deciſ.* 703. *n. 2. & p. 19. Deciſ.* 151. *& Deciſ.* 270.

20 Quod ſublimata in antiquis Gratian. & Contrius *loc. cit.* & nos latiùs in peculiari tractatu.

21 Sic etiam libri collectarum dicuntur publici, & plenè probant, quando ſunt confecti ſolemniter ab Vniuerſitate, ad finem exigendi collectas, Genua *in dicto tract. lib. 4. tit. de libris, & Gabell.* Gratian. *vbi ſupra*, Mauſon. *de cauſ. exequut. q. 6. n.* 31.

22 Limitatur tamen, quando agitur de commodo exactoris, & in præiudicium tertij, Genua *loc. cit.* Reg. de Pont. *de poteſt Proreg. tit. de Regal. impoſit. §. 8. n.* 23. Ioſeph Ludou. *commun. concluſ. de lib. mercat. ampliat.* 7. Ferrect. *de publican. & Gabell. n.* 258. Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ.* 974. *à n. 39. & concluſ.* 976.

23 Dictos libros debet Regius Numerator diligenter conſeruare in eius cubiculo, ad euitandas fraudes, & de illis habere rationem, poſt Oſtiariam indiſcuſſione grauaminum, & in aggregatione foculariorū ad beneficiū Regij Fiſci.

24 Et ſi Vniuerſitas fuerit retinens ad exhibitionem, poteſt cogere eius Adminiſtratores; necnon, ſi reperiatur aliqua fraus, vel ſuſpicio, in dictis libris, poteſt formare inquiſitionem, & pœna arbitraria punire Adminiſtratores, vt iuris eſſe videbitur.

C 25 Et

25 Et pari modo debent Regij Numeratores procurare à Parochis, & Curatis Eccleſiarum libros Baptiſmatum, matrimoniorum, & mortuorum, à tempore ipſis bené viſo, quod mihi videtur debere eſſe à tempore vltimæ Numerationis: ex quo alij præſumuntur recogniti à præcedentibus Numeratoribus, & hoc ad euitandam confuſionem,& nè pauperes Vniuerſitates grauentur onere reddendi rationem perſonæ, deſcriptę in libris antiquis; quæ forſitan, vel eſt incognita, vel de ea Deputati ſunt malè informati, & ex hoc oritur inconueniens: quia deficientia probationis poſſet aggregari foculare in earum damnum, vt pluries euenit in facto; et in hoc maximé fluctuatur eorum conſcientia, et in alio ſeculo ſunt reddituri rationem Deo Optimo Maximo.

26 Et Parochi tenentur vi directiua, licèt non coactiua, ad tradendos hos libros.

27 Immo poſſunt cogi vi coactiua ab eorum Ordinarijs ob publicum bonum,ad tradita per Franc. *Deciſ.* 9. vbi Add.

28 In omnibus enim cauſis, ex quibus reſultat bonum publicum, tenentur Eccleſiaſtici, vi directiua, ſtare ſtatutis, et ordinationibus laicorum, Sot. *in* 4. *diſtinct.*25.*q.*2.*concl.* 4. Nauar. *in Manual. cap.* 23. *n.* 88. Genuen. *in Prax. Archiepiſc. cap.*74. licèt non vi ſtatuti,ſed rationis naturalis, Molin. *de contract. diſput.* 347. *&* 364. Sair. *in Clau. Reg. lib.* 3.*cap.* 4. *à n.* 8. Cardin. de Luc. *de Iuſtit. & Iur. tom.* 2. *tit. de empt. diſp.* 26. *ſect.* 6. *n.* 75. Sperell. *Deciſ.* 13. de Marin. ad Reuerter. *Deciſ.* 222.

29 Diximus cogi poſſe ab Ordinarijs, cũ Iudex laicus ſit penitus incompetens, Doctores vbi ſupra; et Epiſcopi tenentur ex cauſa tueri, et adiuuare Principum edicta, Azor.*inſtit. Moral. p.*1.*lib.* 5. *cap.* 12. Sperell. *Deciſ.* 13. *à n.* 14.

30 Et ideo Inſtructiones loquuntur per verbum *procurando*, quod nullo modo denotat Iuriſdictionem, et ſimile habetur in Pragm. 1. *de Parochis*, in qua Inuictiſſimus Catholicus Rex noſter hortatur Ordinarios locorum, vt præcipiant Parochis confectionem libri Baptiſmi, ad ſciendum ætatem: quia iſti tenentur ex eorum officio pro bono publico, vt ſciatur ætas pro Ordinibus, Matrimonijs, etc.

31 Necnon vt ſint noti parentes, patria, etc. Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 51. *a n.* 3. Rouit. et Tap. *in dicta pragm.* 1. et habetur in cap. 1. *de Parochis*.

32 Et tenentur ſub mortali propter finem neceſſarium, ſcilicet vitandi lites, et confuſiones, Sanch. *de Matrimonio, lib.* 3. *diſput.* 15. *n.* 22. Barbos. *de poteſt. Paroch. cap.* 7. *n.* 8. *& de poteſt. Epiſcop. allegat.* 32. *n.* 174.

33 Sic etiam tenẽtur conficere librum Matrimoniorum, in quo debent deſcribere contrahentes, locum, diem, menſem, et annum, ex Trident. *Seſs.* 24. *de reformat. cap.* 2. Fuſc. *de viſitatione lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 26. Barbos. *in Trident. loc. cit. & de offic. Paroch. cap.* 7. Sanch. *vbi ſupra*, Gratian. *diſcept.* 653. *n.*63. étiam ſub lætali culpa, Rot. *p.* 11. *Recent. Deciſ.* 301. *n.* 4.

34 Et denique tenentur conficere librũ mortuorum, Fuſc. *vbi ſupra, cap.* 2. *n.* 28. Rouit. *in dicta pragm. n.* 7.

35 Et quia iſti libri ſunt ſcripturæ publicæ, ideò non poteſt denegari exhibitio, vt diximus ſupra, Rebuff. *ad ll. Galliæ, tit. de Chirogr. & Cædul. recognoſc. n.* 6. *verſ.* 3. *lib.* 1. Rot. apud Caual. *p.* 2. *Deciſ.* 12. *à n.* 23. & apud Ludouiſ. *Deciſ.* 129. *n.* 7. apud Royas *Dec.* 186. vbi latè.

36 Et quod liber Baptiſmatum probet ætatem, vt ſcriptura publica, docent Rouit. *vbi ſupra n.*4. Menoch. *loc. cit. n.* 52. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1147. *n.* 12. Genua *de ſcriptura priuat. lib.* 5. *q.* 3. Molin. *de Ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 9. Ricc. *in prax. Deciſ.* 249. Rot. apud Serafin. *Deciſ.* 592. apud Buratt. *Deciſ.* 116: ſecus ſi ſit liber Catechiſmi: quia ſolùm probat ſolemnitates Baptiſmi Infantis, quæ poſſunt contingere poſt natiuitatem, Barbos. *de canon. & dignit. cap.* 3. *n.* 19. Rot. *p.* 18. *Recent. tom.* 1. *Dec.* 273. *à n.* 13. Sed an probet filiationẽ vide Prat. *lib.* 1. *diſcept. cap.* 40. *n.* 12.

37 Sed tamen poteſt eius fides labefactari contrarijs probationibus: quia etiam hoc cõceditur contra publica inſtru-

ſtrumenta, vt in terminis docet Iul. Capon. Præceptor meus recolendæ memoriæ *lib. controuerſ. cap.* 28. *n.* 14. vbi latè de hac materia.

38 Deſeruiunt ergo libri in diſcuſſione grauaminum ad probandam ætatem, necnon pro ſpolio perſonarum, ad euitandas occultationes focularioru; ſed à dictis libris eſt facienda extracta de verbo ad verbum, prout iacet, ab ipſo Parocho, cum eius ſigno, Viui. *Deciſ.* 484. Add. ad Ludouis. *Deciſ.* 359. *n.* 9. Add. ad Buratt. *Deciſ.* 11. *n.* 5.

39 Sic liber mortuorum plenè probat mortem, Dec. *conſ.* 46. Fuſc. *de Viſit. cap.* 2. *n.* 28. Ludouic. *Deciſ. Perus.* 55. *n.* 7. Rot. ap. Caualer. *Deciſ.* 525. *n.* 3. *& p.* 1. *Recent. Deciſ.* 62. Sic etiam liber Hoſpitalis, vel Confraternitatis, in quo mortui notantur, Surd. *Conſ.* 350. Valaſc. *Conſul.* 10. *p.* 1. Barbos. *de Paroch. cap.* 7. *n.* 13. Capon. *loc. cit. n.* 11.

40 Debent tamen iſti libri confici à Parocho, vel ab alia perſona approbata, ſine aliqua vitiatura, aut cancellatura, et extracta ſit in forma authentica, cum approbatione Notarij, ad hoc vt probent, nec ſufficit copia copiæ, Marant. *lib.* 3. *Controuerſ. cap.* 462. Add. ad Rouit. *conſ.* 25. *lib.* 1. Rot. *p.* 12. *Recent. Deciſ.* 123. Barbos. latè *de offic. Paroch. cap.* 7.

41 Si tamen liber Baptiſmatum, vel alius non reperiatur, poterit ætas, aut mors, vel aliud, quod continetur in dictis libris, aliunde probari, ſcilicet ex actis publicis Vniuerſitatis, ex libro præcedentis Numerationis, et libro patris, in quo deſcribuntur filij, ex teſtimonio vicinorum, et denique ex aſpectu corporis, reſpectu ætatis, Maſcard. et Menoch. *loc. cit.* Rouit. *indicta pragm. n.* 2.

42 Et quod poſſit Iudex iudicare ætatem ex aſpectu, docent Alberic. *in l. de ætate, & in l. minor, ff. de minoribus*, Grāmat. *Deciſ.* 48. *à n.* 18. Rouit. *vbi ſupra*, Cannauer. *Deciſ.* 45. *a n.* 15. Antonel. *de Temp. legal. lib.* 2. *cap.* 13.

43 Et quod liber priuatus patris, in quo deſcribit natiuitatem filij, probet ætatem, ſi adſit notatus dies, etiam contra tertium, ex Salic. Maſcard. et alijs, docet Capon. *loc. cit. n.* 12. Sforz. Odd. *de reſtit. in integrum, p.* 1. *q.* 37. *art.* 1. *vſque ad* 14.

44 Sic etiam liber Numerationis, in quo eſt deſcripta ætas, quia dicitur confectus ab Officiali, publica authoritate electo, Grammat. *dict.* Deciſ. 48. vbi Petr. Add. *à n.* 7. & nouiſſimè poſt hæc ſcripta viſus Dominus Conſil. Petr. *R.* *M. C.* 269. *n.* 34. *verſ. ipſe comitans, tom.* 3. Sforz. Odd. *loc. cit. art.* 9. *à n.* 84. Thor. *in Suppl. Deciſ. verb. ſenex excarceratus*, & plenè Capibl. *de Baron. pragm.* 8. *tom.* 2. *cap.* 48. *n.* 12.

45 Et denique liber Matrimoniorum, Maſcard. *de probation. concl.* 672. *à n.* 18. Menoch. *conſ.* 195. *n.* 3. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 15. *n.* 22. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. cap.* 1. *conſuet.* 1. *partic.* 192. *n.* 19. Barbos. *loc. cit.* Ricc. *Deciſ.* 238. *n.* 6. *& in prax. fori Eccleſiaſtici, p.* 1. *reſol.* 218. Rot. *p.* 1. *diuerſ. Deciſ.* 750. *& Deciſ.* 340. Barbos. *loco cit.*

46 Si tamen deficiat liber matrimoniorum, poterit illud aliunde probari, Rot. *p.* 2. *Recent. dicta Deciſ.* 311. *n.* 5.

47 Sed an teneatur Vniuerſitas producere ad inſtantiam Fiſci dictos libros originales, ſi habeat ſuſpectas fides præſentatas, ad finem redarguendi de falſo? Reſpondetur, hanc quæſtionem fuiſſe diſcuſſam in S. C. in materia Inſtrumenti publici, et fuit reſolutum, producentem non teneri exhibere protocollum, ex quo non eſt in ſui poſſe, ſed Notarij, de quo Franc. *Deciſ.* 194. vbi Add. Reg. de Marin. *lib.* 1. *quotidianar. cap.* 186. et in Add. ad Reuert. *Deciſ.* 220. Rot. ap. Ludouis. *Deciſ.* 129. nu. 3. ap. Duran. *Deciſ.* 117. *n.* 16. *& p.* 4. *Recent. Deciſ.* 263. *n.* 7. ſic applicari poteſt in caſu, ex quo iſti libri ſunt in poſſe Parochi; vnde cōſulendum eſt indemnitati Fiſci, et Vniuerſitatum, vt requiratur Ordinarius ad hoc, vt præcipiat Parocho exhibitionem librorum, vt fiat cum eis collatio.

48 Et quandoque accidit, vt copiæ ſcripturarum producantur in Tribunali Regiæ Cameræ in prima inſtantia, vel in gradu Reclamationis, et Regius Fiſcus inſtat pro exhibitione originalis libri, quē difficilè eſt haberi ob diſtantiam locorum; ideo ſolet cōmitti à Reg. Ca-

C 2 mera

mera comprobatio dictarum ſcripturarum in partibus, vel Præſidi, aut Auditori Prouinciæ, vel alij officiali, aut ſaltem Doctori ſpectatæ fidei; qui, recognitis ſcripturis, et collationatis cum originali, facit relationem veritatis; vt fuit practicatum in cauſa Ciuitatis Netitoni meæ Patriæ in eadem Regia Camera in diſcuſſione ſex focularium in gradu Reclamationis in Rubrica pupillorum, et ſexagenatiorum: quia, cùm fuiſſent præſentatæ fides Baptiſmatum, fuit inſtatum pro exhibitione Libri à Domino V.I.D. Andrea Sabatino Reg. Camaræ Summ. Fiſci procuratore, viro doctiſſimo, et maiora prometito, Fiſci iura in Aula Domini Præſidentis D. Didaci Vlloa patrocinante in cauſis Numerationis; à Dominis Præſidentibus fuit commiſſa comprobatio Domino Ioſepho Falangola, tunc Reg. Rationali digniſſimo, et officium Quæſtoris in prouincia Hydruntina exercenti; qui facto acceſſu ad dictam Ciuitatem, et recognito Libro Baptiſmatum, tetulit Regiæ Cameræ, fides præſentatas concordare cum originali; et Vniuerſitas, me patrocinante, obtinuit deductionem ſex focularioru in anno 1673. Acta ſunt apud ſucceſſorem quòd. Magnifici Rationalis Antonij de Fatio Relatoris cauſarum noſtræ Prouinciæ.

49 Et ſolet Regia Camera, quando Fiſcus opponit contra ſcripturas, vel teſtium depoſitiones, aut aliud, quod reddit dubiam mentem Iudicis, et ſic è contra, quando hoc faciunt Vniuerſitates; interponere Decretum, quod fiant diligentiæ, et interim ſuſpenditur deciſio focularis.

50 Hæc commisſio collationis ſcripturarum, ſi habeantur ſuſpectæ, et originale extet in longiſquis partibus, eſt fundata in ratione, et Iure, ad finem cognoſcendi, an copia extracta ſit vera, vt docent Bart. et Bald. *l. Iudices, Cod. de fide Inſtrument.* Cagnol. *in l. ſi librarius*, *num.* 27. *ff. de regul. Iur.* Farinac. *de falſitate q.* 154. *p.* 3. *n.* 47. et Practici Romani vocant *compulſoriã à compellendo* conſeruatores ad exhibitionem originalis, ad finem comprobãdi, Rodulf. *in prax. Iudic. p.* 1. cap. 12. *n.* 167. et hæc commiſſio poteſt expediri per litteras miſſiuas, ſeu epiſtolã, Rodolf. *loc. cit. à n.* 69.

51 Si Vniuerſitas occultet libros Extimi, vel alios, ad finem fraudandi aliquod foculare, nec exhibere curauerit; tunc Numerator debet ipſam certiorare cum Deputatis, et Syndicis, ne cauſam ignorantiæ valeant allegare, et de hoc breue, et dixtinctum notamentum facere in margine focularis, vt habetur in Inſtructionibus.

52 Et ſi exhibitio non ſit facta, vel ſi facta, apparuerint libri falſi, vel vitiati, tunc Numerator debet procedere ſeruata forma Decreti Reg. Cameræ, lati tempore Sereniſſimi Regis Catholici, de quo in hoc *primo capite Inſtructionũ*, quod eſt tenoris ſequentis videlicet,

Quod Vniuerſitates, quarũ Cataſta apparent euidenter falſa, vel quæ recuſauerint vera Cataſta præſentare, nõ audiantur in prætenſis grauaminibus, & deductionibus focularium ex quavis cauſa; deductis tamen Presbyteris, focularibus forsè duplicatis ex errore, & mortuis ante expeditionem Cædularij. &c.

§. SECVNDVS.

53 POſtquam Numerator im pleuerit dicta *in §. primo*, debet expedire banna, publicanda, et affigenda in locis publicis Ciuitatis, et Terræ.

54 Bãna enim adhoc vt ſint valida, et nemo ab ipſis excuſetur ex ignorãtia, debent publicari in locis publicis, et eminẽtibus, iuxta ſolitũ, et affigi, Felyn. *in cap.* 2. *n.* 21. *de conſtit.* Gramm. *Deciſ.* 47. Batt. *in l.* 1. *ff. de arbitr.* Lanar. *conſ.* 27. *n.* 4. Farinac. *in prax. crim. p.* 1. *verb. conſtitutio*, 649. Borrell. *de magiſtr. edict. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 23. Nouar. *de grauam. vaſal. lib.* 1. *grauam.* 224.

55 Sic in Banno pro ſententia foriudicationis, Afflict. *in conſtit. grandis vtilitas*, *n.* 18. aliàs erit nullum, Foller. *in prax. crim. rub. banniantur*, *n.* 5. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.* 1. §. 3. *n.* 18. Conſil. Prat. *lib.* 1. *diſcept. cap.* 44. *à n.* 5. & *cap.* 45. Scialoia *in prax. foriudicat. cap.* 9. *n.* 8.

56.

56 Sic etiam quælibet lex, aut Statutũ debet publicari adhoc vt ligent ſubditos, *l. ſed & milites §. penult ff. de excuſat. tutor.* Auth. *vt fact. nou. cõſtit. §. ſi verò, collat.* 5. Auth. *de litigioſ. §. fin. &* Auth. *de defenſ. Ciuit.* Franc. Marc. *Deciſ.* 63. *tom.* 1. Caualcan. *Deciſ.* 30. *n.* 9. *p.* 1. Gramm. *Deciſ.* 47. *n.* 9. Capell. Toloſ. *Deciſ.* 444. Borell. *de magiſtrat. lib.* 2. *cap.* 2. Medic. *in tract. de leg. & ſtatut. p.* 4. *q.* 34. ſic in Indulto, & alijs, Danz. *de pugn. DD. tom.* 2. *de pragm. publican. cap.* 1. *n.* 16. Franc. *Deciſ.* 360. vbi Add. Nouar. *in Collect. pragm. in præfat. proſipotion.* 5. *et* 6. Sarn. *in prax. crim. tit.* 18.

57 Et pariter in citatione per Edictum, quæ priùs debet legi per Seruientem Curiæ, & deinde affiggi, clement. prima *de Iudic.* vbi DD. Vanſ. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu citat. n.* 133. *et* 140. Felyn. *in cap. quoniam, n.* 18. *vt lite non conteſt.* Caſſador. *Deciſ.* 1. *n.* 2. *de appellat.* Rot. *in Nou. Deciſ.* 5. *tit. de reſcript.*

58 Add. ad Burat. *Deciſ.* 943. *n.* 7. Quæ verò requirantur, vt validè expediatur citatio per edictũ, vide Bart. *in extravag. ad reprimendum,* Add. ad Burrat. *loc. cit.* Rodulf. *in prax. p.* 1. *cap.* 3. *à n.* 75.

59 Et denique ſic obſeruari debet in ſubſthationibus pro vendirionibus rerũ exequutarum in cauſam iudicati, quæ dicuntur venditiones neceſſariæ; & in uenditionibus voluntarijs, puta rerum Eccleſiæ, minorum, Vniuerſitatis, aut Fiſci, DD. *in Auth. hoc ius porrectum Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. l. fin. Cod. de vend. reb. Ciuit. lib.* 11. Add. ad Rouit. *conſ.* 64. *n.* 4. latè Merlin. *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 75. *& in l. magis puto, ff. de rebus eorũ, &c.*

60 Subhaſtatio enim nil aliud eſt, niſi rei venalis publica expoſitio voce præconis, Muſcat. *in prax. Gloſ. vendantur, p.* 2. *n.* 85. DD. *in l. ſi quos, Cod. de reſcindend. vendit. & in l.* 1. *Cod. de fid. Inſtrumẽt. & Iur. haſtæ fiſcalis lib.* 10. & juxta praxim Romanæ Curiæ affigguntur Edicta in loco rei ſubhaſtandæ, ſcilicet, vel in loco rei ſitæ, aut in loco Iudicij, ſi ibi exet; nec proceditur ad venditionem, niſi facta relatione de edictis publicatis, vt teſtatur Rodulf. *in prax. p.* 1. *cap.* 15. *n.* 131. Et in Regno ſeruatur fieri banna per Ciuitates Regni, quando venduntur officia Reg. Curiæ, aut Arrendamenta, & gabellæ eiuſdem.

61 Debent continere banna, de quibus agitur in §. noſtro, vt nemo audeat fraudare ſuum foculare, in occultando, aut vniendo cum alijs, aut quocunque modo, in damnum Regi Fiſci, quouis quæſito colore, aut cauſa, ſed vnuſquiſq; in ſua propria domo maneat, vt priùs; nec ab ipſa rtanſportet mobilia, ſupellectilia cuiuſcunque generis, aut ſcripturas, & hoc ſub pœna ducatorum quinquaginta, pro quolibet foculare occultato, & remigationis per triennium ignobilibus, & totidem relegationis nobilibus, alijſque pœnis arbitrio Suæ Excellentiæ; tam contra principales, quàm contra complices, & participes fraudis, cum præmio ducatorum quinquaginta in beneficium accuſatoris pro quolibet foculare, abſque metu quod publicetur accuſator, dommodo probet fraudem.

62 Sed reſpectu principalium fraudantium non habebit locum hoc lucrum, ſed tantùm remittuntur reliquæ pœnæ; nec dictum lucrum habebit accuſator, ſi alius præuenerit in denunciando fraudem, & habetur in cap. 2. *Inſtructionũ,* & adeſt Reg. prag. Excellentiſs. Comitis Caſtrilli 17. Martij. 1656.

63 Publicatio, & impoſitio pœnarum, de quibus ſupra, eſt Iuri conſentanea: quia ſemper eſt obeundum fraudibus, & quotidie practicatur in Regno in fraudantibus gabellas, & extrahentibus res veritas, & committentibus alia controbanna, vt Reg. pragm. tit. de extractionibus; immo in aliquibus caſibus eſt impoſita pœna mortis, vide latè Conſil. Rocc. *in Tract. de offic. rub.* 4. §. 5. quo caſu iudicium fraudis, & controbanni dicitur criminale, Rocc. *loc. cit. n.* 53. & Dominus conſil. Aſcan. Raeran. recolen. mem. ap. ipſum *à n.* 162.

64 Et in terminis noſtris pœna remigationis fuit in praxi obſeruata in perſona eorum de Riuello, qui commiſerunt fraudem in Numeratione, vt teſtatur de Curt. *in diuerſ. Iur. feudal. in principio, n.* 4. vide Rebuff. *in l. ſi peræquatores, Cod.*

Cod. de cenſib.& cenſit. lib. 11.Frecc. *de ſubfeud. lib. 2. auth. 2. n. 31. de* Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit.* §. 2. *n.* 18.Caplibanc. *in pragm.* 1. *de Baron. n.* 107.

65 Et in *Inſtructionibus* dicitur *alijs pœnis arbitrio Suæ Excellentiæ* ad oſtendendũ, poſſe fraudantes alijs pœnis puniri, & arbitrium extenditur vſque ad mortem, ex circunſtanrijs, quæ reſultant ex reiteratione delicti, mala vita delinquentis, falſitate diplomatis Principis, ſigilli, vel priuilegiorum, &c. & delictum maximé aggrauant. Si enim Iudex ordinarius in pœnis arbitrarijs poteſt ſuum arbitrium vſque ad mortem extendere, ſecundùm veriorem DD. ſententiam *in* §. *in ſumma, de Iniurijs*, Farinac. *q.* 17. *n.* 35. Caball. *reſol. Criminal. cal.* 92. *n.* 2. Franc. *Deciſ.* 504. San-Felic. *Deciſ.* 34. Conſil. Prat. *reſpon.crim.* 17. *n.* 32. multò magis habebit locum in perſona Principis, qualis eſt Prorex in Regno, qui dicitur *Alter Ego*, Giurb. *Conſ. crim.* 6. Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit.* §. 2. *n.* 14. latè doctiſſimus; & amicus noſter D. Carol. Antonius de Luca *in addit.* ad Franc. *Deciſ. cit.*

66 Et quod reuelantibus fraudes commiſſas in damnum Fiſci in gabellis, vel in damnum habentium cauſam ab eo, ſoleat à Reg. Cam. concedi præmium, quod eſt quarta pars intercepti, teſtatur Conſil. Rocc. *de offic. rub.* 14. §. 8. *n.* 101. & Cuiac. *ad titul.Cod.de delator.* In fraudibus commiſſis in reuelando Releuium, vel aliquod ius, competens Regio Fiſco, ſolet concedi ſexta pars de omni eo, quod peruenerit in poſſe Regiæ Curiæ, eſt deciſum per Reg. Camera apud Reg. de Marin. *arreſt.* 550. & in materia Numerationis fuit emanatum Bannum ab Excellentiſſimo Comite Caſtrilli, olim Prorege 28. Ianuarij 1656. ab eodem confirmatum in pragm. 17. menſis Martij eiuſdem anni, *& in l.* 13. §. 1. *ff. de ſucceſſ.*

67 Intellige tamen dummodo reuelans non ſit particeps fraudis, *l. idem* §. *ſi tibi iudicium*, *ff. de conditione ob turpem cauſam*, *l. ſolent ff. de præſcriptis verbis*. Et præmium ſolet etiam concedi à Regio Fiſco, in licitatione rerum fiſcalium, ſi vendantur, vel locentur; ſic etiam in licitationibus rerum Vniuerſitatis, ad alliciendos emptores, vel cõductores, quod vulgò dicitur *Reincanto*, Muſcatel. *in prax. lib. 2. p. 3. gloſ. venduntur, n.* 75. Ferrect. *de gabel. n.* 267. Antonin. d'Amat. *lib.* 1. *reſol.forens.cap.* 28. *n.* 13. Parlador. *lib. 2. variar. reſol. p.* 5. §. 13. *cap. fin.* Poſt. *de ſubbaſtat. in ſpect.* 51. & ab Hiſpanis dicitur *Promitido*, Larr. *p.* 1. *allegat. fiſcal. cap.* 29.

69 Debent tamen reuelautes fraudem probare, ſaltem per indicia, ſufficientia ad torturam, & hoc denotant illa verba *noſtrarum Inſtructionum* (*per ciaſchedun ſuoco che metteranno in chiaro*) *ex Tex. in l. non omnes*, §. *fin. ff. de re militari*, *l.* 1. *Cod. ex quibus cauſis Seruus pro præmio accip. libert.* Bart. *in l. ſi quis, ff. ad Sillanian.* Capiblanc. *in prag. 6. de Baron. n.* 146. San Felic. *Deciſ.* 222. Giurb. *conſ. Crim.* 22. *de delatoribus*; vide tit. Cod. *de delator. lib.* 10. & Regen. de Philipp. *differt. fiſc. cap.* 3. *n.* 25. de Rub. *forenſ. certam.* 10. *à n.* 5.

§. TERTIVS.

70 POſt promulgationem bannorum debet Numerator præcipere Adminiſtratoribus Vniuerſitatis electionem Deputatorum pro aſſiſtentia confectionis Numerationis, que debet eligere viros timoratæ conſcientiæ, timentes Deum, & Iuſtitiam, & bené informatos, & callentes perſonas, & focularia, & cum eorũ interuentu numerare.

71 Et in Numeratione oſtiaria idem Numerator debet aſportare librum Numerationis antecedentis, & *in noſtris Inſtructionibus* fuit ordinata aſportatio Numerationis, confectæ ab Vniuerſitatibus Regni in anno 1658. ſecundùm formam pragm. 28. Ianuarij 1658. Excellentiſſimi Comitis de Caſtrillo, á qua emanauit remedium prouiſionale ſolutionis fiſcalium. Et hic liber deſeruit ad fraudes euitandas, & pro meliori perfectione Numerationis, tã pro Fiſco, quàm pro Vniuerſitatibus: in hoc enim certifi-

tificatur Numerator de perſonis, poſſeſſione, & bonorum qualitate, perſonarũ ætate, vnione, & ſeperatione familiarũ, & focülariorum, antecedenter deductorum.

72 Et ſæpius obſeruaui in Praxi, Dominos Præſidentes, & Fiſci Patronum indiſcuſſione grauaminum in dubijs occurrentibus in facto, accepiſſe normam ab antecedenti Numeratione: hic enim liber dicitur publicus, anthoritate publica ab officialibus deſtinatis confectus, & plenè probat, vt ex Grammar. Thor. & alijs, diximus ſupra *in §. primo n. 44.*

73 Idem Numerator debet ſemper præmanibus habere Inſtructiones Reg. Cameræ, confectas pro directione Numeratoris, necnon debet deferre iuramẽtum Deputatis de veritate dicenda, circa focularia, & de omnibus, de quibus eos ipſe Numerator interrogauerit iuxta eius arbitrium, & prudentiam, cum comminatione pœnarum, de quibus diximus *in §. præcedenti*: Et electio Deputatorum debet fieri ſolemniter ab Vniuerſitate, & de ea confici publicum documentum, in actis Numerationis inferendum.

74 Numeratio debet fieri clarè, & diſtinctè, & in principio libri Numerationis debet deſcribi, ſeu notari modus, quo viuitur in Loco numerando, an ſcilicet per Cataſtum, an per Gabellas.

75 in Regno enim omnes Vniuerſitates viuunt aut per Cataſtum, aut per Gabellas, pro ſolutione fiſcalium, & aliorum onerum, Capy. *deciſ.* 148. Reg. de Marin. *lib. 1. quotid. cap. 63. n. 3. & in addit. ad Reuert. Deciſ.* 387. & nos alibi fuſius: & electa via viuendi per Gabellas, poteſt Vniuerſitas mutare modum, & viuere per Cataſtum, Campag. *in cap. Regni* 167. de Marin. *loc. cit. n. 3. & lib. 2. cap. 54. n. 1.* & hoc notamentum fit, vt Numerator ſciat facultates, & Ciuium perſonas, ad declinandas fraudes, & pro aptiori diſcuſſione focülariorum.

76 Sed quid dicendum, ſi in aliquo Loco viuitur per Gabellas, nec reperiatur Cataſtum, ſiue apprecium bonorum ciuium, aut quia non confectum, aut fortè deperditum?

77 Reſpondetur, caſum eueniſſe in anno 1662. in Ciuitate Baruli, quam numerabat doctiſſimus & integerrimus olim Regius Conſil. Don Thomas Cauanita; qui à Regia Camera expoſtulauit, quomodo in hoc ſe gerere deberet; & reſponſum habuit à Tribunali, quod cum alijs Reſolutionibus habui vernacula lingua, à verſatiſſimo Præſidente Regiæ Cameræ breuioris Togæ *Ioſepho Stantione*, olim vigilantiſſimo Rationali, & in materia Numerationis nunquam ſatis laudato, & eſt videlicet.

A 4. Marzo 1662. dalla Reg. Camera ſegli riſpoſe, che ſe ne faceſſe dare il giuramento dalle ſteſſe parti di quello poſſedeuano, e dalli Deputati; & in oltre procurarſi hauer fedi dell'Vniuerſità di quello poſſedeuano detti particolari, &c. vt videre eſt *in libro Notamentorum Reg. Cam.*

78 Item Numeratores debent facere ſeparatum Alphabetum focülariorum, & ſubfoculariorum diſtinctè cum eorum numeris; Et ſi Terra plures habeat vicos, ponat cum diſtinctione vicorum nomina in Oſtiaria. Necnon notet diem inceptæ Numerationis Oſtiariæ, & ſingulos dies vſque ad perfectionem totius deſcriptionis, & Numerationis.

79 Item faciat in margine cuiuſcunque focularis notamentum omnium bonorum, quæ poſſidet, prout ſunt notata in Cataſto, vel alibi, & in eadem margine deſcribat artem, exercitium, & qualitatem perſonæ numeratæ: ex Numeratione enim Oſtiaria magis veritas elijcitur, quia fit per ocularem inſpectionem Iudicis, *l. ſi irruptione ff. finium regundorum*, & in terminis Thod. *Alleg. 95. n. 5.*

80 Itẽ in numerando, et deſcribẽdo debet prius deſcribere caput focularis, ſeu familiæ, cum eius nomine, cognomine, patria, & ætate, & deinde eius familiam, vt puta vxorem, ſi adſit, filios, fratres, famulos, & famulas, et in omnibus debet hic ordo obſeruari, *vt in cap. 3. noſtrarum Inſtructionum*. Hinc colligitur in materia Numerationis, quod habemus Foculare, et Subfoculare; Foculare eſt

eſt caput familiæ numeratæ, poſitum in principio numeri, vt diximus; Subfoculare eſt illa perſona, quæ ſubſequitur caput, & dicitur *ſub*, quaſi *ſubpoſitum*: & quia, vt diximus, in Regno noſtro non fit numeratio per ſingulas perſo-
81 nas, ſed per familias; familiæ appellatione veniunt plures perſonæ, qua ſub vnius poteſtate, aut natura, aut Iure ſubiectæ ſunt, vt habetur ex Vlpian. *in l. pronunciatio*, §. *familiæ, verſ. Iure proprio, ff. de verb. ſignificat.* quorum caput pater eſt, vnde dicitur pater familias, & ſub illo etiam ſerui continentur, cæteri verò exiſtentes per modum vnius ſub capite, dicuntur *ſubfamilia*, ſeu *ſubfoculare*; & in materia noſtra qui maior
82 eſt, dicitur caput. Et ideo debent omnes ſcribi, quia poteſt ſubfoculare, mortuo capite, vel ab illo ſeparatum, aut emancipatum, nouum cōſtituere foculare, & diſtinctam habere familiam I. C. *in dicto* §. *familiæ, verſ. & cùm pater*, ibi: *Et cùm Pater familias moritur, quot capita ei ſubiecta fuerunt, ſingula familias incipiunt habere*; idemque euenit in eo, qui emancipatus eſt, ex Theodor. *dicta allegat.* 95. Thor. *in compend. Deciſ. p.* 1. *verbo ciuis Neapolitanus*,
83 *colum.* 5. Hinc nota, quod focularia, fumantes, & familiæ ſunt ſynonima, Bald. *in auth. defuncto n.* 11. *Cod. ad Tertul. in l.* 1. *ff. quod cuiuſque Vniuerſitatis*, & nos diximus *tit. precedenti nu.* 15. D. Franc. Deſic. *ad pragm. Regn. Sardin. lib.* 2. *tit.* 26. *cap.* 1. *à n.* 12.

§. QVARTVS, ET VLTIMVS

84 POſtquā compleuerit Numerator oſtiariam deſcriptionem, ſeu Numerationem, debet illam comprobare cum præcedenti Numeratione, *vt in cap.* 4. *Inſtructionum*, in quo mandatur comprobari Numerationem, cum ante-
85 cedenti, confecta in anno 1658. Idem facere debet cum libris Cataſti, Cædularum, Collectarum, & impoſitionum Vniuerſitatis, per ſingula focularia, & eorum nomina breui, & diſtincta nota, in eorum margine, etiam de eo, quod poſſident, fuerunt taxati, & ſoluerunt; & in margine eiuſdem debet poni numerus veteris Numerationis, V. G. foculare quod eſt in numero 10. in Noua deſcribatur talis in Veteri num. 15. prout eſt notatum in veteri, & è contra, in margine veteris debet poni numerus eiuſdem focularis, prout eſt in noua, & omnes deſcribi, prout ſunt in veteri coniunctim vel ſeorſum, ad finem cognoſcendi focularia cōfeſſata, & aliorum, de quibus fuit habita ratio.
86 Et denique, ſi compertū fuerit adeſſe in antecedenti Numeratione aliquod foculare, aut nomen, non deſcriptum in Noua, debet aggregari per diſtinctam rubricam, & numerū conſequutiuum, prout practicatur in ſpolio librorum Cataſti, Collectarum, Baptiſmatum, Matrimonij, ſtatus Animarum, Protocollorum, & aliarum ſcripturarum, de quibus diximus *in* §. *primo*.
87 Vnde nota, quod aliud eſt *numerare* perſonas, aliud *aggregare*; quia *numerare* eſt deſcribere in Oſtiaria in loco, & eius diſtrictu; *aggregare*, quando non reperitur habitatio perſonæ, ſed eſt deſcripta in dictis libris, aut ex aliquo notitia habita eiuſdem perſonæ, & deſcribitur poſt numerum conſequutiuum Oſtiariæ, videlicet Aggregatur talis ex ſpolio veteris Numerationis, ex ſpolio Cataſti, &c. quæ aggregationes etiam leguntur, et notificantur Vniuerſitati, vt poſſit contra aggregationes ſuas parare defenſiones.
88 Sed dubium eſt, an in ſpolio Protocolli, vbi in Inſtrumento non tantùm notantur contrahentes, et teſtes, ſed etiam confinia alicuius fundi cum Domino illius v. g. ſi dicatur *vendidit talē fundum confinantem cum Titio Ciuitatis Lycij*, an debeat hic Titius aggregari vt ſupra per numerum conſequutiuum?

Reſpondetur de hoc dubitaſſe Dominum Franciſcum Raetanum, tunc meritiſſimū Regij Fiſci Patronum in hac Prouincia Hydruntina, ad preſens digniſſimum Regium Conſiliarium, eximij, ac doctiſſimi Regij Conſiliarij Aſcanij Raetani filium, recolendæ memoriæ inde Regentis Regiam Cancellariam, ac digniſſimū ger-

germanum Regij Conſiliarij Domini Vincentij, itidem Regiam Cancellarium Regentis, Sanguinis, hæreditatis, doctrinæ, et dignitatis ſucceſſoris; dum in anno 1663. vti Regius Numerator Ciuitatem Litij, aliaque loca numerabat, qui ad Regiam Cameram pro reſponſo recurſum habuit, cui infraſcripto modo reſpondit.

A *3. Febraro 1663. ſe gli riſpoſe, che, eſſendo del Luoco, che numera, gli ſeruirà di gran luce, per poter fare l'altre diligenze per aggregarli; & eſſendo d'altra Patria, e P tranza, nè facci ſpoglio, per mandarſi al Numeratore del Luoco, di doue ſaranno. Decretum eſt apud Secretarium, in libris Notamentorum Regiæ Cameræ.*

89 Debent ergo benè aduertere Numeratores, quando faciunt has aggregationes, nè ſpolient antiqua Protocolla, et alias ſcripturas antiquas;ſed tantùm debent notare illas ſcripturas confectas poſt vltimam Numerationem, vt diximus *ſupra in* §. *primo*, necnon quādo deſcribunt nomina, & cognomina; & ſi in ſcripturis enuncietur exterus cū eius patria, debent certiorare Numeratorem illius patriæ, abſque eo quod onerent in aggregando Vniuerſitates, quas numerant; aliàs eorum animam onerabunt: debent enim diſcretè, & fideliter ſe gerere, ſecluſa omni adulatione, aut ambitu, & iniuſtas fiſcalitates exuere; nè obtentu Regij ſeruitij, proſternant Iura, et Vniuerſitates grauent, quod prorſus alienum eſt à voluntate Sereniſſimi, & Inuictiſſimi Regis noſtri, vt in hac materia ſcripſit Capiblanc. *in pragm. 10. de Baron. n. 23.*

TITVLVS QVINTVS

De Viduis, Mulieribus Tertij Ordinis, & Bizochis, deſcriptis in Numeratione: & quomodo ſint ſocularia?

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc titulo de Viduis, earunque Priuilegijs, quomodo ſint numerandæ, & debeant remanere, aut expungi à Numeratione? et de *Bizochis*.

SVMMARIVM

1 *Introductio ad titulum, & de modo numerationis Viduarum, & n. 2. & 3.*
4 *Rubrica, licèt loquatur de Viduis, complectitur omnes mulieres præter coniugatas.*
5 *Confutatur modus deſcriptionis aliarum Mulierum.*
6 *Virgo etiam dicitur Vidua.*
7 *Viduæ ſunt ſub protectione Dei Optimi maximi, & Principis Terreni.*
8 *Deus Optimus Maximus dicitur pater Pupillorum, & Viduarum.*
9 *Vidua habet priuilegium variationis, & electionis Fori.*
10 *Et poteſt proprium Iudicem expetere.*
11 *Hoc etiam habet locum in Tribunali Eccleſiaſtico.*
12 *Ampliatur etiam in Virgine.*
13 *Sed an habeat locum in Virgine, patrem habente? & reſoluitur quæſtio.*
14 *Ampliatur in Virgine, deſponſata per verba de futuro.*
15 *Idem in Vidua, etiam diuite.*
16 *Idem in Muliere nupta, habente virum inutilem.*
17 *Ampliatur, ad litis conſortem, habentē cauſam communem cum vidua, & quomodo?*
18 *Quæſtio de vidua introducta cauſa electionis, ſi deinde nubat, lite non finita.*
19 *Reſoluitur.*
20 *Reſolutio generalis quæſtionis.*
21 *Reſponſum ad argumentum contrariæ ſententiæ.*
22 *Præſcriptio quando per litem dicatur interrupta?*
23 *Poſſeſſor dicitur in mala fide lite conteſtata.*
24 *Præſcriptio odioſa interrumpitur citatione.*
25 *Litis pendentia inducitur per citationē legitimè exequutam, & præuenta Iurisditio Iudicis.*
26 *Quo ad partes dicitur Iudicium, lite conteſtata.*
27 *Per citationem reſultat exceptio litis pendentiæ.*
28 *Stipulatio pœnalis non petendi non com-*

mittitur per citationem, ſecus verò litem non monendi.

29 Valet tranſactio de lite, ante litem conteſtatam.

30 Iurisdictio dicitur præuenta per citationem.

31 De cauſa ciuili ad criminalem in hac materia valet argumentum.

32 Mulieribus in diſtinctè in Regno conceditur reſtitutio in integrum aduerſus omiſſas probationes, quæ vulgò dicitur primum, & ſecundum beneficiũ.

33 Secus de Iure communi.

34 Mulier non reſtituitur in his, quæ ſunt introducta ad conſeruandum Iuris rigorem.

35 Sed an reſtituatur aduerſus omiſſas ſolemnitates Inuentarij? remiſſiuè.

36 An reſtituatur aduerſus omiſſum inuentarium? adducitur opinio negatiua.

37 Contrarium concluditur.

38 Ampliatur concluſio.

39 An viduæ concedatur reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, & rem iudicatam? reſoluitur affirmatiuè.

38 Vidua fruitur priuilegijs viri defuncti.

40 Etiam in materia exemptionis collectarum.

41 Regula pro determinatione focularis Viduæ.

42 Vidua ſi poſſideat redditum infra unciã, debet deduci à Numeratione.

43 Quid ſeruandum in appretio bonorum Viduæ reſpectu redditus?

44 An domus, deſeruiens pro habitatione, ſit appretianda?

45 An vidua non habente propriam domũ, debeat deduci penſio domus locatæ, ſicut alia onera?

46 Annui cenſus, & alia onera debet deduci ab appretio ad beneficium poſſeſſoris, & accollari onus creditori.

47 Si Vidua habeat magnam domum maximi valoris, & nil aliud poſſideat, an debeat deduci?

48 Reſoluitur quæſtio pro affirmatiua.

49 Domus pro habitatione non dicitur in redditu.

51 Valor patrimonij ſpecificatur à fructibus in appretio bonorum.

52 Debet haberi ratio de redditu, & non de valore.

53 An vidua, poſſidens in redditu unciam, nec pluris, nec minoris, ſit foculare?

54 Reſoluitur quæſtio.

55 Vidua, poſſidens citra unciam, deducitur.

56 Verbum citra non excludit numerum.

57 Tres teſtes requiruntur in depoſito infra libram, & totidem in libra auri.

58 A ſententia condemnatoria Magnæ Curiæ infra ducatos centum quinquaginta non datur appellatio, ſic in eadem ſumma, nec plus, nec minus.

59 Sic in materia anteſati ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ.

60 Adducitur Decretum Reg. Cameræ pro confirmatione.

61 Vidua, dotata à patre, vel ab extraneo, poſſidens pro dote vltra unciam, an ſi vniatur cum patre, debeant conſtituere vnum foculare, vel diſtinctum?

62 Reſoluitur, & adducitur Deciſio Regiæ Cameræ.

63 Declaratur reſolutio.

64 Quid in Vidua Neapolitana poſſidente in redditu vltra unciam, & habente filios minores, quæ non produxit priuilegium Ciuilitatis?

65 Reſoluitur quæſtio.

66 Ratio adducitur.

67 Filius, viuente matre, nullum ius habet in eius bonis

68 Vidua, poſſidens bona burgneſatica magni valoris, ſed in redditu minus vncia, debet deduci, & in extimatione bonorũ debet haberi ratio æris alieni.

69 Vidua debet deduci, ſi poſſidet bona mobilia magni valoris, & ratio adducitur.

70 Pecunia numerata dicitur ſterilis, nec venit in appretio.

71 Ampliatur, etiam ſi perueniat ex venditione, vel retrouenditione ſtabilium.

72 Limitatio.

73 Vidua debet deduci ſi poſſideat feudum, aut bona feudalia.

74 Quæ dicta ſunt de Viduis, habent locum in alijs mulieribus, exceptis coniugatis.

75 Vidua, habens filios pubertati proximos, & bona ſufficientia ad victum, eſt foculare.

76 Quis dicatur pubertati proximus?

77 Adducitur multorum ſententia, & opinio Medicorum.

79 Quo-

79 *Quomodo intelligatur in Iure verba bona ſufficientia ad victum?*

80 *Adducitur ſententia, attentis qualitate perſonæ, & alijs reſpectu alimentorũ, & victus.*

81 *Reſolutio quæſtionis, & Decretum Regiæ Cameræ.*

82 *Quid præciſa declaratione?*

83 *Vidua eſt foculare reſpectu Fiſci, & Vniuerſitatis.*

84 *Quid reſoluendum reſpectu Vniuerſitatis, & Viduæ?*

85 *Vidua, ſi poſſideat vltra vnciam, num debeat taxari pro integro foculare?*

86 *Foculare impotentis compenſatur cum foculare potentis, & debet fieri diſtributio in taxa per æs, & libram.*

87 *Vidua militis priuilegiati, ſoluto matrimonio, amittit priuilegium exemptionis in collectis, & proinde remanet pro foculare.*

88 *Limitatur in Vidua patris onuſti, vnitè viuente cum filijs.*

89 *Vidua quomodo intelligatur frui priuilegio viri mortui?*

90 *Adducitur reſolutio cum diſtinctione de immunitate reali, & perſonali reſpectu viri, & declaratur doctrina Reg. de Marinis.*

91 *Vxor, & Vidua Clerici coniugati non gaudet priuilegio fori, & canonis.*

92 *Priuilegium conceſſum alicui, vti principali, cõmunicatũ alijs, exſtinguitur extincto principali.*

93 *Immunitas eſt odioſa; priuilegium conceſſum patri onuſto, æque principaliter communicatur Viro, & Vxori.*

94 *Vxor Presbyteri Orientalis, vt dicitur more grecorum, gaudet priuilegio fori, & exemptionis collectarum.*

95 *Eccleſia Orientalis, quando fuerit ſeparata ab Occidentali?*

96 *Clerici Orientales nõ adſtringuntur lege cælibatus.*

97 *Vxor Clerici Græci dicitur perſona Eccleſiaſtici.*

98 *Debet dedici vnitè viuens vnà cum filijs.*

99 *Quid in vxore, & vidua Clerici Orientalis in minoribus?*

100 *Vidua, vnitè viuens cum filijs, conſtituit vnum foculare.*

101 *De mulieribus tertij ordinis bizochis manentibus in proprijs domibus.*

102 *Quæ dicantur moniales tertij ordinis? & de earum origine, & progreſſu.*

103 *De eadem materia, & adducuntur Bullæ Summorum Pontificum.*

104 *De requiſitis dictarum monialium, & earum obligatione.*

105 *Tres ſunt ſpecies monialium tertij ordinis, ſeu bizocharum.*

106 *Degentes in proprijs domibus an dicantur verè religioſæ?*

107 *Declaratur concluſio.*

108 *Summus Pontifex poteſt conſtituere ſtatum religioſum ſine tribus votis.*

109 *Declarantur Bullæ Xixti IV. Leon. X. Pij V. & Gregorij XIII. emanatæ pro mulieribus tertij ordinis, & bizochis.*

110 *Bizochæ an dicantur verè, vel impropriè religioſæ?*

111 *Adducuntur Decreta Sacræ Congregationis.*

112 *De requiſitis dictarum monialium.*

113 *Quæ dicantur* Bizochæ *aut* Benguinæ? *& de earum Inſtitutione.*

114 *In alijs Religionibus poſſunt hæ moniales profiteri.*

115 *Gaudent priuilegio fori, & canonis ſi quis ſuadente.*

116 *Monialibus bizochis, exiſtentibus in proprijs domibus, non poſſunt regulares eiuſdem ordinis ſacramenta miniſtrare.*

117 *An Bizocha conſequatur legatum, relictum ſub conditione monachationis?*

118 *Sententia affirmatiua: negatiua, quam vti veriorem ſequitur Author. n. 119.*

120 *Conditio in teſtamentis eſt adimplenda in forma ſpecifica.*

121 *Non militat eadem ratio in monialibus clauſtratis, & monialibus, degentibus in proprijs domibus.*

122 *Confutatur ratio, adducta pro contraria Sententia.*

123 *Reſpondetur obiectionibus.*

124 *Adducitur limitatio in legato pro maritagio.*

125 *Adducitur ſublimitatio ſi fiat cum conditione, ſi monaſterium ingrediatur.*

126 *Quæritur, an iſtæ moniales gaudeant immunitate in collectis?*

127 *Affirmatiua ſententia: negatiua quæ videtur verior. n. 128.*

D 2 129

129 *Moniales illæ dicuntur verè Religioſæ, et perſonæ Ecclesiaſticæ, quæ viuunt collegialiter, et cum tribus votis ſubſtantialibus.*
130 *Adducitur declaratio Sacræ Congregationis.*
131 *Et Epiſtola eiuſdem Sacræ Congregationis anni 1680. in vna Neritonen.*
132 *Quomodo valeat argumentum de principali ad acceſſorium?*
133 *Clerici coniugati gaudent priuilegio Fori, & canonis, non tamen exemptionis in collectis.*
134 *Argumentum de acceſſorio non concludit, quando eſt ſeparabile à principali.*
135 *Nec in materia diuidua.*
136 *Nec in materia odioſa.*
137 *Nec quando militat diuerſa ratio.*
138 *Monialis bizocha, ſi poſſideat vltra vnciam, eſt foculare.*
139 *Si bizocha offerat ſe, & ſua, alicui monaſterio, eſt deducenda.*
140 *Quid ſi bizocha habitet cum fratre Sacerdote, & alia ſorore in capillis, & poſſideant bona in cõmuni?*
141 *Pro reſolutione adducitur Decretum Regiæ Cameræ.*

1 POſtquam egimus de modo numerandi in genere perſonas, nunc deueniendum eſt ad earum ſpeciem, ad finem cognoſcendi, quomodo, & quando definiendum ſit, eſſe, vel non eſſe focularia, in beneficium, vel damnum, Regij Fiſci, aut Vniuerſitatum; & primus ſe offert titulus ſeu Rubrica *de Viduis, mulieribus tertij Ordinis, & Monialibus vulgò Bizochis*, ſecundùm ordinem noſtrarum *Inſtructionum*.

2 Et primò Regius Numerator antequã Viduas numeret, debet omnem diligentiam adhibere, vt ſciat ipſarum qualitates, ſi habeant filios, mares, aut fœminas, legitimos, & naturales, cum ſpecificatione nominis, & cognominis mariti, cũ quo ipſos generauerint, & de his omnibus habeat relationem à Deputatis, & alijs perſonis, ſibi benè viſis, quibus debet deferre iuramentum in forma, &c. deinde cum diſtinctione procedet, vt ſi vidua habeat filiũ maiorẽ annis quatuordecim, ipſum ponat in capite, deinde alios fratres, & ſorores, & poſtremò ipſam matrem viduam; ſed, ſi habet filios minores 14. annorum, aut fœminas, ponat ipſam in capite deinde filios, & filias. Necnon recognoſcat Viduarum domos, vt ſciat, quibus commoditatibus viuant, ac etiam libros Cataſti Vniuerſalis, vt habeat notitiam bonorum viduæ, vel filiorum, & viri defuncti; & adhibeat diligentiam, ſi adſit ſuſpicio fraudis, aut occultationis bonorum.

3 Si verò vidua ſit ſine filijs, vel quia non ſuſceperit, vel quia mortui, & in Cataſto ſint deſcripta bona mariti cum ipſa vidua, debet ſe informare de ſucceſſoribus, & poſſeſſoribus bonorum viri defuncti; & has omnes, & ſingulas diligentias debet ſeruare in monialibus tertij ordinis, aut bizochis, cum diſtincto notamento in margine eiuſdẽ focularis deſcripti, vt habetur in noſtris *Inſtructionibus cap. 5. in principio.*

4 Hæc *Rubrica* generalis eſt in omnibus mulieribus, præter coniugatas, quæ ſub viro numerantur; ratio eſt, quia mulier, quantùm in ſe eſt, foculare non conſtituit, cùm familiam non habeat, immo dicitur eius finis, *l. pronunciatio, §. vltimo, l. familiæ §. 1. ff. de verb. ſignific.* nec taxatur pro capite, & induſtria; ſed in tantùm eſt foculare, inquantum poſſidet, vt infra dicemus; & ideo eſt ſumẽda regula à poſſeſſione, vel non poſſeſſione bonorum, quæ poteſt de omnibus mulieribus prædicari, & licèt *rubrica* loquatur de certo genere perſonarum, tamen eſt per modum exempli, non taxatiuè.

5 Vnde malè faciunt aliqui, qui in repertorio, aut in diſcuſſione grauaminũ, faciunt *rubricas* diſtinctas, ſempe *Viduarum, Virginum, Meretricum, &c.*

6 Vltra quod etiam virgo dicitur vidua, *l. malum, §. vidua ff. de verb. ſignif.* & meretrix ad inſtar viduæ eſt etiam perſona miſerabilis, & ſic diſponitur in conſtit. Regn. *omne. noſtri regiminis*, Franc. *Deciſ.* 233. Gratian. *diſcept.* 962. *n.* 20. Nouar. *de elect. for. ſect.* 2. *q.* 34. *n.* 8. & alij apud de Luca *ad Franc. loc. cit.*

§. PRI-

§. PRIMVS.

7 Occaſione noſtræ *Rubricæ* notandum duximus, Viduis multa fuiſſe à Domino, necnon Iure noſtro impertita priuilegia,& primo protectionis Principis, *Cap.* 1. *&* ... *diſtinct.* 89. *cap. ab Imperatore*, 23. *q.* 3. *cap. Adminiſtratores*, 23. *q.* 5. Hoc præcipiente Domino, immo prohibente oppreſſiones, & grauamina viduarum, *Exod.* 22. ibi: *Viduæ, & Pupillo non nocebitis; ſi laceſſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus: Percutiam vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.* Item *Deuteron. cap.* 10. *&* 14. ibi: *Non peruertes iudicium aduenæ, & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ veſtimentū, & cap.*27.*ibi: Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli, & viduæ. Prouerb.* 5. *firmos facient terminos viduæ. Eccleſiaſt. cap.* 35. *Non deſpicies preces pupilli, nec viduam, ſi effundat querelas gemitus. Iſaiæ cap.* 1. *Defendite viduam. Ierem. cap.* 7. *Aduenæ, pupillo, & Viduæ non feceritis calumniam, & cap.* 22. *Aduenam, pupillum, & viduam nolite contriſtare, neque opprimatis iniquè. Zachar. cap.* 17. *Viduam, advenam, & pauperem, nolite calumniari. Iob. cap.* 22. *Viduas dimiſiſti vacuas, & Infra: Viduæ benè non fecit. & in Pſalm.* 93. *Viduam, & aduenam interfecerunt, & pupillos occiderunt. Iſaiæ cap.* 1. *& cauſam viduæ non ingredietur ad illos, & cap.* 10. *vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent; & Ierem.* 5. *Cauſam Viduæ non iudicauerunt: Ezech.* 2. *Viduam contriſtauerunt apud te.* Alia vide apud Rudolfin. *in prax. p.* 3. *cap.* 4. *à n.*33.

8 Et ideo Dominus vocatur Pater, & Iudex pupillorum, & viduarum, *Pſalm.* 67. *ipſorum cuſtos, & protector*; *Pſalm.* 145. *Dominus cuſtodit aduenam, pupillū, & viduas ſuſcipiet.*

9 Ex hoc principio deſcendit, Viduas electionis, & variationis fori priuilegio gaudere in cauſis ciuilibus, & criminalibus, ſiue agant, ſiue conueniantur.

10 Et proprium Iudicem expetere, aut Iudicem declinare, *l. vnica, Cod. quando imperator inter pupill. & viduas, &c.* & in Regno noſtro adeſt conſtitut. *Item ſtatuimus*; latè, vltra interpretes, Carleual. *de Iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *q.* 6. *ſect.* 7. *n.* 525. Nouar. *in prax. electionis foris ſect.* 1. *q.* 3.

11 Quod etiam vindicat ſibi locum in tribunali Eccleſiaſtico, non obſtante diſpoſitione Sacr. Conſ. Triden. *ſeſſ.* 24. *de reſor. cap.* 20. vt contra aliquos dicit veriorem Barbos. *collect. ad dictum cap. n.* 45. Alden. *in comp. canonic. reſolut. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 15. & ſæpius Sacra Congregatio Tridentini ſignanter in anno 1620. in vna Hydruntina.

12 Ampliatur primò, vt hoc priuilegium competat etiam virgini: licèt enim vidua communi vocabulo dicatur quæ virum amiſit, *cap. vidua* 34. *diſtinct.* attamen in legali acceptione virgo etiam dicitur vidua: Vidua enim dicitur quaſi ſine Duitate per etymologiam, *l. malū*, §. *vidua ff. de verb. ſignif.* ſic communiter DD. contra Couarr. & Gail, de quibus Carleual. *loc. cit. n.* 533. Rudolfin. *loc. cit. n.* 39. Dominus Conſil. Petra *Rit. M. C.* 230. *n.* 24. etiam ſi virgo ſit ſtuprata, & velit agere contra ſtuprantem, Franc. *Deciſ.* 599. vbi Add. Carleual. *vbi ſupra, n.*538. & Dominus Conſil. Petra. *loc. cit.*

13 Sed an hoc priuilegium competat virgini, patrem habenti? negant Viſcont. *ad Franc. Deciſ.* 100. Reg. de Marin. *lib.* 1. *quotidian. cap.* 338. & alij; ſed contraria opinio eſt in praxi receptior, de qua Rouit. *Deciſ.* 49. vbi Add. Conſil. Prat. *lib.* 1. *diſcept. cap.* 13. *& in Addit. ad Paſchal. de patr. poteſtat. p.* 2. *cap.* 2. *& in Addit. ad Muſcatel. lib.* 1. *gloſ. competentes*, Andriol. *controuer.* 424. *n.* 9. Dexart. *Deciſ. Sardin.* 72. Reu. Dominus de Luca ad Franc. *dicta Deciſ.* 100. *n.* 1. *in fine*.

14 Ampliatur ſecundò in virgine, deſponſata per verba de futuro, & non adhuc traducta in domum viri, Paſchal. *de patr. poteſtat. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 94. Tap. *in conſtit. item ſtatuimus, n.* 20. Maſtril. *Deciſ.* 127. *n.* 10. & alij apud Carleual. *loc. cit. n.* 539.

15 Am-

15 Ampliatur tertiò in vidua, etiam ſi ſit diues; Nouar. *in prax. elect. for. ſect.* 1. *q.* 7. *n.* 2. Paſchal. *vbi ſupra*, *n.* 96. Gratian. *lib.* 1. *diſcept. cap.* 182. *n.* 2. & alij apud Carleual. *vbi ſupra*, *n.* 541. Dominus Petr. *loc. cit. n.* 12. Dominus Conſil. Staib. *lib.* 2. *reſolut. cap.* 155. *& in nouiſſ. additionibus.*

16 Ampliatur quartò in muliere nupta, habente virum inutilem, nempe captiuum, bannitum, damnatum ad triremes, abſentem longo tempore diſtantibus locis corporis, vel mentis: perpetuo defatigatum morbo: paria enim ſunt, virum non habere, ac ipſum habere inutilem, *l. quoties ff. qui ſatis dare cogantur*, *l. nulla*, *ff. de auth. Tut. cap. inter incorporalia*, *de tranſlat. Epiſc.* Carleual. *loc. cit. n.* 540. Reg. de Marin. *lib.* 2. *quotidian. cap.* 47. *n.* 23. Conſil. Staib. *lib.* 2. *reſolut. for. cap.* 155. *in Addit. nouiſſ. n.* 45. Dominus Conſil. Petr. *loc. cit. n.* 21. Rudolfin. *loc. cit. n.* 105. Olea de ceſſ. Iur. *tit.* 3. *q.* 7. *à num.* 24. vbi, quod poteſt dotem repetere docet.

17 Ampliatur quintò, vt etiam extendatur hoc priuilegium ad litis conſortem, cauſam communem habentem cum vidua, Dominus Conſil. Petr. *loc. cit. n.* 16. ſi cauſa ſit indiuidua, vt Carleual. *loc. cit. n.* 626. & alij apud ipſum, Capibl. *in pragm.* 8. *de Baron. p.* 1. *n.* 335. vt eſſet in actione hypothecaria, ſi tamen vidua poſſideat in communi cum perſona non priuilegiata; ſecus verò ſi vidua poſſidet vnum fundum, & non priuilegiatus alium, ſuper quibus idem actor deduceret hypothecariam, vel aſſiſtentiam, quia tunc cauſa eſt diuidua ex Afflitt. *Deciſ.* 213. ab omnibus recepto, ſic ſi conueniatur actione perſonali, DD. vbi ſupra.

18 Sed an facta per viduam fori electione, & cauſa introducta, ſi deinde nubat, ceſſet priuilegium electionis, ita vt cauſa debeat remitti ad Iudicem competentem?

19 Et ceſſare tenent multi; alij diſtinguunt inter cauſam ciuilem, & criminalem, vt ſi ſit criminalis non remittatur, etiam lite non conteſtata: quia eſt acquiſitum Ius Fiſco, vt fundat Iul. Maſtril. *apud Reg. de Marin. allegat.* 95. *poſt* 2. *tom.* ſed ſi ciuilis, ſub dixtinguit Reg. de Marin. *lib.* 2. *quotid. cap.* 243. vt ſi nupſerit lite conteſtata, non ceſſet priuilegium, ſecus autem, ſi ante conteſtationem litis, ex Franc. *Deciſ.* 257. & ſequitur Conſil. Petr. *Rit.* 133. *n.* 24.

20 Nos tamen indiſtinctè affirmamus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, facta formiter fori electione, & introducto Iudicio per legitimam citationem, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam, priuilegium electionis non ceſſare, nec proinde cauſa debet remitti.

21 Ratio eſt, quia, licèt ceſſet cauſa, quando tamen res non eſt integra, & actus eſt conſummatus, non ceſſat effectus, DD. *in l. edicere*, §. *quanuis*, *ff. de Iur. patronat. & in cap. cùm ceſſante*, *de appellat.* Vnde iudicium vbi cæptum eſt, ibi debet terminari, *l. vbi cæptum*, *l. ſi quis poſtea quam*, *ff. de Iudic. l. cùm quædam*, *ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* Carleual. *loc. cit. n.* 618. Valaſc. *conſult.* 57. Conſil. Staib. *Cent.* 2. *reſol.* 155. *n.* 125. & videtur tenere Dominus de Luc. *ad Franc. dicta Deciſ.* 255. *n.* 2.

22 Neque obſtant adducta à Domino Reg. de Marin. *loc. cit. n.* 5. quod ſcilicet præſcriptio non dicitur interrupta, niſi lite conteſtata, *l. motæ litis*, *Cod. de rei vendicatione*, nec dicitur Iudicium ante conteſtationem litis, quod poſſet confirmari *ex l. ampliùs non peti*, *ff. rem ratam haberi*, vbi ante conteſtationem litis non dicitur quis petere, ſed velle petere; ex quo principio infertur, quod laicus, effectus Clericus, ante conteſtationem, poſſit Iudicium introductum coram Iudice laico declinare.

23 Quia reſpondetur, non ideo interrumpi præſcriptionem, quia non dicitur Iudicium inchoatum, & litem pendere; ſed quia tūc poſſeſſor incipit cōſtitui in mala fide, hoc inter alios effectus operāte litis cōteſtatione, vt notat Ant. Fab. *in ſuo Cod. lib.* 3. *tit.* 8. *defin.* 2. & ante ipſum Couar. *in regul. poſſeſſor. par.* 2. §. 12. *n.* 4. ante enim litis conteſtationem licèt poſſeſſor efficiatur dubius, non tamen conſtituitur in mala fide, Couarr. *loc. cit.* §. 7. *n.* 1. licèt alij DD. di-

Digitized by Google

dicant, quod argumentum eſt intelligendum de præſcriptione meré fauorabili, vel miſta, ſecus autem odioſa, quæ ſola interrumpitur citatione, Couarr. *loc. cit. n.* 4.

25 Ar reſpectu Iudicij inchoati, & litis pendentiæ ſecus eſt: quia inrroducitur ſolùm legitima citatione, & dicitur præuenta Iuriſdictio, & ius iudicanti quæſitum illius authoritate & ſic nulla ratio ſuperueniens in contrarium, aut priuilegium, poſſunt tollere ius quæſitum parti, & Iudici, vt latè Anton. Faber *in Ration. ad dictam l. ſiquis poſtea quam.*

26 Et licèt non dicatur inceptum iudicium quoad partes, niſi conteſtata lite, ſecus eſt reſpectu Iudicis, ex præuentionis priuilegio, & reſpectu iudicij ex dicta *l. vbi captum.*

27 Hinc per ſolam citationem litis pendentiæ exceptionem competere, notant Practici omnes cum Muſcatel. *in prax. p.* 2. *gloſ. Tribunali*, Vnnius *in Enciclo ped. Iur. p.* 2. *tit.* 8. *cap.* 9. *n.* 3. Gratian. *diſcept.* 63. *n.* 13. Scau. *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 64. *n.* 11.

28 Et ad Tex. *in dicta l. ampliùs non peti* Reſpondetur, quod habeat locũ reſpectu ſtipulationis pœnalis non petendi, quæ tunc dicitur committi, quando petitur, quod eſt ante litis conteſtationem; ſecus verò ſi fuerit ſtipulatio litem, & controuerſiam non mouendi: quia tunc etiam committitur ante litis conteſtationem, vt notat *Bart. in dicta l. n.* 3.

29 Vnde etiam infertur, quod ante litis conteſtationem valet tranſactio, vti receſſus de lite, vt notat Gloſ. *in l. cauſas, ff. de tranſaction. verb. cauſas, in fine*, quæ aliàs ſine lite, vel dubio, non iuſtificatur, vt *in l. cum te, & in l. preces Cod. de tranſact.*

30 Nec aſſumptum doctiſſimi Regentis de Clerico eſt verum: quia ſufficit citatio legitimè exequuta, adhoc vt dicatur Iuriſdictio præuenta, & denegetur remiſſio, Faber *vbi ſupra*, Carleual. *de Iudic. tit.* 1. *diſput.* 2. *q.* 7. *ſect.* 3. *n.* 907. & nouiſſimè doctiſſimus Cæſar. *peregrin. qq. q.* 24. & 25.

31 Nec vlla diſparitatis ratio poteſt adduci inter cauſam ciuilem, & criminalem, cùm de vna ad aliam valeat argumentum, *l. abſentem, ff. de pœnis*; Immo fortiùs militat ratio in ciuili, in qua eſt ius quæſitum Iudici irreuocabiliter per præuentionem *ex dicta l. ſiquis poſtea quam*; ſecus aliquando in criminali: quia, etiam lite conteſtata, poteſt iudicium declinari, per rationes, adductas ab Anton. Fabr. *vbi ſupra*, conciliando Text. *in l. qui autem, ff. ſi quis cautionibus*; Necnon quia in pœna inferenda tempus ſententiæ ſpectatur, quod non eſt in Ciuili, iuxta doctrinam Bart. *in l.* 1. *ff. de pœnis*. Quid è contra, ſi poſt litem cæptam efficiatur vidua? vide Carleual. *loc. cit. à n.* 635. Alia circa hanc materiam videas apud DD. *in dicta l. vnica*, & Noſtrates *in conſtit. Regn. ſtatuimus*, Conſil. Petr. Nouar. & alios citatos, Rudolf. *in prax. p.* 3. *cap.* 4. *à n.* 29.

32 Conceditur etiam mulieribus indiſtinctè de Iure Regni priuilegium reſtitutionis in integrum aduerſus omiſſas probationes, quod vocant noſtri *primum, & ſecundum beneficium* ex conſtitutione *obſcuritatem*, Afflict. *Deciſ.* 111. Franc. *Deciſ.* 448. Muſcatel. *in prax. p.* 6. *gloſ. in integrum*, Conſil. Staib. *dicta reſol.* 155. *n.* 33.

33 Secus de Iure communi: quia tantùm mulieribus, minoribus, & miſerabilibus cõceditur, & probata læſione, Gratian. *diſcept.* 158. *n.* 29. Giurb. *Deciſ.* 18. Rudolf. *in prax. p.* 1. *cap.* 13. *n.* 455. Rot. *p.* 11. *Recent. Deciſ.* 34.

34 In his enim, quæ ad Iuris rigorem conſeruandum ſunt introducta, mulier non reſtituitur, Franc. *Deciſ.* 229. *n.* 2.

35 Sed tamen reſtituitur aduerſus omiſſas ſolemnitates inuentarij: quia in hoc non conſideratur rigor Iuris, ſed æquitas, Franc. *vbi ſupra*, Capyc. Latr. *conſult.* 57. *n.* 28.

36 Sed an reſtituatur aduerſus omiſſum inuentarium? Negat Franc. *vbi ſupra*, *n.* 4. & Conſil Rocc. *lib.* 1. *reſp.* 97. ex ratione adducta.

37 Et ſecus mihi videtur de æquitate, maximè concurrente ignorantia, aut mulieris paupertate, Fanut. *de Inuentar. p.* 2. *n.* 21. Tomat. *tract.* 7. *tit.* 24. *n.* 1.

n. 1. Capyc. latr. *vbi ſupra à n.* 17. Thor. *in ſupplem. Deciſ. verb. reſtitutio in integrum an erit concedenda mulieri, &c.*

38 Sic etiam ſi eſſet degens in Monaſterio, aut virgo in capillis, Thor. *in compend. Deciſ. p.* 3. *verb. Mulier hæres inſtituta*, Conſil. Staib. *lib.* 1. *reſol. forenſ. cap.* 95. *n.* 40. Reu. de Luca *ad Franc. dicta Deciſ. n.* 3.

39 Et eodem modo competit Mulieri viduæ, aliiſque, quibus competit priuilegium electionis fori, reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, vel rem iudicatam, *Thor. in compend. Deciſ. p.* 3. *ſect.* 3. *verb. reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam*, Merlin. *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 52. *n.* 34. Conſil. Staib. *dicta reſol.* 155. *à n.* 45. *& in addit. nouiſſ. n.* 1.

40 Obtinet etiam vidua, vidualiter viuens, omnia priuilegia: quæ viro defuncto competebant, quia dicitur eſſe in matrimonio, *l. filij*, §. *vidua*, *ff. ad municipalem*, *l. fœminæ*, *ff. de Senatoribus*, necnon dicitur imago viri defuncti, Bald. *in l. pignoris n.* 2. *Cod. de pignoritia actione*, & in terminis noſtris eſt Text. *in l. quoties, Cod. de priuilegijs Scholariũ*, *lib.* 12. Theſaur. *Deciſ.* 90. Valenz. *conſ.* 80. *lib.* 1.

41 Et in materia exemptionis collectarum, qua vir in vita fruebatur, de Marin. *lib. quotid. cap.* 350. *& lib.* 2. *cap.* 250. Feređ. *conſ.* 168. *n.* 5. Add. ad Rouit. *conſ.* 60. *n.* 4. *lib.* 2. declara vt infra.

Longum eſſet alia mulierum priuilegia recenſere; ſed nec par eſt, quia extra noſtram materiam; ſufficiat beneuolo lectori indicare Tractarum *de priuilegijs Mulierum*, eruditi Caroli Rotæ, in quo exactiſſimè materia tractata reperitur.

§. SECVNDVS.

42 Foculare viduarum habet infraſcriptas regulas in liquidatione, & decretatione Numerationis: Et primò, ſi vidua poſſidet vltra vnciam redditus annui, debet remanere pro foculare, ex Inſtructionibus *anni* 1661. *cap.* 5. *n.* 1. & ex ſtylo Reg. Cameræ.

43 Si verò redditus ſit infra vnciam, debet deduci à Numeratione, argumento à contrario ſenſu, iuxta doctrinam Petri Piccoli, aliàs de Monte ferrato, *de modo faciendi appretium, in pragm.* 1. *de appretio, & in cap. Regn. porrecta* apud Nigr. *n.* 64. *verſ. mulieris viduæ*, & apud Reg. de Marin. *arreſt.* 1. Capyc. *in ſua Inueſtit. feud. verb. feudorum clauſulæ, verſ. viduæ*, de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de Regal. impoſit.* §. 1. *n.* 5. Mauſou. *de cauſ. exequut. ampliat.* 29. *n.* 129.

44 Et in appretiandis bonis viduæ reſpectu redditus, debet haberi ratio de expenſis procuratorum, qui earum negotia gerunt, & eorum ſalario, & minùs extimantur, quàm bona minorum, vt Picciol. apud Nigr. & de Marin. *loc. cit.* & nos latiùs *in peculiari tractatu*.

45 Nec venit in appretium domus viduæ, quæ deſeruit pro habitatione, ſicut fit regulariter in omnibus, *vt in dicto cap. porrecta, & dicto arreſt.* 1. *Reg. Cameræ*, apud de Marin. & in dicta pragm. 1. vbi Nouar. *n.* 19.

46 Immo, ſi vidua non habeat propriam domum pro habitatione, debet de appretio deduci penſio domus, ſicuti alia onera, vt Picciol. *vbi ſupra*, Reg. Tap. *in rubric. ff. de conſtit. Princip. n.* 47.

47 Signanter deducuntur annui cenſus, qui debent poni in Cataſto, & onerari creditores pro collectis, & deduci à valore in beneficium debitoris: quia omnes collectæ ſpectant ad emptorem, ſecundùm veriorem opinionem Reg. de Marin. *lib.* 1. *quod. cap.* 11. Marott. *de bonatent. cap.* 20. Sanfel. *Deciſ.* 121. *n.* 7. Add. ad Capyc. latr. *Deciſ.* 116. & ſic Reg. Cameraſeruare, & Regijs Numeratoribus reſcribere, tradit Dominus Conſil. Petr. *Rit. M. C.* 20. *n.* 12. *verſ. verùm.*

48 Sed quid, ſi vidua habeat magnam domum maximi valoris, in qua habitat, & nulla alia bona poſſideat, & eam vendendo ex eius pretio poſſet multa bona comparare, & redditum vltra vnciam acquirere, an debeat remanere pro foculare?

49 Reſpondetur negatiuè, ſed potiùs eſſe deducendam: nam, licèt domus ſit
50 maximi valoris, quia tamẽ deſeruit pro ha-

habitatione, non dicitur in redditu, confirmatur ex Tex. *in l. qui boni*, *ff. de ceſſione bonoru*, & ex ibi notatis per Bart.

51 Scilicet quod in exigendo aliquem in quantum facere poteſt, inſpici debet, quantum ex eius patrimonio in fructibus haberi poteſt, non quantum ex venditione patrimonij, & hanc doctrinam ſequuntur Bald. et Angel. Ergo, ſi in reſpecto præſenti ſtatu, domus ad effectũ, de quo agitur, non dicitur in fructu, non valebit inferri, viduam poſſidere vltra vnciam; eò fortiùs, quia in appretio

52 bonorum ſolùm habetur ratio redditus, et non valoris, ſecundùm doctrinam Sebaſt. de Neap. apud Nigr. *in dicto cap. porrecta*, *n* 22. & noſtrorum *in dicta pragm.* 1. (et hæc doctrina practicatur in pupillis, et in ſexagenarijs, & ſic videtur ſentire Niger. *loc. cit.* et faciunt tradita per Pilatam *Deciſ. Pontif. lib.* 2. *Deciſ.* 6. *n.* 26. Add. ad Capyc. latr. *Deciſ.* 42. *n.* 14. Add. ad Rouit. *Deciſ.* 92. *& conſ.* 56. *n.* 41. *lib.* 1.

53 Quid, ſi vidua habeat in redditu vnciam, nec plus, nec minus, an ſit foculare? Reſpondetur, dubium ex eo oriri, quia ex Inſtructionibus, Piccoli habe-

54 tur, & ex dicto Arreſto, quod viduæ, poſſidentes citra vnciam, non ponantur appretio; ergo à contrario ſenſu debent poni ſi poſſideant vnciam.

55 In contrarium tamen eſt veritas, ex noſtris Inſtructionibus *dicto cap.* 5. *n.* 1. in quo diſponitur, quod tunc debent viduæ remanere ſi poſſideant vltra vnciam.

56 Et ad dubium reſpondetur, quod verbum *citra* non excludit numerum, *l.* 1. *§. ſi intra*, *ff. de ſucceſſor. edict. & in l.* 3. *de Iur. immunit.* Gloſ. *in conſtit. Regn. in cauſa depoſiti*, *verb. vltra*, vbi docet,

57 quod tres teſtes requiſiti in depoſito infra libram auri, totidem ſufficiunt, ſi depoſitum ſit in libra, & docent noſtra-

58 tes primo in caſu diſpoſitionis pragm. 3. *de offic. S. R. C.* quod à ſententia M.C. condemnatoria infra ducatos 150. non datur appellatio ſuſpenſiua, ſed exequitur præſtita cautione, pariter habere locum in ſententia, continente dictam ſummam, docent Hann. *Deciſ.* 703. vbi Add. Rouit. *in dicta pragm. n.* 11. Reg. de Marin ad Reuert. *Deciſ.* 49. *n.* 4. Dominus Conſil. Petr. *Rit. M. C.* 257. *n.* 11.

59 Et pari modo in materia pragm. vnicæ de Antefato habet locum doctrina, adducta per Capyc. latr. *Deciſ.* 49. à *n.* 7. vbi Addentes.

60 Et in terminis noſtris ſic declarauit Reg. Cam. in anno 1596. ad relationem Præſidentis Raparij apud Reg. de Marin. *arreſt.* 458. ex quo etiam nota, quod in Inſtructionum Numerationis dicti temporis *cap.* 15. erat determinatum, vt vidua tunc remaneret pro foculare, quãdo vltra duas vncias annuas in redditu poſſidebat, vt dicitur in eodem Arreſto; & erat valde rationi conſentaneum: quia nõ debẽt onerari Vniuerſitates pro redditu viduæ, quẽ habet in vnica vncia in ſolutione focularis, quando ferè nihil ab ipſa poſſunt exigere.

61 Sed an vidua ſine filijs, quæ à patre, vel extraneo dotata in bonis redditus vltra vnciam, ſoluto matrimonio reuerſa fuerit ad cohabitandum cum patre, vel fratribus, cum quibus paucis annis à die Numerationis vixit vnitè, ex reunione facta ſoluto matrimonio, debeat deduci vti vnitè viuens, vel potiùs ſit foculare diſtinctum?

62 Reſpondetur, hoc dubium fuiſſe propoſitum in Reg. Camera à Domino D. Ioanne Baptiſta de Afflicto, tunc Numeratore, & ad præſens digniſſimo Regio Conſiliario, cui 13. Februarij 1663. fuit reſponſum his verbis: *Che deuono reſtar per fuochi ſeparati per la regola di poſſedere vltra vnciam di rendita, vt habetur in libris Notament. dictæ Reg. Cam. eiuſdem anni.*

63 Hoc tamen intelligendum puto, ſi vidua ſeparatè dotem poſſideat, ſecus ſi poſſideat pro cõmuni cum patre, vel fratribus, vel alijs, cum quibus poteſt cadere vnio: nam, ſi dicta vnio adſit per tempus conſiderabile, tunc ipſa vidua cum illis debet facere vnum foculare, vt habetur ex noſtris Inſtructionibus *cap.* 11. *n.* 8. dummodo nulla adſit fraus: de Iure enim non eſt incongruum, vt fratres ſeparati poſſint iterum vniri, &

eorum bona communicare, vt notat Tomat. *Deciſ.* 127. & nos latiùs *infra.*

64 Quid, ſi vidua ciuis Neapolitana, per decretum declarata, poſſidens redditũ vltra vnciam, habeat filios minores, qui nihil poſſideant, an debeat deduci, non obſtante quod non produxit priuilegium?

65 Reſpondetur, hunc caſum contingiſſe Domiuo Iudici Don Carolo Dies, tempore, quo numerabat Terram Acerni, cũ pro reſolutione petijſſet oraculũ Reg. Cameræ, à qua fuit reſponſum 7. Nouembris 1663. hoc modo: *Segli rispoſe, che, eſſendoſi riconoſciuto il libro Notamentorum Cameræ, con il quale la detta è ſtata dichiarata Napoletana, e però douerſi dedurre il fuoco predetto.*

66 Ratio fuit, vt exiſtimo, quia expeditio priuilegij non eſt de eſſentia, ſed tantùm ad probationem ciuilitatis, & pro exequutione Decreti, declarantis eſſe ciuem Neapolitanam; & reſpectu
67 filiorum, quia nihil habebant in bonis, nec bona matris poterant operari, cùm ipſa viuente, nil in ipſis iuris habeant, *l. ſi viua mater, Cod. de bon: maternis, eum concordantibus*: ac etiam quia forſitan priuilegium erat expeditum viuente patre, & in beneficium patris, quo etiam gaudet vidua vnitè viuens cum filijs, Rouit. *Deciſ.* 75. Galeot. *lib.* 1. *controuerſ. illuſtr. cap.* 13.

68 Ex dictis colligitur, quod, ſi vidua poſſideat bona burgenſatica magni valoris, ſed non ſuperent redditum vnciȩ, debet deduci; necnon in extimatione dictorum bonorum debet haberi ratio æris alieni, & expenſarum: quia fructus dicuntur deductis expenſis, & ære alieno, *l. fructus ff. familiæ herciſcundæ, l. ſi à patre*, §. *fin. ff. de petition. hereditat.* et in terminis noſtris Niger *in dicto cap. porrecta, n.* 20. Maſtrill. *Deciſ.* 112. de Marin. *dicto arreſt.* 1. *& in addit. ad Reuerter. Deciſ.* 300. *à n.* 3.

69 Et pariformiter debet deduci, vidua ſi poſſideat bona mobilia, licèt magni valoris, ſed tamen quæ nullum fructum reddunt, vt ſunt ſupellectilia, annuli, Gemmæ, Torques, &c. quia non veniunt in extimo, vt ex Inſtructionibus appretij, de quibus in dicto arreſt. 1. *cap. vltimo.*

70 Quod ampliatur etianſi poſſideat pecuniam numeratam: quia hæc non dicitur in fructu, ſed ſterilis, *l. vſum pecuniæ, ff. de verb. ſignificat. l. rogaſti*, §.
71 *ſi tibi, ff. ſi cert. petatur.* Etiam ſi hæc pecunia ſit redacta ex venditione, vel retrouenditione ſtabilium: quia in particularibus pecunia non ſuccedit loco rei, *l. qui vas*, §. *fin. ff. de furtis, l. idemque*, §. *ſi tibi, ff. qui potiores in pignor. habent.* Anton. Fab. *in ſuo Cod. lib.* 3. *tit.* 22. *definit.* 5. Gait. *de credito cap.* 4. *quæſit.* 11. *à n.* 1444. Reg. de Marin. *lib.* 1. *quotidian. cap.* 70. *& in Addit. ad Reuer. Deciſ.* 92. Merlin. *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 92. Marcian. *diſp.* 74. necnon quia in hac pecunia redacta non militat eadem ratio, ac in bonis ſtabilibus, ad effectum, de quo agitur.

72 Quod limita, ſi pecunia eſſet expoſita negotiationi, & eſſet in redditu vltra vnciam: quia tunc debet taxari propter induſtriam, vt habetur in dicto Arreſt. 1. & tradunt noſtri *in dicta pragm.* 1. *de appretio*; hæc tamen induſtria debet probari: quia difficilè præſumitur in in vidua, & in hoc multùm verſatur Iudicis arbitrium.

73 Et pari modo debet deduci vidua, ſi tantùm poſſideat feudum, aut bona feudalia: quia hȩc non ponuntur in apprettio, ſed ſunt taxata in Regio Cædulario pro Adoha, nec debet duplici onere grauari, de Marin. *in dicto Arreſt.* & Niger *loc. cit.* & habetur in noſtris Inſtructionibus *cap.* 12. *in rubric. de Baronibus*, & priùs docuit communis preceptor Andr. de Iſern. *in tit. quæ ſint regalia*, §. *plauſtrorum.*

74 Quæ hactenus dicta ſunt de viduis, habent locũ in cæteris mulieribus, exceptis coniugatis, quæ numerantur ſub viro, vt diximus ſupra; & ſi ſint plures ſorores, vnitè viuentes, poſſidentes domum, & alia bona in communi, licèt ſint annorum quatuordecim, vel vltra, vnum coſtituunt foculare, vt determinauit Reg. Cam. 23. Septembris 1662. ad petitionem magnifici Anibalis Quaranta, Regij Numeratoris, vt habetur in libro Notamentorum. 75

75 Si vidua habeat filios, licét non pubertati proximos, & poſſideat bona, ſufficientia ad victum, eſt foculare, ex noſtris Inſtructionibus *cit. cap. n.* 2. Reg. Marin. arreſt. 522.

76 Dicitur autem quis proximus pubertati, ſi ſit Maſculus ab annis decem cum dimidio vſque ad quatuordecim, ſi fœmina ab anno nono cum dimidio vſque ad duodecimum. Gloſ. *in l. hæreditatum, ff. ad leg. falcid. l. non ſolùm, §. ſi libertus, ff. de excuſat. tutor. DD. in l. pupillus, ff. de regul. iur.* Iaſon. & Caſtreu. *in auth. Sacramenta puberum, Cod. ſi aduerſus vendit.* Alberic. *de dictionibus,*

77 *verb. ætas.* licét Menoch. *lib. 2. de arbitrar centur. 1. caſ.* 57. *n.* 19. teneat, quod pubertati proximus eſt, qui diſtat à pubertate per ſex menſes, hæc opinio, licét non ſit recepta, eſt tamen conſonans doctrinæ Medicorum, qui tradunt, proximum pubertati illum dici, in quo incipiunt apparere ſigna pubeſcentiæ: *Pubes* enim dicitur *à pube* ideſt *lanugine*, quæ maribus, & fœminis, eo tẽpore, in pudendis incipere ſolet, vt docet Hyppocrat. *lib. de nat. pueri,* Galen. *aphoris.* 3. *&* 27. Ruf. Efeſin. *de partib. hum. corp. appen. lib.* 1. *cap.* 11. & ideo ex Caſſianorum ſententia ad probandã pubertatem antiquitus fiebat verendorum inſpectio, vt teſtatur Vlp. *in frag. titul.* 1. *in fine,* quod Iuſtinian. vt valde indecorum, ſubſtulit *Inſtitut. lib.* 1. *tit. quibus modis tutela finitur, in principio;* Mihi tamen valde arridet illud, quod tradit idem Menoch. *loc. cit. n.* 44. ad iudicandam pubertatem, vel quem eſſe proximum pubertati, Iudicis arbitrio relinqui, qui debet habere reſpectum ad caſum, ad perſonam impuberis, & ad actum, quem gerit, ſequitur Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 104. *à n.* 32. *ad* 37. vide Fariuac. *lib.* 3. *qq. criminal. q.* 1. *n.* 4. Narbon. *de ætate ann.* 14. *q.* 1. *& an.* 19. Zach. *qq. med. legal. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 5. *&* 6. Illi verò, qui ante decimum annum cum dimidio, ſi ſint maſculi, vel ante nonum cum dimidio, ſi ſint fœminæ, dicuntur infantiæ proximi, & ſunt illi, qui ſunt in ætate ſeptem annorum, vſque ad illud tempus, Gloſ. *in §. pupillus, verb. infantiæ proximus, Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* Menoch. *vbi ſupra, n.* 12. Zach. *in. q.* 5. n. 11. licét enim negatiua poſſet verificari de infante, qui etiã non dicitur pubertati proximus; quia tamen in Iure conſideratur illud tempus, ſcilicet proximitas infantiæ, de hac debet intelligi.

78 Quandoque enim in iure negatiua accipitur pro remotione proximæ aptitudinis, ſicut dicimus inteſtatum, propriè cui tantùm denegatur actus, *l. inteſtati, ff. de ſuis, & legitim. hæredib.* & notat Zechia *loc. cit. n.* 7. licèt in noſtris Inſtructionibus accipiatur pro non pubere.

79 Sed quomodo intelligantur illa verba *ſi non poſſideat bona, ſufficientia ad victum?*

80 Reſpondetur, videri intelligenda eſſe, ſi vidua poſſideat tot bona, quorum redditus ſufficiat ad alimenta, inſpecta qualitate perſonæ, & alijs arbitrio boni uiri, *l.* 2. *ff. vbi pupillus educar. deb.* Angel. *in l. ſi verò, §. qui pro rei, ff. qui ſatiſdar. cogan.* Alexand. *conſ.* 72. *n.* 7. *lib.* 5. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 169. Gratian. *diſcept.* 56. *in fine;* Et appellatione victus, vel alimentorum, veniunt omnia, ſine quibus corpus humanum non poteſt ſuſtineri, *l. legatis alimentis, ff. de aliment. & cibar. legat.* & cùm verba Inſtructionum & Arreſti, de quibus ſupra, ſint clara, nullam admittunt queſtionẽ, *arg. l. Labeo, ff. de ſupellect. legat. l. non aliter, de legat.* 3. Gloſſ. *in l. proſpexit, ff. qui, & à quibus, &c.*

81 Sed tamen Reg. Camera, dicta verba determinauit, intelligi debere, ſi redditus vnciam tantùm excedat, & ſic pluries reſpondit Regijs Numeratoribus, & ſignanter die 23. Septembris 1662. magnifico Numeratori Anibali Quaranta in dubio propoſito in materia focularis pupilli, in cuius Rubrica, quæ eſt ſeptima in noſtris Inſtructionibus, adſunt eadem verba; & fuit declaratum, quod, ſi pupillus, aut orphana, poſſideat vltra vnciam, debeat remanere pro foculare.

82 Licèt præciſa dicta declaratione de iure poſſet ſuſtineri contrarium: quia,

cùm verba Inſtructionum ſint clara, debent intelligi ſicut ſonant, ex ratione adducta, præcipuè ad euitandum damnum Vniuerſitatum.

83 Aduertendum tamen eſt, quod, licèt vidua, poſſidẽs redditum vltra vnciam, ſit foculare, hoc habet locum inter Fiſcum, & vniuerſitatem, non autem in-

84 ter Vniuerſitatem, & viduam: Quia Numeratio, & diſtributio per focularia in Vniuerſitatibus Regni eſt onus ipſarum principaliter, & focularia numerantur, ad ſciendum ſolùm quantitatẽ ſolutionis, non verò tangit ſingulos, vt ſingulos principaliter, ſed ſecundariò, vti ſcilicet mebra Ciuitaris, *l. municipes ff. quod cuiuſque Vniuerſitat.* Lanar. *in cap.* 1. *n.* 213. *tit. de his, qui feudum da-*

85 *re poſſunt*. Hinc nullo pacto Vniuerſitas poteſt adſtringere viduam, quæ remanſit in Numeratione, ad ſolutionem integri focularis, prout ſoluitur Regiæ Curiæ, ſed tantùm vt ſoluat per æs, & libram, ſecundùm bona, quæ poſſidet, iuxta Cataſtum, vt pluries declarauit Reg. Camera.

86 Ratio eſt, quia foculare viduæ impotentis, compenſatur cum foculare ciuis locupletis, à quo Vniuerſitas releuatur, ſecundùm doctrinam Gloſ. *in l.* 2. *Cod. de apoc. publ. lib.* 10. Bald. *in l. magiſtratus, ff. de magiſtrat. conuenien.* & in puncto Capyc. *in inueſtit. feud. loc. cit. verb. viduæ,* de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de regal. impoſit.* §. 1. *n.* 5. vbi Addentes, & eſt de mente Reg. Cameræ, vt apud de Marin. *arreſt.* 74. & colligitur ex pragm. 13. *de adminiſtratoribus Vniuerſitatum,* & ex dictis per Montan. *controuerſ.* 59. Add. ad Rouit. *in conſ. vnic. in materia donatiui, impreſſ. tom.* 1. *n.* 11.

87 Vidua militis grauis armaturæ, vel alterius, cui conceditur immunitas ſolutionis collectarum, ex priuilegio militari, licèt, cõſtante matrimonio, ex priuilegio viri fuiſſet deducta à Numeratione, ſi tamen in noua, ſoluto matrimonio, poſſideat vltra vnciam, remanet pro foculare, licèt habitet cum filijs ex dicto matrimonio (hoc intellige dummodo non ſit aliunde priuilegiata v. g. quia vidua patris onuſti) habetur ex Inſtructionibus *in hac Rubrica n.* 3. & apud de Marin. *arreſt.* 658.

89 Nec facit, ſi dicatur, quod vidua dicitur eſſe in matrimonio, vt diximus *ſupra, ex dicta l. filij,* §. *filia ff. ad municipalem,* §. *ſoluto, auth. de nupt.* Valenz. *conſ.* 80. *n.* 8. *lib.* 1. & quod gaudeat eiſdem immunitatibus, quibus fruebatur vir in vita, *l. fœminæ ff. de Senatoribus, l. mulieres, Cod. de dignitat. lib.* 12. *l. quanuis, Cod. de priuileg. ſcholar. lib.* 11. vt in puncto immunitatis patris onuſti in vidua vnitè viuente cum filijs, DD. *in l. ſi quis decurio, Cod. de Decurion. lib.* 10. Reg. Moleſ. *in Deciſ. Reg. Cam. tit. de immunit.* §. 7. *q.* 8. Reg. de Marin. *arreſt.* 480. *&* 666.

90 Quia hoc intelligitur reſpectu immunitatis merè realis, quæ habet effectum conſummatum in vita viri, ſecus verò de immunitate, quæ conceditur tantùm perſonæ, ob aliquam ſpecialitatem, & qualitatem incõmunicabilem: quia tunc priuilegium extinguitur cum perſona, *l. fin. Cod. qui numero liberorum ſe excuſant, lib.* 10. *l. ſordidorum, Cod. de excuſat. muner. eodem lib.* Cynus *in l.* 2. *&* 3. *Cod. de Epiſc. & Cleric.* Socin. *conſ.* 84. *n.* 2. *volum.* 3. vnde cautè legendus eſt Reg. de Marin. *lib.* 2. *quotid. cap. vlt.* contrarium ſentiens: quia debet intelligi ſecundùm ſupra dicta, aliàs eius doctrina non eſt vera.

91 Confirmatur primò ex traditis per eundem Reg. de Marin. *lib.* 1. *quotid. dicto cap. vltim.* vbi docet, priuilegium fori, & canonis, conceſſum Clerico coniugato, non extendi in beneficium vxoris, vel viduæ defuncti clerici, ex ratione ſupra dicta.

92 Confirmatur ſecundò ex doctrina Bal. *in l.* 2. *n.* 7. *Cod. de Decurion. lib.* 10. aſſerentis, quod, quando priuilegium ineſt vni tantùm, tanquam principali, & alij communicatur, vti deſcendenti, mortuo principàli, extinguitur; eò fortiùs, quia immunitas, vti alios lædens, eſt odioſa, DD. *in l. vacuatis, Cod. de decurion. lib.* 10.

93 Et ad id, quod dicitur de uidua patris onuſti, reſpondetur, dictum priuilegium eſſe reale, & æque principaliter communicatum parentibus fauore publico, ex identitate rationis, ut docet

Reg.

Reg. Mol. *loc. cit. tit. 9.* & ſic etiam intelligitur Rouit. *dicta deciſ. n. 10.*

94 Limitatur dicta regula Inſtructionum in viduis presbyterorum Orientalium, qui vulgò Græci appellantur: quia illæ gaudent non ſolùm fori priuilegio, ſecundùm Squillant. *de priuileg. Cleric. cap. 7. dub. 2. n. 34.* Bellet. *diſquiſit. Clerical. p. 1. tit. de fauor. Cler. ricl. §. 1. n. 23.* Carol. de Graff. *de effect. Clericatus, effect. 1. n. 23.* ſed etiam exemptionis collectarum: ratio eſt, quia ipſæ principaliter gaudent, & non re- & ſpectu viri.

95 Eccleſia enim Orientalis poſt quā fuit ſeparata ab Occidentali, tempore translationis Imperij à Græcis ad Germanos, ſub Leone III. retinuit ſua priuilegia, nec fuit adſtricta omnibus legibus Pontificijs, ſucceſſiuè conditis, quæ

96 ſunt de iure poſitiuo, qualis eſt illa Cælibatus, Pater Dian. *p. 5. tract. 1. reſol. 25.*

97 Et ideo vxores presbyterorum Orientalium dicuntur presbyteræ, vel diaconiſſæ, vt erant antiquitus ante legē Cœlibatus, *cap. presbyter, cap. mulieres, diſtinct. 32.* & habetur in Synodo Turonen. *can. 14. & 20.* latè Layman. *Theol. Moral. lib. 5. tract. 9. cap. 11. n. 7.* Barbos. *de iur. Eccleſ. Vniuerſ. lib. 1. cap. 36. à n. 12.* Narbon. *de ætate ann. 40. q. 3.* Squillant. & de Graff. *vbi ſu-*

98 *pra*, & ideò dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ; & debent deduci cum eorum filijs vnitè viuentibus: quia gaudent dicta immunitate, ex Reg. Camera, apud Reg. de Marin. *arreſt. 156. cap. 10. & 207.*

99 Intellige tamen in uiduis Græcorum, exiſtentium in ſacris, non verò illorum, qui habent ſimplicem tonſuram: quia, licèt dicti clerici gaudeant immunitate, vt diximus *ſupra*, tamen non deducuntur à Numeratione, ob poſſibilitatem laicationis ex nouiſſima determinatione Regiæ Cameræ in noſtris Inſtructionibus *cap. 13. n. 7.* ſed an de iure procedat, videbimus infra ſuo loco.

100 Limitatur ſecundò, quando mater vidua viuit vnitè cū filijs abſque vlla diuiſione: quia tunc, vnum cōſtituit foculare vt vnitè viuens, vt in rubrica *de vnitè viuentibus*: ratio eſt, quia magis datur hæc vnio inter matrem, & filios, quam inter duos fratres.

§. TERTIVS.

101 In hoc §. agitur de Mulieribus Tertij Ordinis, Bizochis, quæ in proprijs domibus manent.

102 MOniales tertij ordinis ſunt Sorores de regula Diui Dominici, quæ hoc modo ortum habuit: Sanctus Patriarcha, cernens graſſantem hæreticorum Albigentium luem in ſtatu Lombardiæ, & Tholoſæ, diuino motus ſpiritu, volens tanto malo Reipublicæ Chriſtianæ occurrere, non ſolùm vſus eſt gladio ſpirituali, ſed etiam materiali, ad extirpandos hos hæreticos, elegit ſtrennos, & deuotos viros, qui, militando, Sectam deſtruerent, & perſonis adſcriptis militiæ, vnà cum vxoribus, & familia, multa priuilegia impetrauit, & certum viuendi modum inſtituit, medium inter ſtatum Religioſum, & laicalem, vnde ſunt appellati *fratres de militia Diui Dominici*. Dextructis deinde hæreticis, & depoſitis armis, nihilominus remanſit hoc inſtitutum, & vxores, mortuis uiris, uiuebant in perpetua continentia.

103 Sic etiam virgines, ſi huic ordini ſe adſcribere uolebant, qui fuit appellatus *tertius ordo Diui Dominici*, cuius fuit Beata Catharina Senenſis, habetur in Summar. Conſtitut. Fratr. Prædicat. *tit. de Inſtitut. tertiar. cap. 1.* latè Diuus Antoninus *p. 4. Hiſtor. tit. 23. cap. 19. §. 2.* & fuit approbatus ab Innocentio III. Eugen. IV. Clem. V. vt in dictis priuilegijs, Ioanne XXII. ut in extrauagan. *Ratio de relig. domib.* & multa priuigia obtinuit à Martin. V. Xiſt. IV. Alexand. IV. Cæleſtin. V. Iul. II. Paul. III. & Leon. X. de quibus Rodric. *qq. regular. tom. 2. q. 65. & q. 72. art. 2. & tom. 3. q. 72. art. 2.* Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rubr. 12. cap. 16. n. 5.*

104 Requiruntur tamen in his monialibus aliquæ conditiones, nempe benedictio habitus, profeſſio completo anno

no ad arbitrium Prioris, ætas quadraginta annorum, obligatio ad horas canonicas, ad ieiunia, ad obedientiam Superioris, & alia, de quibus *in cap. 6. 7. 8. & 10. Priuileg. fratr. Prædicator.*

105 Tres ſunt ſpecies dictarum monialium, aliæ uiuunt collegialiter, aliæ manent in matrimonio, aliæ in proprijs domibus cum uoto perpetuæ caſtitatis, Conſil. Carauit. *apud* Reg. de Marin. *tom. 3. allegat.* 104. Sanfelic. *Deciſ.* 418. *n. 6. tom. 3.* Ciarlin. *lib. 1. controuerſ. cap.* 18.

106 Vltimæ propriè dicuntur Moniales tertij Ordinis, de quibus noſter eſt ſermo, & licèt non poſſent, ſtricto modo, dici religioſæ, dum non emittunt tria uota ſubſtantialia, nec uiuunt collegialiter, ſed poſſidenr bona, & habent eorum diſpoſitionem, per Text. *in cap. ad monaſterium, de Regular.* & ex traditis

107 per Diuum Thom. 2. *ſecundæ q.* 186. *art.* 4. poſſunt tamen dici largo modo religioſæ, & quia uotum perpetuæ caſtitatis emittunt, & quia hic ſtatus fuit antiquitus approbatus à Summis Pontificibus.

108 Summus, enim Pontifex poteſt conſtituere ſtatum Religioſum ſine dictis uotis, ut docet Anton. de Butr. *in dicto cap. ad monaſterium, n.* 28. ac etiam dare licentiam, ut monialis degat in propria domo, & bona retineat cum licentia Epiſcopi, *capit. inſinuante, qui cler. vel viuentes, capit. de viduis* 27. *q.* 1. Azor. *lib.* 12. *Inſtit. moral. cap.* 5. *q.* 2. Carauit. apud de Marin. *loc. cit.* Et

109 pro his emanauit Bulla Xiſti IV. de qua Felyn. *in capit.* 2. *n.* 10. *de iudic.* & Carauit. *loc. cit. n.* 14. ac etiam Bulla Leon. X. anno 1516. *vt in Bullar.* 1. *conſtit.* 22. Leon. X. & apud Quarant. *in ſuo Bullar. verb. priuilegio Regularium, verſ. fratres autem,* quas deinde declararunt, & reſtrinxerunt Pius V. *in Bulla incipient. Paſtorali, & in alia incipient; ea eſt officij noſtri, anni* 1568. & Gregor. XIII. *in Bulla incipient. Deo, ſacris Virginibus, & alia incipent. ex benigna, ann.* 1575. Quaranta *loc. cit. verſ. reperitur*, Rodriq. *qq. regul. art.* 1. *tom.* 3. *q.* 73. Sanch. *in Summ. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 17. Add. ad Capyc. latr. *Deciſ.* 187. *tom.* 2. in quo eſt impreſſum reſponſum Abb. Gypt. Meroll. *tom.* 3. *diſp. Theol. Mor. diſp.* 6. *de priuileg. cap.* 3. *n.* 170. Sorb. *in annotat. ad compend. priuileg. minor.*

110 Et hoc modo debent intelligi DD. & Decreta Sacræ Congregationis, declarantia, dictas eſſe religioſas, ſcilicet non propriè, & in vera acceptione, ſed

111 largo modo, & impropriè, et ſignanter Decretū Congregationis Trident. Interpret. *in anno* 1612. & 1616.

112 in quibus etiam notantur requiſita, vt poſſint recipi dictæ moniales, ſcilicet, vt ſint in ætate quadraginta annorum: vt habeant licentiam ab Ordinario, & vnde viuant: habitent cum coniunctis in primo gradu, & abſtineant à velo ſub gutture, vulgò del *Succanno*, Ciarlin. *loc. cit.* & Gypt. *à n. 6.* Campanil. *in diuerſ. Iur. canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *n.* 574. & Carau. apud de Marin. *loc. cit. n.* 20.

113 Moniales, quæ in Italia dicuntur *Bizochæ*, & in Hiſpania *Beatæ*, & à Rota Romana *Benguinæ*, *in Deciſ.* 7. *in antiquis, tit. de iur. patron.* Gratian. *lib.* 3. *diſcept. cap.* 313. *n.* 45. habent eundem ſymbolum cum ſuperioribus, & ſunt moniales ordinis mendicantium Sancti Franciſci, ut tradit Felyn. *loc. cit.* ex Bulla Xiſti. IV. & habetur in Collectan. priuileg. Mendican. *in litteris Apoſtolicis Papæ Xiſti. IV.* & de his Gloſſ. *in clement. ex eo, de ſenten. excommun.* Beatus Ioannes à Capiſtrano *in defenſ. tertij ordin. Sanct. Franciſci*, & Iſtæ benedicuntur à Priore, ſeu Guardiano dicti Ordinis, & viuunt ſecundùm regulam Sancti Patris cum voto caſtitatis in manibus Epiſcopi, vel Superioris religionis, Gratian. *loc. cit. n.* 32. de his meminit Bart. *in l.* 1. *n.* 4. *ff. de pœnis*, & *in l. ſemper, §. finali, ff. de iur. immunitat.* Calderin. *conſ.* 7. *tit. de iudic.* Abb. & Canoniſt. *in cap.* 2. *de foro competen.*

114 Negari autem non poteſt, has mulieres profiteri poſſe in alijs probatis Religionibus, modo vt ſupra, ratione cōmunitatis priuilegiorum, quam habent inter ſe regulares, præcipuè mendicantes ex Bulla Martini V. & aliorum Pontificum, Dian. *p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 81.

Digitized by Google

81. *& p.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 46. *p.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 59. *& p.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 55. & de facto profitentur in Religione Carmelitanorum, Sancti Auguſtini, &c. vt Addit. ad Capyc. latr. *Deciſ.* 187. *in alleg. impreſſ. n.* 16. *in fin.* Ciarl. *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 18. & declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum ap. Nouar. *in Sum. Bullar. tom.* 1. *tit. de Tertiarijs, n.* 4.

115 Hæ omnes ſi habeant omnia requiſita, de quibus Sacra Congregatio, quia dicuntur largo modo religioſæ, vt diximus *ſupra*, gaudent priuilegio fori, & Canonis *ſiquis ſuadente*, Petrus Carau. *loc. cit. n.* 11. Reg. de Marin. *lib.* 1 *quotid. cap.* 117. *n.* 11. Thor. *in compend. deciſ. verb. moniales tertiariæ, p.* 1. Campanil. *in diuerſ. iur. canon. rub.* 12. *cap.* 16. *n.* 174. Gratian. *vbi ſupra*, Ricc. *collect.* 1051. *& deciſ. Curiæ Archiepiſc.* 88. *tom.* 2. Mart. *de Iuriſd. p.* 4. *cap.* 113. *n.* 36. Pater Dian. *lib.* 1. *de immun. Eccleſ. tract.* 2. *reſol.* 84. Fagn. *in capit. nullus, de foro competen.* contra tamen deciſũ refert *per S.R.C. idem Reg. Marin. d. cap.* 117. *tenet Curtel. de immu. Eccl. l.* 2. *q.* 86.

116 Verum tamen eſt, quod iſtis monialibus, exiſtentibus in proprijs domibus, non poſſunt Regulares Sacramenta miniſtrare, ſicuti proprijs Religioſis, ſed ea habere à proprio Parocho, vel à Religioſo approbato per Epiſcopũ: quia in his non conſideratur vera Religio, ſed modus religioſus, vt declarauit Sacra Congregatio apud Fagn. *in capit. omnis vtriuſque ſexus, n.* 64. *de pœnitent. & remiſsione.*

117 Hinc quæritur, an Bizocha conſequatur legatum relictum ſub conditione monachationis?

118 Affirmant Ricc. *loc. cit.* Thor. *in compend. Deciſ. p.* 3. *verb. legatum dotis*, Dian. *loc. cit. verſ. ex his*, Add. ad Rouit. *conſ.* 33. *n.* 35. *lib.* 1.

119 Sed ipſe contrarium teneo: quia, vt diximus, hæ moniales non dicuntur verè, & propriè religioſæ, quia degunt in proprijs domibus, & non viuunt collegialiter, Fagn. *vbi ſupra*, & conditio, præcipuè in teſtamentis, eſt adimplenda in forma ſpecifica, *l. qui hæredi, cum concordantibus, ff. de condit. & de*

120

121 *monſtrat.* placet; ue quia nõ militat eadem ratio, ſicut in clauſtratis, ſcilicet ſecuritas honeſtatis, continentiæ, & obedientiæ, quam ſæpiùs pij Diſponentes conſiderare ſolent, vt in puncto conſiderant Rubin. *Deciſ.* 29. Caſtill. *Deciſ.* 89. Reg. de Marin. *lib.* 2. *quotid. cap.* 100. *n.* 6. Cenſal. ad Peregr. *art.* 37. *verſ. in ſecundo verò caſu*, Nouar. *de elect. fori ſect.* 2. *q.* 66. *n.* 16. Conſil. Staib. *in nouiſſ. Addit. ad cap.* 177. *n.* 23. *lib.* 2.

122 Nec eſt vera propoſitio Thori, has dici uerè Religioſas, nec Gratianus, ab eo ductus, probat ſuam ſententiam, & D. Altimar. *in Addit. ad Rouit.* exiſtimo, intellexiſſe de Bizochis, collegialiter uiuentibus in monaſterio: quia ſupponit tria uota ſubſtantialia emittere, quod non eſt in monialibus, degentibus in domibus proprijs.

123 Nec aduerſantur ea, quæ diximus *ſupra*, ſcilicet, dictos eſſe in ſtatu religioſo ex conſtitutionibus Pontificum: quia hoc intelligitur largo modo, quatenus reducuntur ad ſtatum religioſum, non autem propriè, ut fatetur idem Conſil. Carau qui pro dictis ſcripſit *loc. cit. à n.* 11. & Reg. de Marin. *dicto cap.* 100. *n.* 2. Caſtill. *Deciſ.* 88. *tom.* 1.

124 Limita tamen, ſi fuerit factum legatum pro maritagio: quia tunc conſequetur, ex eo quod ex voto caſtitatis dicitur contraxiſſe matrimonium ſpirituale cum Chriſto; & à matrimonio carnali ad ſpirituale valet argumentũ, *§. ſed hoc præſenti, auth. de ſanct. Epiſc.* DD. *in auth. niſi rogati, Cod. ad Trebellian.* Couarr. *de teſtamen. cap.* 7. *n.* 9. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 25. *n.* 6. Capyc. latr. *conſult.* 149. *n.* 10. Maſtril. *Deciſ.* 8. Ricc. *loc. cit.*

125 Sublimita tamen, ſi fiat legatum cũ conditione, ſi monaſterium ingrediatur: quia tunc debet fieri monialis in monaſterio, & profiteri ſolemniter; ſic etiã ſi diſponens ſolùm intellexerit de matrimonio carnali expreſsè, uel uerbis æquipollentibus, ut ſi dixerit: *lego Bertæ centum, ſi matrimonium inierit, & ſi deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus, dos deueniat ad Titium*, & ſimilibus, Menoch. *conſ.* 555. *n.* 6. Theſaur. *lib.* 1. *qq. forens. cap.* 60. Conſil. Prat.

lib.

lib. 3. diſcept. cap. 7. D. Altimar. ad Rouit. *loc. cit. n.* 26.

126 Sed dubiũ eſt an moniales Bizochæ, quæ in proprijs domibus habitant, cum requiſitis vt ſupra, gaudeant immunitate collectarum pro bonis, quæ poſſident?

127 Et gaudere tenent nonnulli, ex eo quia dicuntur perſonæ religioſæ, & gaudent fori priuilegio; ergo eodem modo debent gaudere, priuilegio exemptionis: quia exempta perſona à Iuriſdictione, debent eximi bona, tanquam acceſſoria, iuxta doctrinam Bart. *conſ.* 180. *lib.* 1. Canoniſt. *in cap.* 1. *de immun. Eccleſ.* Azot. *inſtit. moral. lib.* 5. *tom.* 1. *cap.* 12. & ſic tenẽt pluribus relatis Pater Dian. *lib.* 1. *de immun. Eccleſ. reſol.* 88. *& tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 21. *verſ. notandum*, Vgolin. *de poteſt Epiſc. p.* 1. *cap.* 20. §. 11. *n.* 1. Squillant. *de priuileg. Cleric. cap.* 6. *n.* 33. *cap.* 7. *n.* 42. *& cap.* 8. *n.* 15. Nouar. *vbi ſupra, à n.* 13.

128 Sed tamen alij contrariam ſententiam, & forſan veriorem tenent; Primò ex ratione, quam adduximus, quod nõ ſunt in ſtatu verè religioſo, nec eorum bona dicuntur verè Eccleſiaſtica; Secundo, quia huiuſmodi mulieres, licèt ex Bulla Leon. X. & aliorum Pontificum, de quibus *ſupra*, obtineant omnia priuilegia Religioſorum, tamen ex Bulla Pij V. *edita anno* 1568. *incipient. officij noſtri*, quæ eſt reformatiua dicti tertij ordinis, & ex Bulla Gregorij XIII. *incipi ex benigna, edita primo martij*

129 1575. reformatiua tertij ordinis Sancti Franciſci, habetur, solùm illos potiri priuilegijs Religionis, qui viuunt collegialiter cum tribus votis ſubſtantialibus; quæ Bullæ quàm loquantur indefinitè, tam mares, quàm fœminas tertij ordinis complectuntur, vt tenent Sorb. *in adnotat. ad compend. priuileg. minor.* Alfonz. de Caſarub. *in verb. Tertiariæ*, Merol. *tom.* 3. *diſp. Thel. Moral. diſp.* 6. *de priuileg. cap.* 3. *n.* 170 Rodriq. *quæſt. regular. tom.* 3. *q.* 73. *à n.* 1. Laimon. *Theol. Moral. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. *verſ. dubitatur*, quos ſequitur Abb. Gypt. *in allegat. impreſſ. poſt dictam Deciſ. Capyc. latr.* 187. *n.* 7. quia ergo non ſunt in ſtatu perfectę Religionis, non debent eorum bona eximi à ſolutione collectarum, Bartholus de his agens, *in l. ſemper, ff de iur. immun.* Vinius *deciſ.* 48. *p.* 1. Girond. *de gabellis, p.* 7. *n.* 40. *&* 41. Guttier. *eodem tract. deciſ.* 95. *n.* 5. Laſſatt. *in tract. de decima vendit. & permut. cap.* 19. *n.* 91. & videtur tenere Reg. de Marin. *lib.* 2. *quotid. cap.* 100. *n.* 5. *& in arreſt. Reg. Cam.* 69. *emanato* 11. *Ianuarij* 1543. Sanfelic. *deciſ.* 418. *tom.* 3. Staib. *loc. cit. n.* 24.

130 Et declarauit in puncto Sacra Congregatio *in vna Rhegien. in anno* 1597. & nouiſſimè *in vna Neritonen.* 20. *Decemb.* 1680. ſancta Congr. Epiſc. præuia relatione Illuſtriſſimi Epiſc. Horatij Fortunati, pietate, religione, & doctrina, inſignis, olim Epiſc. Sãcti Seueri, ad præſens Neritonen; cui modo vt ſequitur reſcripſit videlicet, Intus: *Illuſtre, e Molto Reuerendo Signore, come Fratello.*

131 *Referita nella Sacra Congratione la relatione fatta da V. S. ad inſtanza di coteſta Vniuerſità, che ſupplicaua prouederſi, sù gli aggrauij, che riceue dell'Eſentioni de' beni, che pretendono godere le Bizoche di coteſta Diogeſi, queſti Eminentiſſimi miei Signori, inerendo a' Decreti, altre volte ſopra di ciò fatti, hanno riſoluto, che ſimili Donne, che habitano nelle loro caſe, non ſono degne d' eſentione alcuna, per conto de' beni; coſi dunque vogliono, che s' oſſerui in coteſta ſua Diogeſi, & il Signore Iddio lo proſperi.* Roma 20. Decẽbre 1680. di V. S. *come Fratello, Gaſparo Cardidinal di Carpegna l' Arciueſcouo di Genoua Segretario.*

132 Non obſtat ratio, adducta de priuilegio perſonæ, & argumentum de acceſſorio: quia illa non militant quando perſona eximitur propter aliquam ſpecialem rationem, ſed quandoà iure communi, vt ſunt Religioſi, Clerici, & alij, qui ſunt in perfecto ſtatu Eccleſiaſtico: at dictæ mulieres ſunt exemptæ à foro laicali, ex ſpeciali ratione, ſcilicet ex reuerentia habitus, & alijs ex cauſis, de quibus Summi Pontifices; ergo non eſt exten-

tendendum priuilegium ad exemptionē tributorum, vt docet Rodriquez *di. q. 74. à n. 1. & tom. 2. q. 65. art. 5.* & concedit Conſil. Carauit. apud de Matin. *dicta allegat. n.* 17. Immo excluduntur ab alijs priuilegis, conceſſis verè Religioſis, vt diximus *ſupra.*

133 Confirmatur ex eo, quia, licèt Clerici coniugati, & Nouitij gaudeant fori, & canonis priuilegio, *capit. vnic. de Cler. coniug. in 6.* non tamen obtinent exemptionem in collectis, vt Canoniſt. *in dicto capit. vnic.* Couar. *practicar. qq. cap. 31. n. 9.* de Matin. *lib. 1. quotid. cap. 58.* Rouit. *in pragm. 1. de Cler. & Diacon. ſaluat. n. 2.* Barbos. *de poteſt. Epiſc. p. 2. allegat.* 18. *n.* 25. & alij cōmuniter; ſic Nouitij, vt tenent Parlador. *rer. quotid. lib. 1. cap. 13. §. 1. n.* 21. Laſſart. *de gabel. & decim. vendit. cap. 19. n.* 50. licèt alij contrarium teneant in Nouitijs.

134 Non obſtat argumentum de acceſſorio quia non habet locum quando eſt ſeparabile à ſuo principali, vt notant Bald. *in l. 1. n. 6. ff. de rer. diuiſ.* Gulielm. de Benedict. *in cap. Raynutius n. 16. verb. & actum, de teſtament.* Lup. *in cap. per veſtras, de donat. rub. 62. n. 8.*

135 Nec etiam in materia diuidua, Chriſtin. *deciſ. Belg. 33. p.* :.

136 Nec in odioſis, vt eſt exemptio collectarum, quæ alios grauat, Ricc. *deciſ. 91. p. 1.*

137 Nec denique quando inter principale, & acceſſorium diuerſa militat ratio, Cononiſt. *in regul. acceſſorium, in 6.* Ricc. *collect.* 3315.

138 Hinc in noſtris Inſtructionibus *dicto cap. 5. n. 4. & 5.* eſt diſpoſitum, quod, ſi huiuſmodi moniales, & Bizochæ, poſſideant bona redditus vltra vnciam, etiam ſi in his habeant vſum fructum, remaneant pro focularibus, & habetur apud de Marin. *arreſt. 69.*

139 In vno tantùm caſu immunitatem Bizochis concedendam eſſe exiſtimo, quādo ſcilicet poſt emiſſum votum caſtitatis cum alijs requiſitis, offerret Monaſterio proprietatem, & poſſeſſionem bonorum, non retento iure vſusfructus, ſed tantùm vſum, vel vſumfructum facti, ad nutum Superioris amonibilem; vel monialis, ſpoliata bonis, viueret expenſis Monaſterij, vt docet Fagn. *in capit. vt priuilegia, de priuileg. n.* 32. quia hoc caſu poſſunt applicari ea, quæ diſponuntur in materia Oblatorum, ex cap. Regni 200. cum ibi notatis per Nigr. & que habentur in dicto arreſt. *Regiæ Cameræ 69.*

140 Quid, ſi hæc Bizocha habeat fratrē Sacerdotem, cum quo vnitè poſſideat bona, & viuat vnitè? quid etiam ſi Sacerdos viuat cum ſorore virgine non moniali?

141 Reſpondetur, hoc dubium eueniſſe Domino Conſil. Carauitæ, Regio Numeratori anno 1661. & reſolutionē à Reg. Camera petiſſe, cui reſpondit 4. Octob. 1662. quod *debeat ſcribere in capite focularis hanc mulierem, & ſi poſſideat vltra vnciam, remaneat pro foculare*, vt habetur in libro Notament. dictæ Regiæ Cameræ.

TITVLVS SEXTVS

De Senibus ſexagenarijs, de perpetuo morbo laborantibus, & alijs inhabilibus.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc titulo de Senibus, potiſſimùm ſexagenarijs, de infirmis, & alijs inhabilibus in ordine ad Numerationē, de priuilegis ſenectutis, & infirmitatis, & de aliquibus morborum ſpeciebus.

SVMMARIVM.

1 *INfirmitas, & ſenectus ſe habent vti genus, & ſpecies.*
2 *Senectus ipſa morbus eſt.*
3 *Licèt non propriè,*
4 *Definitur morbus.*
5 *Senectus naturalem ſtatum non mutat.*
6 *Senectus affert ea in commoda, quæ morbus.*
7 *Senectus, & morbus in iure æquiparantur.*
8 *Senectus habet tres dimenſiones.*

9 *Pri-*

9 *Prima.*
10 *Secunda.*
11 *Tertia.*
12 *Sed omnes remittuntur arbitrio Iudicis.*
13 *Legatum, factum infirmis, conſequuntur ſenes.*
14 *Sexagenarij, & quinquagenaria arcebantur ex l. Iulia, & Papia à contractu matrimonij.*
15 *In ſexagenario abeſt omnis ſuſpicio incontinentiæ.*
16 *Sexagenarius dicitur verè ſenex.*
17 *Adducitur ratio, cur in hac Rubrica deſcribantur laborantes perpetuo morbo, vnà cum ſexagenarijs?*
18 *In materia Numerationis valet argumentum de vno ad alium.*
19 *Pauper eſt immunis à ſolutione munerũ.*
20 *Quis dicatur pauper?*
21 *Perpetuo morbo laborans, dicitur pauper, ex eo quia non poteſt laborare.*
22 *Senectus ſemper fuit venerabilis, ſignãter apud Romanos.*
23 *Adducitur præceptum Domini in Leuit.*
24 *Ob inreuerentiam factam Seni, Senatus Romani animaduerſio.*
25 *Iniuria, facta ſeni, dicitur atrox.*
26 *Quibus ex cauſis honoranda ſenectus?*
27 *A ſenibus Senatus appellatus in Republica Romana.*
28 *Collegium Romanum ex optimatibus creatum.*
29 *Senes, cæteris paribus, iuuenibus præferuntur.*
30 *Limitatur in ſenibus imprudentibus, & fatuis.*
31 *Tales dicuntur pueri.*
32 *Adducitur Textus Sacræ Scripturæ de Senibus Suſannæ.*
33 *Plura priuilegia, à iure conceſſa ſenibus.*
34 *Aliqua adducuntur in hoc tractatu, & non omnia, & adducitur ratio.*
35 *Sexagenarius eſt immunis à ſolutione capitationis vulgò* di pagar la teſta.
36 *Non eſt immunis ab oneribus realibus, & miſtis.*
37 *Adducitur quæſtio de exemptione à muneribus perſonalibus.*
38 *Sententia affirmatiua.*
39 *Contria, vti verior.*
40 *Aetas ſeptuaginta annorum, pro excuſatione, debet eſſe completa.*
41 *Aetas, vt ſupra, excuſat à muneribus ſordidis, non verò honorificis.*
42 *An excuſet ab officio ſyndicatus?*
43 *Aetas Septuaginta annorum excuſat ab officio Aerariatus.*
44 *Conſtitutus in ætate ſeptuaginta annorum, dicitur infirmus.*
45 *In ea ætate excuſatur ab onere admiſtum habente exercitium corporale.*
46 *Confirmatur concluſio, præcipuè ſi electio ærarij ſpectat ad Vniuerſitatem.*
47 *Datur excuſatio ærario electo, ſi anno antecedenti exercuerit officium vniuerſale.*
48 *Sexagenarius excuſatur ab oneribus, corporalem laborem habentibus.*
49 *Sexagenarius excuſatur à militia.*
50 *Sexagenarius excuſatur à ieiunio.*
51 *Fœmina excuſatur in anno quinquageſimo.*
52 *Sexagenarius etiam excuſatur ex voto priuato, adhuc pœnitentia iniuncta, immo ex Regula Religionis.*
53 *Sed non excuſatur, ſi in ea ætate profeſſionem emiſerit.*
54 *Sexagenarius excuſatur etiam, ſi tempore iuuentutis feciſſet votum Religionis, deinde in ea ætate profiteretur.*
55 *Sexagenarius, excommunicatus excommunicatione, reſeruata Pontifici, non tenetur pro ea adire Pontificem, ſed poteſt ab Epiſcopo abſolui.*
56 *Sexagenarius non tenetur adimplere votum longæ peregrinationis.*
59 *Sexagenarius eſt inhabilis ad iter faciendum.*
58 *Sexagenarius pro debito ciuili non poteſt carcerari.*
59 *Nec contra ipſum inſtrumentum liquidari.*
60 *Adducitur contraria ſententia, ſcilicet requiri ætatem ſeptuagenariam.*
61 *Declaratur vtraque ſententia.*
62 *Sexagenarius non poteſt huic priuilegio renunciare.*
63 *Confutatur opinio Reg. Rouiti.*
64 *Limitatur ſententia in criminalibus, licèt ſit aſſignandus carcer in mitiori loco.*
65 *Sexagenarius non poteſt torqueri.*
66 *Refertur aliquorum opinio contraria.*
67 *Declaratur.*

68 *Am-*

68 *Ampliatur concluſio, vt nec etiam poſſit terreri.*
69 *Limitatur in ſexagenario robuſto, & in crimine enormi.*
70 *Sexagenarius non poteſt condemnari ad triremes.*
71 *Pœna triremium fuit ſubrogata pœnæ damnationis ad Metallum.*
72 *Sexagenarius in delictis mitiùs puniri debet ad inſtar minoris.*
73 *Etiam in delictis atrocioribus.*
74 *Adducitur prima ſententia, quod ætas ſeptuaginta annorum requiratur ad minuendam pœnam.*
75 *Adducitur ſecunda, quod ſufficit ætas ſexaginta annorum, quam ſequitur Author.*
76 *Adducitur modus Numerationis Sexagenarij.*
77 *Adducuntur diligentiæ faciendæ per Numeratorem in numerando Sexagenarios.*
78 *Diligentiæ ſimiles in numerando infirmos, perpetuo morbo.*
79 *Sexagenarius, ſi poſſidet bona, eſt foculare, ſin minùs eſt deducendus.*
80 *De poſſeſſione bonorum conſtat ex libro extimi, vel alijs ſcripturis.*
81 *Deficientibus ſcripturis, admittitur probatio per teſtes.*
82 *Teſtes, & inſtrumenta parem vim habēt.*
83 *Satisfactio poteſt probari teſtibus, non obſtante pacto.*
84 *Hoc pactum num valeat, ſi adſit iuramentum?*
85 *Declaratur principalis concluſio, de ſatisfactione probanda.*
86 *Cautela Speculatoris pro probanda ſatisfactione, non obſtante pacto.*
87 *Productio teſtium promptuaria impedit liquidationem inſtrumenti.*
88 *Adducitur Decretum Regiæ Cameræ, pro receptione teſtium.*
89 *Sexagenarius ſolus, pauper, aut infirmus, debet deduci.*
90 *Pauper plura habet priuilegia.*
91 *Sexagenarius, etiam cum filiabus, ſine bonis, deducitur.*
92 *Adducitur quæſtio de ſexagenario, poſſidente domum locari ſolitam vltra vnciam, quem deinde non poteſt locare ex cauſis ſuperuenientibus.*
93 *Reſoluitur cum diſtinctione, & adducitur Decretum Reg. Cameræ.*
94 *Quando attendatur tempus Numerationis, vel Renumerationis, in locis renumeratis?*
95 *Sexagenarius, viuens ex induſtria, dummodo non ſit mercator cum lucro notabili, deducitur.*
96 *Sexagenarius, cum filijs poſſidens vltra vnciam, eſt foculare, ſecus ſi ſine bonis, cum filijs minoribus quatuordecim annorum.*
97 *Sexagenarius adhoc vt deducatur, debet habere annos completos tempore Numerationis.*
98 *In hoc annus inceptus non habetur pro completo.*
99 *Minor, vt ſit foculare, debet eſſe in ætate completa annorum quatuordecim tempore liquidationis.*
100 *Nobilis pauper ſine induſtria, licèt non ſexagenarius, an ſit deducendus?*
101 *Reſoluitur quæſtio pro affirmatiua, & adducitur ratio.*
102 *Nobilis eſt exemptus ab onere capitationis.*
103 *Nobilis eſt exemptus ab onere collectarum.*
104 *Aequiparatio inter viduam, & nobilem pauperem.*
105 *Agitur de laborantibus perpetuo morbo.*
106 *Infirmi infirmitate temporali, non conſiderantur in hoc tractatu, & quare?*
107 *Differentia morbi in iure.*
108 *Morbus ſonticus qui dicatur, & qui non ſonticus.*
109 *Adducitur ſententia Medicorum cum diſtinctione.*
110 *Perpetuo morbo laborans, connumeratur inter perſonas miſerabiles.*
111 *Maior in hoc concurrit ratio, quàm in ſexagenario.*
112 *Limitatur ſi poſſit laborare.*
113 *Standum eſt peritis in arte.*
114 *Infirmitas iuſtam præſefert cauſam excuſationis.*
115 *Mutus, & ſurdus, tam à natiuitate, quàm ex accidenti, dicitur perpetuo morbo laborare.*
116 *Surdus à natiuitate, neceſſariò debet eſſe mutum, & econtra,*
117 *Fatuorum numero adſcribitur.*
118 *Anima eſt tanquam tabula raſa.*

119 *Defectus ætatis in pueris, & furor in adultis, cauſat inhabilitatem in iure.*
120 *Sic etiam in mutis, & ſurdis.*
121 *Non poſſunt facere teſtamentum.*
122 *Nec etiam ad pias cauſas.*
123 *Sic nec ſponſalia, nec matrimonium contrahere, nec religionem ingredi.*
124 *Reſoluitur obiectio, propoſita contra concluſionem.*
125 *Declarantur DD. contrarium ſentientes.*
126 *Idem.*
127 *Animalia inrationalia quo motu impellantur ad coeundum?*
128 *Mutus, & ſurdus an poſſit concedere teſtamentum militare?*
129 *Mutus, & ſurdus à natura non poteſt eſſe miles, ſecus ſi ex accidenti.*
130 *Mutus, & ſurdus, an ſit capax feudi?*
131 *Mutus, & ſurdus, an poſſit torqueri?*
132 *Quomodo contra ipſum in criminalibus procedatur?*
133 *Enumerantur plures morbi in lingua, prouenientes, vel à natura, vel ex accidenti.*
134 *Numerantur cauſæ, ex quibus poteſt ex accidēti contingere morbus in lingua.*
135 *Infirmitates aurium ex quibus cauſētur, ſecundùm ſententiam Medicorum?*
136 *Muti, & ſurdi, ſiue à natura, ſiue ex morbo, ſi non poſſident vltra vnciam, ſunt deducendi.*
137 *Hæc infirmitas probatur iudicio Medicorum, & inſpectione oculari.*
138 *Mutus, & ſurdus eſt exemptus ab onere capitationis.*
139 *Si poſſidet vltra vnciam, remanet pro foculare.*
140 *Ratio adducitur.*
141 *Sed quæritur, ſi non copulatiuè, ſed disiunctiuè, reperiatur quis ex accidenti mutus, aut ſurdus?*
142 *Adducitur Decretum Regiæ Cameræ.*
143 *Confirmatur ratione.*
144 *Cæcus, ſiue à natiuitate, ſiue ex accidenti, dicitur perpetuo morbo laborare.*
145 *Quis dicatur cæcus à natura?*
146 *Quis ex accidenti?*
147 *De morbis oculorum, & eorum differentijs, & de aliquibus effectibus oculorum, qui non omnino tollunt viſum.*
148 *Cæcus, nihil poſſidens, eſt deducendus.*
149 *Cæcus dicitur perſona miſerabilis.*
150 *Cæco competit electio, & variatio fori.*
151 *Cæcus non poteſt torqueri.*
152 *Cæcus non excuſatur à muneribus, quæ conſilio explentur.*
153 *Cæcus eſt exemptus à gabellis.*
154 *Cæcus, poſſidens redditum vltra vnciam, eſt foculare.*
155 *Cæcus non eximitur à ſolutione collectarum in eius bonis.*
156 *Declaratur doctrina Fagnani.*
157 *Quomodo probetur cæcitas?*
158 *Alia in materia cæcorum remiſſiuè.*
159 *Claudus, ſiue à natura, ſiue ex accidēti, dicitur perpetuò morboſus.*
160 *De ſpeciebus infirmitatis pedum.*
161 *An claudus ſit deducendus?*
162 *Remittitur arbitrio Iudicis, ſit nè habilis, vel impar laboribus.*
163 *Patiens dolores articulares, dicitur verè morboſus.*
164 *Enarrantur ſpecies huius morbi.*
165 *Item Paralyticus.*
166 *Parocho, vel Prælato paralytico, debet dari Coauditor.*
167 *Paralyticus eſt immunis à capite; & ſi non poſſidet vltra vnciam, eſt deducendus.*
168 *Item aridus dicitur verè morboſus, & explicatur quidditas huius infirmitatis, & eſt deducendus.*
169 *Limitatur, ſi poſſideat redditum vltra vnciam.*
170 *Item dementes ſunt morboſi.*
171 *Explicantur dementiæ ſpecies.*
172 *Adducuntur DD. tam Medici, quàm Legiſtæ in hac materia.*
173 *Quot ſint affectus lædentes partem animalem?*
174 *Adducuntur ſpecies amentiæ, & eius cauſæ.*
175 *Qui dicantur furioſi?*
176 *Adducuntur DD. in hac materia.*
177 *Quæ ſint ſigna amentiæ? remiſſiue.*
178 *Amentes, & fatui ſi nihil poſſident, ſunt deducendi à Numeratione.*
179 *De breui infirmitate amentiæ, cauſata ex morbo acuto in cerebro, hic non agitur.*
180 *Item Apoplecticus dicitur morboſus, & eſt deducendus.*
181 *Item Epilecticus, ſiue morbo comitiali laborans:*

182

181 *Definitur hic morbus.*
183 *Quomodo diſtinguatur ab Apopleſia, & de eius cauſis.*
184 *Laborans tali morbo, non poteſt eligi in Epiſcopum.*
185 *Nec obtinere beneficia, ſacros Ordines requirentia.*
186 *Eſt irregularis.*
187 *Non poteſt eſſe Religioſus.*
188 *De iure habetur tanquam amens.*
189 *Limitatur in leui epileſia, quæ potiùs dicitur* vertigo.
190 *Item icti à fulmine dicuntur morboſi, ſi ſunt grauiter læſi.*
191 *Item cathalectici, ſeu congelati.*
192 *Explicatur eſſentia, & cauſa huius morbi.*
193 *Item eſtatici ex infirmitate, cuius quidditas explicatur.*
194 *Item Lycantropi, & Cinantropij dicuntur morboſi.*
195 *Item Hydrofobici.*
196 *Item ſunt morboſi demoniaci, & fanatici.*
197 *Morbus Demoniacus curatur exorciſmis, & etiam remedijs naturalibus.*
198 *Fanatici qui dicantur?*
199 *Maleficium paſſi, etiam dicuntur morboſi.*
200 *Dæmones poſſunt in homines excitare morbos cuiuſcunque ſpeciei.*
201 *Artem magicam exercentes ſunt ſeuerè puniendi.*
202 *Item Lintfatici ſunt morboſi, & qui ſint, explicatur.*
203 *Item Emptuſiandici, & qui ſint?*
204 *De his omnibus adductis, quæ regula ſit ſumenda in Numeratione?*
205 *Hernioſus, quando dicatur verè morboſus, & inhabilis?*
206 *Canonicus hernioſus excuſatur à choro.*
207 *Limitatur in leui hernia, quæ facilè cum ligabulis poteſt ſuccurri.*
208 *Hernioſus eſt deducendus à Numeratione, ſi nihil poſſidet, ex ſæpius adducta regula.*
209 *Item hydropiſia laborans, dicitur morboſus.*
210 *Adducuntur ſpecies morbi.*
211 *Eſt deduceudus à Numeratione, ſi nihil poſſidet.*
212 *Item Læproſus, ſeu elefanticus, & explicantur cauſæ, eſſentia, & ſigna huius morbi.*
213 *Leproſus non ſolùm debet deduci à Numeratione, ſed ſegregari à commercio humano.*
214 *Maximè ab Eccleſia.*
215 *Eſt irregularis.*
216 *Debet ſeparari ab vxore.*
217 *Prælati, & Rectores repelluntur ab adminiſtratione Eccleſiarum, ſi hoc morbo laborant.*
218 *Strumoſus dicitur morboſus, ſignanter hoc morbo laborans eſt deducendus.*
219 *Item laborans morbo Gallico grauiter, & quis dicatur?*
220 *Explicatur eſſentia huius morbi.*
221 *Limitatur in laborante morbo leui, & quis dicatur?*
222 *Contra laborantem hoc morbo an poſſit peti diuortium? remiſſiuè.*
223 *Item dicuntur morboſi, Tyſicus, & Etichus.*
224 *Explicatur cauſa huius morbi.*
225 *An paſſus infirmitatem fortunæ debeat deduci?*
226 *De alijs ſpeciebus morborum remiſſiuè.*

1 INfirmitas, & Senectus ſe habent vt
2 genus, & ſpecies: Senectus enim Morbus dicitur, ſi credimus Ariſt. *lib.* 5. *de generat. animal. cap* 4. Cic. *in orat. pro Q. Mario, & lib.* 1. *de ſenectute*, ibi: *morbus ſenectus, non equidem incidens eſt*, & Virg. 6. *Aeneid. habitant morbi triſtiſque ſenectus*, & Iuuen. *Satyr.* 16.

Præterea minimus gelido de corpore ſanguis,
Febre caret ſola circumſilit agmine facto
Morborum omne genus.

Et Ouid. 24. *Metamorph.*

Sed infelicior ætas
Terga dedit tremuloque gradu venit ægra ſenectus: Terent. in Phormion. *act.* 3. *ſcæn.* 1. ibi.

Senectus ipſa morbus eſt.

Senec. *Epiſt.* 109. ex medicis Galen. *de ſanitate tuenda cap.* 2. Auicen. 2. *doctrin. cap.* 2. ex Phyloſophis Ariſt. *loc. cit.* Alexand. Petron. *in Dialog. de re Medic. Dialog.* 7. ex Noſtratibus Paul. I. C. *in l. in Ciuitatibus*, de legat. 1. & Summ. Pontif. *in cap. magnæ deuotionis, in cap.* 1. §. *ſin autem*, *de cleric. ægrotant.* in 61 Abbas.

Abb. & Canoniſt. *in cap. quamuis, de ſentent. excom.* Anchar. *conſ.* 279. Paris. *conſ.* 29. *n.* 62. *lib.* 2. Neuiz. *in Silu. nupt. tit.* 2. *n.* 4. Baez. *de inop. debitor. cap.* 7. *n.* 11. Lar. *in compen. Vitæ hominis, cap.* 31. *n.* 34. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 5. *q.* 11. *n.* 227. Valaſc. *de priuil. miſerabil. perſonar. q.* 18. *n.* 6. Nouar. *in prax. elect. for. q.* 18. *n.* 2. Hieron. de laurent. *Deciſ. Auenionen.* 20. *n.* 7. Borell. *in ſumm. decis. tit.* 56. *n.* 26. Sanſelic. *deciſ.* 355. *n.* 2. *tom.* 3.

3 Et licèt propriè ſenectus nòn dicatur morbus, ſi quidditas morbi introſpiciatur, qui nihil aliud eſt, niſi *habitus cuiuſque corporis contra naturam*, vt definitur à noſtro I. C. *in l.* 1. §. *ſed ſecundùm, ff. de ædilitio edicto*, & à Medicis definitur, quod ſit *naturalis ſtatus mutatio, lædens operationes*, Galen. *lib. de ſyntomat. different. cap.* 1. *gloſ.* 3. *& de ſanitate tuenda, cap.* 5. *verſ.* 5. *par.* 2. Petrus Garz. *in Auicen. Fen.* 1. *lib.* 1. *Doctrin.* 3. *cap.* 3.

5 At Senectus naturalem ſtatum non mutat, docent etiam DD. *in l. ſenium, Cod. qui teſtamenta facere poſſint*, Canoniſt. *in cap. quoniam frequenter, vt lit. non conteſtat.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *centur.* 1. *caſ.* 60. *n.* 9. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 40. Thom. Act. *de infirm. legal. p.* 1. *cap.* 19. *n.* 3. Gratian. *deciſ.* 189. *n.* 4. Narbon. *de ætat. ann.* 70. *q.* 1. *n.* 2.

6 Tamen quia Senectus affert ea incommoda, quæ morbus, quia ſunt debilitatæ operationes vitales ex defectu caloris, & diſponit corpus ad diuerſas infirmitates, vnde illud, *ſanguis habet frigentque effectæ in corpore vires*; tali modo poteſt dici morbus ab effectu ſcilicet.

7 Hinc in Iure noſtro morbus, & ſenectus æquiparantur, & de vno ad alium valet argumentum, *l. ciuitatibus, de legat.* 1. Valaſc. *vbi ſupra, n.* 35. Prat. *lib.* 1. *reſpon. criminal. cap.* 21. *n.* 40. Pariſ. *de reſignat. q.* 3. *n.* 47. Sanſelic. *deciſ.* 365. *n.* 2. de Marin. *lib.* 1. *quotid. cap.* 40. *n.* 2. præcipuè in ſenectute ingraueſcente.

8 Senectus nanque tres habet dimenſiones, tempora, & partes, ſecundùm Galen. *lib.* 5. *de ſanit. tuend. cap. vltim. in prognoſt. Hypocrat. tex.* 69. *comment.* 2. Maſſar. *in prax. medic. lib.* 5. *cap.* 14. Petr. Garz. *in Auicen. Fen.* 1. *doctr.* 3.

9 *cap.* 3. *diſp.* 16. Primum tempus incipit ab anno quinquageſimo vſque ad ſexageſimũ, quo animal diminuitur, & declinat in contrarium vitæ, ſcilicet ad frigidum, & ſiccum, Ariſt. 2. *polytic.* Galen. *de temperam.* 2. *cap.* 2. *claſſ.* 1.

10 Secundum tempus eſt ab anno ſexa-

11 geſimo vſque ad ſeptuageſimũ; tertium tempus ab anno ſeptuageſimo vſque ad terminum vitæ, & hic vltimus terminus dicitur *ſenium*, ſiue *decrepitas*; hanc doctrinam ſequuntur Cuiac. *in l.* 2. *ff. de excuſation. tutor.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 59.

12 Sed tamen multùm præualet Iudicis arbitrium ad videndum, quando quis dicatur ſenex, ad finem obtinendi priuilegia, ſenibus conceſſa, Alciat. *de præſempt. regul.* 1. *præſumpt.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 46. *n.* 21. Cardin. Tuſc. *litera S. concl.* 103, *n.* 4. & præcipuè in actibus, qui requirunt corporale exercitium, Pariſ. *de reſignat. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 54. Thom. Act. *de infir. legal. cap.* 19. *n.* 6. Gratian. *lib.* 5. *diſcept.* 805. *n.* 13. Maſtril. *de magiſtrat. cap.* 30. *n.* 95. Valaſc. *de priuil. miſ. perſon. cap.* 18. *n.* 55. Lar. *in compend. vit. homin.*

13 *cap.* 31. *n.* 69. Hinc legatum, factum infirmis, conſequuntur ſenes, Merlin. *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 52. *n.* 3. de Luca ad Franc. *deciſ.* 68. *n.* 2.

14 Hinc antiquitus lege Iulia, & Papia ſeu Poppea, *de maritan. Ordinib.* à Tiberio Cæſare edita, ſenes ſexagenarij, & fœminæ quinquagenariæ à matrimonij contractu arcebantur ob carentiam finis, laté Vlpian. *in fragment. tit.* 17. Lactant. *lib.* 1. *de falſ. regul. cap.* 16. Alexand. ab Alexand. *lib.* 4. *dier. genial. cap.* 22. Tiraquell. *ad ll. connub. lib.* 6. *n.* 20. Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. ciuil. lib.* 9. *cap.* 6. *n.* 3. Anton. Fab. *in ſua iuris prudent. Papin. tit.* 9. *princip.* 3. *illat.* 3.

15 Narbon. *de ætate ann.* 60. *q.* 4. *n.* 3. Et in hac ætate abeſt omnis ſuſpicio incontinentiæ, *cap. cùm in iuuentute, de præſumpt. capit fraternitatis diſtin.* 34.

16 Li-

Digitized by Google

16 Licèt Rubrica noſtrarum Inſtructionum deſcribat ſolùm ſexagenarios, qui verè ſenes dicuntur, ſecundùm Gloſſ. *in l. ſemper, ff. de iur. immun. verb. magiſtratibus*, Caſſan. *in catal. glor. Munai, p. 11. conſid.* 17. Cuiac. *Reſpon. Marcelli in l. non aliter, de legat.* 3. Bortell. *in ſumm. deciſ. tit.* 56. *n.* 25. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 32. Thom. Act. *loc. cit. n.* 8. Gratian. *dicta diſcept.* 805. *n.* 43. Dominus conſil. Petr. *Rit. M. C.* 233. *n.* 4.

17 Attamen, quia, vt diximus, valet argumentum à ſenectute ad infirmitatē, præcipuè in materia noſtra; ideo congruum viſum eſt addere in hac Rubrica eos, qui perpetuo morbo laborant:

18 Sicuti enim ſexagenarius ex defectu virium obtinet immunitatem pro capite, & ſi bona non poſſideat, expungitur á Numeratione, vt infra. ſic etiam inhabilis ex perpetuo morbo:

19 Pauper enim eſt immunis à ſolutione
collectarum, & aliorum munerum, vt
notat Bal. *in auth. defuncto, Cod. ad Tertullian.* Gig. *de penſion. q.* 80. *n.* 3. Frãc.
Luc. *in tract. de fiſco* 3. *p. principal. n.* 7.
Canoniſt. *in capit. licèt*, & ſignanter Fa-
20 gnan. *n.* 10. *de cenſib.* & is dicitur
pauper, qui caret bonis vel viribus, vt
21 non poſſit ſuis laboribus lucrari; Ta-
lis eſt ſexagenarius, & perpetuo morbo laborans, ſecundúm doctrinã Andr. *in tit. quæ ſint regalia, verb. plauſtrorum, column.* 2. *&* 3. Capyc. *in inueſtit. feud. verb. collectarum impoſitio, verb. viduæ in fine, & verb. maiores ſexaginta annis*; Thor. *in compend. deciſ. p.* 1. *verb. ſenex ſexagenarius*, Montan. *controuerſ.* 69.

§. PRIMVS.

22 SEmper, & vbique Senectutis cauſa præcipua fuit, & Senex apud omnes gentes venerabilis, præcipuè apud Romanos, Orbis domitores, teſte Valer. Maxim. *de inſtit. antiqu.* Rodig. *lib.* 2. *noctium Atticar. cap.* 14. vbi tradit hoc inſtitutum emanaſſe à Lacedemonis, & à ſummo legislatore Licurgo *iuſtin. lib.* 3. Hinc meritò I. C. *in l. ſemper ff. de iur. immun.* protulit hæc verba: *Semper in Ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit*, & noſter Imperator *in l.* 2. §. *quæ omnia, Cod. de veter. iur. enuclean. & in* §. *ſi verò, auth. de quæſtor.* Sic apud Aegyptios, teſte Herodot. in Euterp. apud Hebræos Ioſeph. hebr. *lib.* 17. *antiquit. cap.* 1.

23 Et adeſt præceptum Domini *in leuit. cap.* 19. ibi: *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis*, Diuus Petrus *epiſt.* 5. *capit. 1s igitur*, 23. *diſtinction. capit. illud*, 2. *q.* 6. *capit. conqueſtus*, 9. *q.* 3. *capit. contra ſtatuta*, 25. *q.* 1. *capit. piſcis*, 55. *diſtint.* Arthaman. *deciſ.* 7. Oſaſc. *deciſ.* 123. Gratian. *diſcept.* 328. Ricc. *collect.* 1862. *&* 3717. Capiblanc. *ſingul.* 164.

24 Hae de cauſa Senatus Romanus grauibus Decretis in irreuerentem ſenes animaduertebat, vt Tacit. *lib.* 3. *annal.* refert de L. Silla, iuuene à Curbulone in Senatu accuſato, ob irreuerentiam ſenis, qui hæc verba refert: *Certabantque orationibus, & memorabantur exempla maiorum, qui iuuentutis irreuerentiam grauibus decretis notauiſſent, &c.* latè
Lypſ. *in eo loco, & lib.* 1. Elector. *cap.
de lictorib.* & Plutarc. *in Gracchũ* refert,
fuiſſe morte mulctatum C. Ventutiũ,
eo quod ſeni, in foro venienti, non ſur-
rexiſſet, vide plura apud Tiraquell. *de
nobilit. cap.* 20. *n.* 57. Azaued. *in rubr.*
25 *tit.* 2. *lib.* 6. *recopilat. n.* 107. Lypſ.
loc. cit. Et ideo iniuria, facta ſeni, dicitur
atrox, & grauiter punitur, Valenz. *conſ.*
142. *n.* 126. *vol.* 2.

26 Honoratur ſenectus ratione ſapientiæ, & prudentiæ, qua nimiúm ſenes excellere ex longa rerum experientia compertum eſt, vt teſtatur Sacr. Script. *Iob. cap.* 12. 32. ibi: *in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia, & Eccleſiaſt. cap.* 15.

27 Hinc Romulus pro cauſis decidēdis, ſenioreselegit, & ex *ſenio*, *Senatum* appellauit, vt Cic. *in Caton.* Iunior. ibi: *Quæ niſi eſſent in ſenioribus, non ſummum Concilium maiores noſtri appellaſſent Senatum*, & Plutar. *in Romul. ex optimatibus centum creauit, quorum collegium, ex ætate, Senatum appellauit.*

28 Et ſenes elegiſſe Claudium Cæſarem,

rem, teſtatur Tacit. *lib.* 4. *annal.* collimat dictum Iſocratis *Epiſt.* 6. ibi: *Experientia, & rerum multarum vſus ſenes erudit, atque efficit, vt quicquid expediat, acutiùs alijs proſpiciant*, & Stob. *ex græco ſermone* 104. *tit. de ſenib.* virtute, & prudentia ornat.

29 Vnde infertur, quod ſenes, cæteris paribus, iuuenibus præferuntur, Bar. *in l.* 1. *ff. de albo ſcriben.* & *in l.* 2. *Cod. de decur. lib.* 10. Cepoll. *in tract. de Imper. milit. eligen. n.* 3. Melchior Phæb. *deciſ.* 66. *n.* 4. Valenz. *conſ.* 33. *n.* 82. *lib.* 1.

30 Infertur ſecundò ex ratione allata, eſſe excludendos ſenes imprudentes, & fatuos, vt Diuus Ambroſ. *in Luc. cap.* 1. ibi: *iuxta animi, & corporis numerantur ætates, non pro ratione temporis, ſed pro qualitate virtutis, vt vir perfectus ille dicatur, qui caret errore pueritiæ, & lubricum adoleſcentiæ animi maturitate*

31 *non ſentiat*, &c. Et tales potiùs dicũtur pueri, *cap. Paulus*, §. *quibus ergo*, 2. *q.* 7. vnde verſus.

Nequitia eſt, quæ me non ſinit eſſe ſenem. facit Tex. *in l. præcipiunt, ff. de ædilit. edict. l. vnicuique, Cod. de proxim. Sacror Scrinior. lib.* 12.

32 Tales fuerunt Senes Suſannæ, Daniel. *cap.* 13. vide plura apud Tiraquell. de iur. primogen. in præfat. à n. 79. Bouadil. *in Polyt. lib.* 2. *cap.* 16. Valaſc. *de priuileg. miſerabil. perſon. q.* 18. Conſil. Staib. *lib.* 1. *reſol. forens. cap.* 100. *& in nouiſſ. addit. à n.* 100.

33 Plura priuilegia Senibus à iure ſunt conceſſa, quæ recenſere longum eſſet, ſed poterũt videri ap. Tiraquell. & DD. citatos. Paris, *de reſignat. lib.* 5. *q.* 3. *à n.* 58. Luc. de Pen. *in l.* 1. *Cod. de conſul. lib.* 12. *& in l. tyrones Cod. de tyron. eo-*

34 *dem lib.* Nobis tamen colligere viſum eſt illa, quæ conceduntur ſenibus ſexagenarijs pro materia noſtra.

35 Primum Priuilegium eſt, vt ſexagenarius ſit immunis à capitatione, ſeu ſolutione capitis: hæc enim ætas, vt diximus, eſt ingraueſcens, & operibus impar, ob naturam debilitatam, *l. non tantum, ff. de Decurionib.* Barboſ. *in collect. ad capit. vnicum, de cler. ægrotan. in* 6. Verall. *deciſ.* 129. 131. 139. *p.* 1. Narbon. *de ætat. an.* 60. *q.* 5. *n.* 3. Quia hæc ſolutio habet reſpectum ad opera, & labores perſonales, ita Capyc. *in inueſtit. feud. verb. collectis*, *verſ. maior* 60. *an.* Et ita determinauit Reg. Camera apud de Marin. *arreſt.* 346.

36 Limitatur in oneribus realibus, vel miſtis, quæ dicuntur munera patrimonialia: ab his enim nulla ætas excuſat, *l. ſunt munera, ff. de vacatione munerũ, l. fin.* §. *& huiuſmodi*, *ff. de muneribus, & honoribus, l. neque, Cod. de muneribus, patrimon. lib.* 10. nec etiam excuſantur pro induſtria, vt Reg. Camera ap. de Marin. *arreſt. cit.*

37 Sed Quæſtio eſt, an excuſentur à muneribus perſonalibus?

38 Affirmaut multi ex Textu *in l. manifeſti, Cod. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſant, lib.* 10. vbi maiores quinquaginta quinque annis ad munera perſonalia inuitos vocari prohibetur, ſic Gloſſ. ibidem, Bertacchin. *in repert. verb. maior quinquaginta ann.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 59. *n.* 5. Auendan. *de exequut. mandat. p.* 1. *capit.* 19. *n.* 24. Thom. Act. *de infirm. legal. cap.* 19. *n.* 21. Taſſon. *in pragm. de anteſ. verſ.* 12. *obſer.* 1. *n.* 336. Gratian. *diſcept.* 328. *n.* 5. Lar. *in compend. vit. hom. cap.* 31. *n.* 32. Valaſc. *de priuil. miſerabil. perſonar. dicta q.* 18. *n.* 18.

39 Contrarium magis communiter, & verius tenent alij: quia ad obtinendam hanc exemptionem requiritur ætas ſeptuaginta annorum, ex Textu *in l. munerum, in principio, & §. hac omnia, & in l.* 3. §. *cura, ff. de munerib. & honorib.* ibi: *Niſi ſit in ea ætate ab oneribus quærendi frumenti, tutelæ, vel curæ, quæ perſonalia ſunt, in ea tantùm excuſantur;* & in §. *item maior, inſtitut. lib.* 1. *de excuſat. tutor.* & ita Cuiac. *in l.* 3. *Cod. qui ætat. ſe excuſ. lib.* 10. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 32. *n.* 17. Monet. *de diſtribut. p.* 2. *q.* 6. *n.* 10. *&* 11. Azaued. *lib.* 6. *recopilationis in rub. gloſ.* 14. *n.* 10. & ad Text. *in dicta l. manifeſti*, reſpondent Gloſ. marginal. *ibidem*, Cuiac. & Monet. *loc. cit.* illa verba 55. eſſe legenda 70.

40 Et quidem hæc ætas debet eſſe completa

pleta, *l. maiores ff. de iur. immunit.* Gan-
41 naner. *deciſ.* 44. vbi refert, Reg. Came-
ram in ea ætate concedere indiſtinctè
exemptionem à muneribus perſonali-
bus ſenibus ſeptuaginta annorum, ſiue
robore, & corporis agilitate im-
pleantur, ſiue non; ſiue ſint ſordida
42 munera, ſiue honorifica cum onere, vt
eſt illud Syndici, à quo hanc ætatem
vel numerum quinque liberorum excu-
ſare, probat ex Text. *in l.* 1. §. *perſona-
lia, ff. de muner. & honor.* ſequitur no-
uiſſimè Reuer. de Luca *ad Franc. deciſ.*
65. contra tradita per Dominum Præ-
ſident. *ibidem*, & Narbon. *de ætat. an.*
70. *q.* 13. de Marin. *ad Reuerter. deciſ.*
261. *&* 329. quorum fundamentum
ex Textus *in l. in honoribus, ff. de vacat.
& excuſat. munerum, & l.* 5. §. *quæ ita,
ff. eodem.* in officio ſyndici euertitur: ex
eo quia iura adducta debent intelligi in
officijs, nullum annexum onus habenti-
bus, quale non eſt officium ſyndici in
Regno, vt me docuit experientia tri-
bus vicibus, & potiſſimùm in Terris Ba-
ronalibus: omnes enim vexationes, &
ærumnas, quæ excogitari poſſunt, ſyn-
dici patiuntur, concuſſiones, impreſſio-
nes, extortiones, tam à Baronibus (pa-
ce bonorum ſit dictum) vt eorum vo-
luntati ſatisfaciant nouas ad imponen-
dum angarias, & impoſitas augendum
miſerrimis ciuibus, contra quos decla-
mat præ cæteris nouiſſimè Caſar. *lib.* 1.
peregrin. q. 33. quàm à Regijs officiali-
bus, Commiſſarijs, miniſtris Baronali-
bus, Quæſtoribus Prouinciarum, exco-
riantibus pauperes Vniuerſitates, con-
tra rectam intentionem Sereniſſimi no-
ſtri Regis Catholici, & Excellentiſſimo-
rum Proregum, aliorumque Supremo-
rum Magiſtratuum, ita vt ſyndici ſint
cōſtituti in euidenti ſalutis æternæ diſ-
crimine, poſiti tanquam ſignum ad ſa-
gittas; vnde nimium incōmodum affer-
re hoc officium docuit Ganauer. *loc. cit.*
& ideo ab eo cauendum monet Rouit.
in pragm. 3. *de adminiſtrat. vniuerſ. n.* 56.
Nec in contrariū facit deciſio apud Thor.
p. 2. *verſ. ſyndicus*: quia loquitur de
conſtituto in ætate 65. annorum.
43 Huic infertur, quod ætas 70. annorū
excuſat à munere Aerariatus, licèt ſit pu-
blicum, quia militat eadem ratio; & po-
teſt dici publicum primariò authorita-
te, licèt non vtilitate, & vt diximus in
ea ætate conſtitutus, excuſatur à mune-
ribus publicis.
44 Confirmatur concluſio, quia, vt dixi-
mus, conſtitutus in ætate 70. annorum
de iure dicitur infirmus, taliter vt non
intret Iudicis arbitrium ad extiman-
dum contrarium ex habitudine corpo-
ris, Cardin. Tuſc. *Lit. A. concl.* 103. *n.* 4.
Gratian. *dicta diſcept.* 805. *n.* 13. Narb.
45 *de ætat. an.* 70. *q.* 2. *n.* 5. Et ſic excu-
ſatur ab onere, habente admiſtum
corporale exercitium, Maſtrill. *de ma-
giſtratib. lib.* 1. *cap.* 30. *à n.* 95. ſicuti
eſt munus Aerarij, faciunt tradita per
Narbon. *de ætate ann.* 55. *q. vnica, n.*
6. & firmiter tenet Dominus Conſil.
Petr. *in rit. M. C.* 45. *n.* 6. vbi ſic de-
ciſum refert per S. C. & in terminis
Aerariatus Dominus de Luc. *ad Franc.
deciſ.* 608. *in fine*, quicquid in contra-
riū ſcripſerit doctiſſimus Conſil. Roccus
lib. 2. *reſponſ.* 82. *n.* 2. quia ex dictis hæc
opinio confutatur.
46 Et præcipuè ſi electio Aerarij ſpectat
ad Vniuerſitatem, quo caſu dicitur
47 onus publicum, & vniuerſale, & da-
tur excuſatio electo, ſi anno antecedem-
ti exercuerit aliud officium vniuerſale,
l. 2. *Cod. de munerib. & honorib. non con-
tinuan. lib.* 10. Capiblanc. *in pragm.* 10.
de Baron. p. 2. *q.* 72. *n.* 22. Nouar. *deciſ.*
37. *n.* 11.
48 Secundum priuilegium eſt, vt ſexage-
narius excuſetur ab operibus, quæ pro-
miſit in ætate iuuenili, licèt robur
& corporis agilitatem habeat: quia
in ea ætate eſt quieſcendum, Connan.
lib. 2. *commentar. cap.* 8. Narbon. *de
ætate an.* 60. *q.* 11. *n.* 1.
49 Tertium priuilegium eſt, vt excuſe-
tur à militia: quia hæc ætas armis, & mi-
litiæ laboribus impar eſt, Ioan. de
Plat. *in l. cùm in numero, verſ. nota, Cod.
de his, qui cùm implet. ſtipen. lib.* 10. Nar-
bon. *dicto ann.* 60. *q.* 8. *n.* 3. immo mi-
les, in ea ætate conſtitutus, eſt abſolutus
à ſacramento militiæ, & poterit licen-
tiari, cùm dicatur *miſſio cauſaria*, *DD.*

in l. milites, §. *miſſiones*, *ff. de re militari*, Pichard. *inſtitut. lib.* 2. §. *hactenus*, *n.* 7. *de teſtament. militari*; & ſi defacto ſexagenarius ſit ad ſcriptus in militia, non gaudebit priuilegijs militum, vt Regia Camera ap. de Marin. *arreſt.* 519.

50 Quartum priuilegium eſt, vt ſexagenarius excuſetur à lege ieiunij, vt de veriori teſtantur Armill. *verb. ieiunium*, Layman *in compend. Theol. moral. p.* 3. *cap.* 5. *n.* 20. Lopes *p.* 2. *inſtructor. cap.* 111. Molfeſ. *in ſumm. Theol. mor. tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 4. *n.* 37. Sanch. *de matrim. diſp.* 54. *n.* 8. Pater Dian. *p.* 1. *tract. de ieiun. reſol.* 20. & *tract.* 14. *reſolut.* 83. Turlench. *in expoſit. Bull. Cruciat.* §. 4. *dub.* 4. *n.* 4. Sanch. *in ſelect. diſp.* 54. *n.* 8. ex Iuriſtis Valaſc. *loc. cit. n.* 72. Gratian. *diſcept.* 845. *n.* 21. Lar. *in comp. vitæ hominis*, *cap.* 31. *n.* 50. quicquid alij diſtinguant; & ſufficit, annum ſexageſimum, eſſe inceptum, quia in fauorabilibus habetur pro completo, *l. qua ætate*, *ff. de teſtamentis*, Valaſc. *vbi ſupra*, *n.* 74. Ioan. de la Crux *præcept.* 3. *art.* 4. Sanch. *loc. cit. n.* 10. Nald. *in ſumm. verb. tempus*, Dian. *dicta reſolu.* 73.

51 Immo probabilis eſt ſententia, fœminas, vti maribus debiliores, in quinquageſimo ætatis anno excuſari, Turlench. & Sanch. *loc. cit.* Sanch. *dicta diſp.* 32. *n.* 11. Pater Dian. *p.* 9. *tract.* 7. *reſol.* 73.

52 Ampliatur concluſio, etianſi ſexagenarius teneatur ieiunare ex voto priuato, aut pœnitentia iniuncta, aut regula Religionis, Sanch. *n.* 8. & Dian. *vbi ſupra*, & *p.* 9. *tract.* 8. *reſol.* 2. & *p.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 50. Niſi tamen emiſiſſet votum in ea ætate: quia tunc, niſi ſuperueniat maior debilitas, non excuſatur, quia videtur huic priuilegio renunciaſſe, Sanch. *in ſumm. lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 55. Narbon. *de ætat. ann.* 60. *q.* 2. *n.* 28.

53

54 Ampliatur ſecundò, vt ſi quis tempore adoleſcentiæ Religionem vouiſſet, & votum adimplere neglexerit, ſi ad hanc ætatem peruenerit, non teneatur ad illud: quia culpa præcedens non obligat ad recompenſationem dara impotentia, ſed tantùm ad pœnam, Pater Suarez *de Religion. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 4. Sanch. *in ſumm. lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 2. *tit.* 30. Lopes *in inſtruct. p.* 1. *cap.* 44. *col.* 1. Facund. *in præcepto decal. lib.* 1. *præcept.* 2. *cap.* 19. *n.* 12.

55 Quintum priuilegium eſt, vt ſexagenarius, excommunicatus excommunicatione, Summo Pontifici reſeruata, etiã ſi ſit de contentis in Bulla Cænæ, non teneatur Pontifici ſe præſentare pro abſolutione, ſed poterit eum abſoluere Epiſcopus, quia non tenetur longum iter agere cum periculo vitæ, *cap. de cætero*, *cap. quod de his*, *capit. ea noſcitur*, *capit. quamuis*, *de ſentent. excommunic.* Hanc ſententiam, vti veriorem, tenent Silueſt. *in ſumm. verb. abſolutio*, 4. *n.* 7. Nauar. *in manual. cap.* 7. *n.* 90. Enriqu. *de pœnitent. lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 1. Sair. *in Theſaur. caſuum conſcient. lib.* 3. *cap.* 28. *à n.* 9. Auil. *de cenſur. p.* 2. *cap.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 6. *concluſ.* 3. Bonac. *de cenſur. diſp.* 2. *q.* 4. *p.* 5. *n.* 3. Zambran. *in caſib. in art. mort. cap.* 4. *dub.* 4. *n.* 14. Sanch. *in præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 9. Barbos. *in collect. ad cap. ſi quis ſuadente*, 17. *q.* 4. *n.* 98.

56 Ex eadem ratione non tenetur ſexagenarius adimplere votum longę peregrinationis, vt puta Hieroſolymæ, Romæ, & Compoſtellæ, argumento *capit. magnæ*, *de voto*, Suar. *loc. cit.* Sotus *lib.* 1. *de iuſtit.* & *iur. q.* 7. *art.* 3. *col.* 6. Facund. *in præcept. Decal. lib.* 1. *præcept.* 2. *cap.* 19. *n.* 11.

57 Hinc meritò Sanctæ memoriæ Beatus Pius V. in Bulla, ĩcipiente *Ille Guardianus*, qua præcipit, nè Minores Conuentuales morentur vltra biennium in eodem Monaſterio, excipit ſexagenarios, quia ſunt inhabiles ad faciendum iter, Zerol. *in prat. Epiſc. verb. mendicantes*, §. 2. *p.* 2.

58 Sextum Priuilegium eſt, vt ſexagenarius pro debito, & cauſa ciuili, non poſſit carcerari, Ricc. *collect.* 2215. Taſ-

56 ſon. *in pragm. de antefato*, *obſer.* 102. Et ex hoc principio emanat, vt nõ poſſit contra ipſum inſtrumentum liquidari, vide Gypz. ad Capyc. latr. *deciſ.* 148. *n.* 26. Conſil. Petr. *Rit. M.C.* 166. *n.* 108.

60 Et licèt videatur requiri ætas ſeptuagenaria ex communi ſententia ex Ancharan. *conſ.* 336. Intriliol. *conſ.* 18. Graſſ.

de

de except. in prælud. n. 177. Gratian. diſcept. 328. 506. & 607. Rouit. in pragm. 3. de fide memor. n. 3. Thor. in compend. deciſ. p. 1. verb. ſeptuagenarius, & in ſupplement. deciſ. eodem verbo, Reg. de Marin. ad Reuert. deciſ. 306. Add. ad Capyc. latr. deciſ. 72. a n. 5.

61 Hæc tamen opinio valde rigoroſa eſt, vel debet intelligi, vt in ætate ſeptuagenaria nullo modo poſſit carcerari; ſed tamen ſexagenarius bené poteſt carcerari, ſed non in carceribus publicis, in quorum locum debet aſſignari domus, vel Ciuitas, ſicuti ſuum Senatum tradit determinaſſe, Oſaſc. deciſ. 123. Ratio eſt quia in hac ætate ob imbecillitatem in carceribus marceſceret, præcipue ſi Senex ſexageſimum annum exceſſerit: & hanc opinionem nouiſſimé tenent Conſil. Petr. Rit. 166. n. 108. (qui mihi teſtatus eſt, dum munus Iudicis M. C. V. in ciuilibus magno plauſu exercebat, pluries ſaluam guardiam expediſſe ad beneficium ſexagenarij) Iul. Cæſ. Caluin. de æquitat. lib. 1. cap. 95. n. 29. 34. & 35. Conſil. Staib. in addit. nouiſſ. cap. 163. n. 22. centur. 2. Valaſc. loc. cit. n. 59. & 60.

62 Ampliatur, vt ſexagenarius non poſſit expreſsè huic priuilegio renunciare, ex doctrina Baldi in l. 1. n. 8. verſ. item tres caſus, Cod. qui bon. ceder. poſſint, aſſerentis, quem non poſſe renunciare ætatis, vel ſexus priuilegio, quod conceditur nè poſſit carcerari, ſequuntur Add. ad Matt. Silan. ſingul. 108. n. 3. Duegn. reg. 312. limit. 2. Aſin. de execut. mand. §. 2. cap. 7. n. 13. Valaſc. loc. cit. n. 63. Gratian. diſcept. 318. n. 13. & diſcept. 306. n. 17. & hoc, non obſtante iuramento, Caluin. loc. cit. Staib. vbi ſupra, n. 30. & 31. quicquid alij aſſerant.

63 Vnde corruunt dicta per Dominum Reg. Rouit. (ſalua pace tanti Viri) in dicta pragm. 3. n. 3. aſſerentē, priuilegium non habere locum in debito, contracto in ea ætate: ſi enim non poteſt renunciare expreſsè, ergo nec etiam tacitè, vt benè Caluin. Staib. & DD. citati.

64 Limita tamen in criminalibus, maximè in delictis atrocioribus, licèt non poſſit negari, quod ſit aſſignandus carcer in mitiori loco, Menoch. de arbitrar. caſ. 305. n. 8. Marſil. in prax. crim. §. attingam, n. 14. Foller. in eadem prax. verb. vel carceratur, n. 6. Becc. conſ. 10. n. 8. Valaſc. vbi ſupra, Thom. Art. de infirmitat. legal. cap. 19 n. 13.

65 Septimum priuilegium eſt, vt ſexagenarius non poſſit tormentis ſubijci, Villadic. in polyt. cap. 3. n. 322. & 323. Villaut in prax. crimin. lib. 7. cap. 4. concl. 4. ex Text. in l. 2. §. ignoſcitur, ff. ad Sillanianum.

66 Et licèt contrariū ſubſtinuerint Bertazol. conſ. crimin. 102. n. 4. lib. 1. Gratian. loc. cit. n. 8. & diſcept. 805. n. 36. Lar. in compend. vit. homin. cap. 31. n. 67. Farinac. in prax. crimin. p. 2. tit. de indicijs, & tortur. q. 41. n. 25. Valaſc. loc. cit. n. 68. aſſerentes, requiri ætatem ſeptuagenariam, Sanfelic. deciſ. 355. tom. 3.

67 Tamen opinio procedit de rigore, attento tempore Iuris conſultorum, quo homines diutius viuebant; ſecus ad præſens, quia abbreuiata eſt vita hominum, qui breui debilitantur, & pauci ſunt, qui attingunt annum ſeptuageſimum, teſte Federico Zunn. de vicinit. iudic. & conſum. ſecul. lib. 2. cap. 19. & hanc opinionem ſequuntur Farinac. loc. cit. n. 29. Caualcan. de Brach. Reg. p. 3. n. 126. Guazzin. ad defenſ. reor. tom. 2. lib. 1. defenſ. 30. cap. 12. n. 3. Pater Diana p. 4. tract. 6. de tortura in Sancto Offic. reſol. 29. Narb. de ætate ann. 70. q. 5. n. 5.

68 Ampliatur concluſio, vt non poſſit terreri, Clar. in prax. crimin. §. vlt. q. 64. vbi Add. Farin. vbi ſupra, n. 100. Scialoia in prax. torquen. reos, cap. 13. n. 17. Immo, ſi de facto illata tortura, delictum confiteretur, confeſſio eſſet nullius momenti, Farin. loc. cit. n. 24. & Guazzin. cap. 12. & defenſ. 32. cap. 19. n. 3. Gratian. diſcept. 108. n. 34. Valaſc. vbi ſupra, n. 67.

69 Limitatur tamen, quando ſexagenarius ſit valde robuſtus, & ſit crimen enorme, vt Sodomiæ, læſæ Maieſtatis, &c. Farin. loc. cit. n. 100. Scial. n. 19. Ioſeph Ludouic. deciſ. Perus. 13. n. 58.

Sanfelic. *loc. cit. n.* 10. quod Iudicis arbitrio remittitur; Non debet tamen acriter torqueri ob vitæ periculū, Narbon. *dicta q.* 5. *n.* 17. & Farinac. *loc.cit.*

70 Octauum priuilegiū eſt, vt non poſſit condemnari ad pœnam triremium, argumento *leg. in metallum, ff. de pœnis*, vbi ob ętatis infirmitatem remittitur pœna

71 ad metallum, vel ad opus metalli, cui fuit ſubrogata pœna Triremium, teſtibus Pichard. *Inſtitut. lib.* 1. §. *maxima, de capit. diminut.* Farin. *in prax. crim. tom.* 1. *q.* 19. *n.* 14. Narb. *de ætat. ann.* 14. *q.* 28. *n.* 3. & hanc opinionem veram agnoſcunt DD. cit. cum Ricc. *deciſ.* 233. *n.* 6. *p.* 3. Petr. Gregor. *Syntagmat. Iur. Ciuil. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 17. Peguer. *deciſ.* 256. *n.* 7. Nouar. *in ſchol. ad l. vlt. Cod. de Tyron. lib.* 12. *n.* 8. Narb. *de ætat. an.* 60. *q.* 8. *n.* 2.

72 Vltimum priuilegium eſt, vt ſexagenarius in delictis mitius puniri debeat, non ſolùm in illis, in quibus infligitur pœna arbitraria, ſed etiam in illis, in quibus infligitur ordinaria, ad inſtar minorum, in quibus ętatis ratio habenda eſt, *ex l. auxilium*, §. *in delictis, ff. de minorib.* colligitur ex Text. *in l. ſi quis in graui*, §. *agnoſcitur, ff. ad Sillanianū, l.* 2. *ff. de termin. mot. l. fere in omnibus*, vbi Gloſ. *ff. de regul. iur. capit. tanta nequitia, diſtinct.* 86. *capit. tanta, p. q.* 7. *capit. tempora*, 26. *q.* 7. Comes *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *n.* 68. Farin. *in prax. crim. tom.* 3. *q.* 92. *n.* 23. Valaſc. *loc.cit.*

73 *n.* 12. Quod etiam admittunt in delictis atrocioribus Roiz *deciſ. Lituan.* 4. *n.* 196. Roderic. à Cunea *in dicto capit. tanta, n.* 5.

74 Et licèt non ſit conſtans Doctorum ſententia, quænā ætas requiratur ad minuendam pœnam, quia alij docent requiri 70. alij 80. annorum, alij ſentiunt remitti Iudicis arbitrio, vt videre eſt apud Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 329. & Farin. *loc. cit.*

75 Tamen opinio, ſubſtinens, requiri ætatem 60. annorum, mihi magis arridet, quam tenent Aretin. *in l. & ſi, n.* 9. *Cod. ex quib. cauſ. infam. irrogat.* Nouell. *in tract. ad defenſam, p.* 1. *n.* 45. Taſſon. *in pragm. de antefato, obſer.* 1. *verſ.* 12. *n.* 136. vbi etiam ſubſtinet ex Grām. Decian. & alijs, ſufficere ætatem 50. annorum.

Et hæc indicaſſe & collegiſſe iuuet pro materia noſtra; ſi quis plura deſiderat, adeat Doctores, quos in diſcurſu laudauimus.

§. SECVNDVS.

76 Habetur in cap. 6. *noſtrarum Inſtructionum in principio*, quod ſexagenarij debent numerari eo modo, quo reperiuntur habitare, & debet aduerti diligenter, ſi ſint eius ætatis, vt, ſecluſa fraude, tales eſſe conſtet, vel per librū Baptiſmi, & in eius defectu ex aſpectu, aut iuramento, Deputatis præſtando, vel per alia legitima documenta, vt diximus *tit.* 4. §. *primo.*

77 Debent etiam fieri diligentiæ, ſi ſexagenarius habeat filios, & filias, & cuius ætatis: ſi cum illis vnitè, vel ſeparatim viuat: ſi poſſideat bona in cataſto, & ſi non adſit cataſtum, examinet teſtes, pro ſeruitio Regij Fiſci; & de his omnibus debet fieri in margine focularis breue, diſtinctum, & clarum notamentum.

78 Et ex eadem ratione, ſic obſeruari debet, quando numerantur inhabiles, & perpetuo morbo laborantes.

79 Senex ſexagenarius, ſi habeat bona, remanet pro foculare, ſin minus, eſt deducendus, vt in noſtris Inſtructionib. *cap.* 6. *n.* 1. intellige tamen ſi bona excedant redditum vnciæ, vt dictum eſt de uiduis, & ſic obſeruat praxis Regiæ Cameræ.

80 De poſſeſſione bonorum, redditu, & valore, conſtabit ex libro extimi, vel alijs ſcripturis, vt ſępiùs diximus.

81 Sed quid, ſi deficiat cataſtum, an poſſit teſtibus probari?

82 Reſpondetur affirmatiuè: quia parem vim obtinent teſtes, ac inſtrumenta, *l. in exercendis, Cod. de fid. inſtrument. l. teſtium, Cod. de teſtib.*

83 Adeò verum, vt etianſi adſit pactum, vt non poſſit probari aliquid per ſcripturas, vt puta ſatisfactio; poterit, non obſtante pacto, probari teſtibus, de

Pont.

Pont. *conſ. 36. n. 16. vol.* 1. Rouit. *in pragm. 1. n. 16. de locat. & conduct.* Viuius *com. opin. p. 2. opin.* 175. Anton. Fab. *in ſuo* Cod. *tit. de teſtib. defin.* 33. Conſil. Hodier. ad Surd. *deciſ.* 171. *n.* 5.

84 Et licèt hoc pactum valere (maximè ſi adſit iuramentum) teneant, Vrſill. ad Afflict. *deciſ.* 398. *n.* 4. Franc. *deciſ.* 361. *n.* 4. Thor. *in Compen. deciſ. 3. verb. pactum, quod ſolutio*, Santelic. *deciſ.* 185. de Marin. ad Reuert. *deciſ.* 435. Gallerat. de renunc. *cent. 2. reſol. 171. n.* 5. Guttier. *de iuram. confirmator. p. 1. cap.* 66. Serafin. *de priuileg. iuram. priuil.* 34. Mancin. *de effect. iuram. effect.* 105.

85 Quicquid tamen ſit de hac quæſtione, non prohibetur, quis producere quinque teſtes ad probandum, non obſtante pacto, vt benè Gallerat. *loc. cit. n.* 7. & nouiſſimè Fagnan. *in cap. ſicut, n. 25. de probation.* de Luc. ad Franc. *dicta deciſ.* 361.

86 Immo poterit vti conſilio Speculatoris *in tit. de probation.* §. *videndum*, ſcilicet, vt quis imploret officium Iudicis, vt teſtes recipiat ad eruendam veritatem, ne quis locupletetur cum aliena iactura, quos poterit in promptu producere.

87 Productio enim promptuaria teſtium impedit etiam inſtrumenti liquidationem, Dom. Conſil. Petr. *Rit.* M. C. 175. *n. 8. & 9.* latiſſimè fundauit peritiſſimus Gaſar. in famigerata illa cauſa Mezimonaco *lib. 1. peregr. qq. cap.* 47.

88 Et in caſu noſtro, quando deficit Catastum, vel alia ſcriptura, reſpondit Reg. Cam. Dom. Conſil. Don Thomæ Carauita, tunc Reg. Numeratori, die 4. Martij 1662. vt ſcilicet *teſtes formaliter reciperet*, vt patet in libro Notamentorum.

89 Sexagenarius ſolus pauper, aut infirmus, debet deduci, *ex cit. cap. n.* 2.

90 hoc enim eſt paupertatis priuilegiū, inter alia quamplurima, de quibus Luc. de Penn. *in l. eos, Cod. de his, qui numer. liber. lib.* 10. Rebuff. *ad ll. Gall. tit. de ſenten. prouiſ. art. 4. gloſ. vlt. verſ. pauperes*, Cardinal Tuſc. *litera P. concl.* 163. & vide latè Beninc. qui integrum tractatum confecit *de paupertate, & eius Priuileg.* & Nouar. *de priuil. miſerabil. perſonar.*

91 Ampliatur, etianſi ſexagenarius habeat plures filias, ſine bonis, *dicto cap.* Inſtructionum, *n.* 3.

92 Quid, ſi poſſideat domum, quam primò ſolitus erat locare pro quātitate, vnciam excendente, & deinde non inueniat cui locet, ex cauſa ſuperuenienti, vt euenit in anno 1656. & 1657. in quo morbus peſtilentialis inclytam Ciuitatem Napolitanam, & alias Regni afflixit, & defectu habitantium multæ domus vacuæ remanſerunt?

93 Reſpondetur, eſſe inſpiciendum tempus liquidationis Numerationis, ſcilicet, vt ſi tunc domus ſit vacua, vel non locetur vltra redditum vnciæ, ſexagenarius ſit deducendus, ſic è contra, colligitur ex Text. *in l. 3. §. diui fratres, ff. de iur. fiſc.* & ex his, quæ tradunt interpretes *in l. ſi voluntate, Cod. de reſcind. vendit.* & faciunt tradita per nos *tit.* 5. §. 2. ſic reſpondit Regia Camera Domino Carauita, die, & anno quo ſupra, *in lib. Notamentorum*, quæ doctrina poteſt ampliari in omnibus ſtabilibus deterioratis, aut ſi valor fructuū diminuatur ex aliqua cauſa, taliter vt eo tempore, non ſint in redditu vnciæ,

94 licèt priùs excedebant; Et ſic Regia Camera obſeruat in decretatione focularis tempus Numerationis; licèt quando eadem Terra ex ordine Superiorum renumeratur, ſit diſtinguendum: quia quo ad Terras numeratas oſtiatim attenditur tempus Renumerationis, quò verò ad alias Terras renumeratas per diligentias, attēditur tēpus Numerationis, vt Reg. Camera ap. de Marin. *arreſt.* 521.

95 Quid, ſi ſexagenarius non poſſideat bona, ſed viuat ex induſtria? Reſpondetur, eſſe deducendum: quia de hac non habetur ratio, dummodo ſexagenarius non ſit Mercator, Capyc. *in inueſtit. feud. loc. cit. verb. maiores ſexaginta annis*, & ſic Reſpondit Regia Camera die 1. Aprilis 1662. ad interrogationem Domini Aloyſij de Vicarijs, Regij Numeratoris *vt in lib. Notamentorum.*

96 Sexagenarius cum filijs, qui habet aliqua bona (intellige in redditu vltra

vn-

vnciam) remanet pro foculare, ſed ſi ſine bonis, & filij ſint minores annis 14. deducitur, ex dicto cap. *n.* 4.

97 Sexagenarius, ad hoc vt deducatur, debet habere annos ſexaginta completos, terminatos ſaltem tempore liquidationis, ex text. *in l. maiores, ff. de iur. immunit.* & ſic obſeruat Regia Camera.

98 Regula enim quod annus incæptus habetur pro completo, non habet locũ quando agitur de exemptione oneris fiſcalis, vt Doctores ibidem, Gannauer. *dec. ſ.* 95.

99 Sic è contra minor debet eſſe in ætate completa annorum quatuordecim, vt ſit foculare, ex eadem ratione, & vt ſeruetur æqualitas, vt Reg. Camera die 4. Iunij 1664. determinauit ad petitionẽ D. Caroli Diex, numerantis Terram Sancti Cipriani, & plures in gradu Reclamationis in cauſa grauaminum Vniuerſitatum in anno 1673.

100 Sed dubium eſt, an nobilis, qui non eſt ſexagenarius, ſed tamen eſt pauper, nec bona, nec induſtriam habens, debeat deduci, vel ſit potiùs foculare?

101 Reſpondetur in hac difficultate, à nemine excitata, quod ſit deducẽdus: quia hic dicitur pauper, nec valet lucrari exercendo artes ſordidas, & laboribus corporalibus eſt ineptus, vel, ſi poſſit, non valet, ſine dedecore, exercere, & proinde extimatur impotens, argumento *l. nepos Proculo, ff. de verb. ſignificat*

102 Hinc meritò ab onere capitationis nobilis eſt exemptus, Reg. de Marin. *lib.* 1. *quotid. cap.* 59. & Regia Came-

103 ra apud ipſum *arreſt.* 57. & pauper eſt immunis ab onere collectarum, ſecundùm doctrinam Andreæ *in cap.* 1. *verb. plauſtrorum, col.* 3. *tit quæ ſint Regal.*

104 Et æquiparatur Viduæ reſpectu focularis: nulla enim poteſt aſſignari ratio diſparitatis, faciunt tradita per Capyc. *in inueſtit. feud. verb. collectis, verſ. viduæ, & verſ. nobiles*, & per Valenzuol. *conſ.* 100. *n.* 63. *lib.* 1. per Nigr. *in cap. porrecta, n.* 55. licèt ſecus, ſi ſit induſtrioſus, aut aliqua nobili præditus profeſſione.

§. TERTIVS.

105 Egimus huc vſque *de ſexagenarijs*; nunc aggredimur explicationẽ alterius partis tituli *de perpetuo morbo laborantibus*. Ideo dicitur *de perpetuo*

106 *morbo laborantibus*: quia qui tẽporali cruciantur, non pertinent ad noſtram cognitionem: ſi enim acuto ſint invaſi, breui iudicantur, ad vitam, vel interitũ; ſi leui, non impediuntur operari, argumento *l. quæſtionem, ff. de re iudicata*.

107 Morbus in iure noſtro circa actus humanos duplicem agnoſcit differentiã,

108 ſcilicet vel eſt Sonticus, vel non: Sonticus dicitur qui cuique rei agendę dat impedimentum perpetuum, vt explicat Iabolen. *in l. morbus ſonticus, ff. de verbor. ſignific.* & Venul. *in l. vltima, ff. de ædilit. edict.* dicitur *Sons* ideſt nocens; vnde illud Catull. *lib.* 1. *Eleg.* 8. *Non illi Sontica cauſa eſt; Morbus non Sonticus* eſt prout priori opponitur, non in negatione læſionis in totum: quia morbus quantum in ſe eſt, ſemper nocet; ſed in læſione graui, quatenus dicit negationem periculi interitus, & ineptitudinem ad laborandum; hæc diſtinctio probatur ex dicta *l. vltima, & dicta l. quæſitum, & l. ob quæ vitia, §. vltimo, ff. de ædilit. edict. l. morbus, ff. de verb. ſignific. l. cùm à matribus, C. qui pet. tutor. l. Præſes, Cod. de appellat. l. ſi ſeruus, Cod. de euict. l. qui operas, ff. locat. l.* 6. *de re milit. lib.* 12. *& tot. tit. qui morb. ſe excuſ. & in Decretal. in tit. de cler. ægrot.*

109 Et morbum *Sonticum* Medici etiam appellant, qui grauiter ad tempus nocet cum periculo interitus, & ſpecificatur à diuerſis circunſtantijs: primò reſpectu partis laborantis, qualis eſt Cor reſpectu febris putridæ, & etiam reſpectu ipſius naturæ, cuius eſt calorem naturalẽ deſtruere; ſic etiam morbus *acutus*, qui magnus appellatur à Galeno 2. *Aphoriſm.* 19. Secundò ex accidentibus, in morbo combinatis, diuerſitate ſcilicet ſyntomatum, Galen. 3. *de criſ. cap.* 4. *claſ.* 4. Tertiò ex maiori receſſu à naturali ſtatu, Galen. 1. *de Art. curan.*

ad

ad Glauc. cap. 1. *claſ.*7. Quartò ex humo-
rum malignitate, vt contigit in morbo
contagioſo, Galen. 4. *Met. cap.* 6. *claſ.*
7. Quintò ex difficulrate curationis, vt
contigit in Neophritide, calculo, &c.
Sexrò per accidens, vt contigit in di-
ſtillatione ad pectus, in obſtructione
hæparis, vel lienis, quæ aſma, vel thi-
ſim ſolet producere, vel in longis febri-
bus, ex quibus ſolet reſultare Cache-
xia, vel Hydropeſis. Vltimò reſpectu
temperamenti, vel ætatis, Sall. 1. *de*
morb. tex. 14. Moxi. *de morb. mulier. lib.*
1. Zagh. *qq. medico legal. lib.* 2. *tit.* 3. *q.*
4. & de his intelligit I. C. in *l. Pompo-
nius, ff. de ædilit. edict.* & Sennert. *in-
ſtit. medic. lib.* 2. *p.* 1. *cap.* 11..

110 Perpetuo morbo laborantes inter
perſonas miſerabiles connumerantur
ab Imperatore *in l. vnica, Cod. quando
Imperator inter viduas, &c.* & parem
obtinent regulam cum ſexagenarijs in
materia noſtra.

111 Immo maior concurrit ratio: nam
ſexagenarius ideo deducitur, quia ha-
betur tanquam infirmus, vt diximus ſu-
pra, argumento authenticæ *multò ma-
gis, Cod. de Sacr. Eccl.* vnde regula Bro-
cardica Philoſophorum, *propter quod*
112 *vnum quodque tale, & illud magis*; In-
tellige tamen ſi morbus cronicus red-
dat hominem ineptum, vel ad animales,
vel ad vitales, vel ad naturales opera-
tiones.

113 Et in hac materia ſtandum eſt peri-
tis in arte, iudicio ſcilicet Medicorum,
l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. homin. vbi in-
terpretes, Gratian. *diſcept.* 19. *n.* 19. *lib.* 1.

114 Infirmitas enim ſemper excuſat, *l.*
2. §. *ſi quis in iudicio, ff. ſi quis caut. l. quæ-
ſitum*, §. 1. *ff. de re iudicat. l. apud*, §. *in
arbitrio, ff. de dol. except. l. inter, ff. de
adminiſtr. tutor. l.* 18. *ff. de muner. & ho-
nor. l. penultima*, §. *hoc circa, ff. de iur.
immun. l. ſi adeſt*, §. *vltimo, ff. locat. l.* 5.
*ff. de condit. cauſ. dat. l. cùm hæres, ff.
de ſtat. liber. l. ſi cui*, §. *vltimo, ff. quib.
ex cauſ. maior. l.* 8. *ff. ad l. Aquil. l.* 14.
ff. de re milit. & potiſſimùm à mora, &
pœna, *l. ſi vehenda, ff. ad l. Rod. de iact.
l. Celſus*, §. *primo, ff. de arbitr.*

Et ad maiorem noſtræ materiæ explica-
tionem, aliquorum morborum ſpecies
adducimus; quæ, ſi reddunt hominem
ineptum ad labores, & vltra vnciam
non poſſideat, ipſe eſt deducendus à
Numeratione, ad inſtar ſexagenarij.

115 Et primò mutus, & ſurdus, tam á
natiuitate, quàm ex accidenti, perpetuo
116 morbo laborare dicitur; Et quidem
ſurdus à natiuitate mutum exiſtere ne-
ceſſe eſt, & è contra: quia ineſt defectus
neruorum, vtrique ſenſui communium,
vt docēt Anathomiſtæ, de quibus Andr.
laurent. *anath. lib.* 11. *q.* 11. & Gloſ. no-
ſtra *in l. diſcretis*, §. *ſin autem, Cod. de
teſtament. verb. raro.*

117 Et hic fatuorum numero adſcribi-
tur ex imperfectione intellectus, benè
Paul. I. C. *in l. cùm prætor, ff. de iudic.*
latè Gizzarell. *deciſ.* 26. *n.* 2. & 8.

118 Eninverò intellectus noſter perfi-
citur conſuetudine, & diſciplina (Ani-
ma enim, teſte Ariſtotele, eſt tanquā ta-
bula raſa) quæ non poſſunt haberi niſi
per ſenſum Auditus.

119 Hinc ſicuti defectus ætatis in pue-
ris, & furor in adultis in cauſa ſunt, vt
prohibeantur ab omnibus actibus lega-
libus, ea ætate, vel furore durante;
120 Sic etiam muti, & ſurdi à natiuita-
121 te ab his perpetuò arcentur; Vnde
nec habent teſtamenti factionem, *dicta,
l. diſcretis, l. qui in poteſtate*, §. *ſurdus,*
122 *ff. de teſtamen.* etiam ad pias cauſas,
Bal. *in l. prima Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*

123 Sic à ſponſalibus, & matrimonio,
Abb. *in capit. cùm apud, n.* 6. *de ſponſal.*
Iaſ. *in l. mutum, ff. de acquiren. hæred.*
DD. *in dicta l. diſcretis*, Pariſ. *conſ.* 63.
à n. 1. *vol.* 4. Cald. *conſ.* 5. *de ſponſal.*
ſic á Religione, Brunell. *de matrim. &
ſponſal. concluſ.* 14. *n.* 6. & licèt Sanch.
de matrim. tom. 2. *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 2. &
Dian. *p.* 5. *reſolut. moral. tract.* 6. *reſol.*
34. videantur ſentire contrarium, ta-
men ſunt intelligendi modo, quo infra.

124 Neque obſtant ea, quæ adducunt
interpretes in dicta *l. diſcretis* ad pro-
bandum, non denegari factionem Teſta-
menti ad pias cauſas, quos ſequuntur
Tuſc. *concluſ.* 120. *n.* 12. & 13. Molfeſ.
in ſumm. tom. 3. *tract.* 13. *cap.* 12. *n.* 84.

Abb.

Digitized by Google

Abb. *in rub, de teſtament.* Couar. *in cap. cùm tibi, eodem tit.* Aretin. *conſ.* 194. Malder. *de teſtament. lib.* 3. Molin. *diſp.* 136. *litera* D. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 30. *defin.* 10. *n.* 10. Pater Dian. *p.* 5. *tract.* 6. *reſol.* 23. nec ad cauſas profanas, ſi literarum periti ſcripto ſuã voluntatem declarent ad formam dictæ *l. diſcretis*.

125 Quoniam vel debent intelligi de mutis, & ſurdis ex accidenti ob ſuperuenientem infirmitatem, qui aliquo modo valent intelligere quid agant; vel eorum opinio falſa eſt: quia mutus & ſurdus non habet ſanum intellectũ, ergo nec voluntatem, quæ potentia ditur cœca, nec etiam ſignis, vel nutu valet demonſtrare, vt benè Viglius, Pichar. & alij *in* §. *item ſurdus, lib.* 2. *inſtit. tit. quibus non eſt permiſ. facer. teſtam* vnde dicuntur inhabiles, Harpret. *in dicto* §. *item ſurdus*; immo nec Princeps poteſt in hoc diſpenſare, vt notat Ant. Fab. *in Rational. ad l.* 7. *ff. de teſtã.*

126 Et DD. concedentes teſtamenti factionem mutis, & ſurdis inter liberos, eodem modo ſunt intelligendi: Muti enim & ſurdi à natiuitate, quia non poſſunt contrahere matrimonium, legitimam ſobolem ſuſcipere non valent, & licèt Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 8. *n.* 12. contrarium firmauerit, eodem tamen ſenſu eius opinio eſt accipienda: quia, vt diximus, mutus & ſurdus à natiuitate, non poteſt habere aſſenſum, & voluntatem perfectam, quæ requiritur in matrimonio, *capit. cùm locum, de ſponſal.* nec cognoſcit effectum ſacramenti, & finem, ſcilicet procreationem libero-

127 rum ad Dei gloriam, licèt habeat quoddam inſtinctum, ſicut cætera animalia, quæ coeunt, natura ſtimulante, ad eruendam ſuperfluitatem ſeminis, vt docet Galen. 6. *de loc. affect. cap.* 5. *claſ.* 4. & eodem modo ſunt intelligendi Text. *in capit. tuæ, & capit. cùm apud, de ſponſal. & in l. mutus, ff. de iur. dotiũ.*

128 Hinc deducitur interpetratio mentis Vlpian. *in lib.* 1. *ad Sabin. in l. iure militari, ff. de teſtam. milit.* aſſerentis mutum, & ſurdum iure militari poſſe teſtari, habere ſcilicet locum in muto, & ſurdo ex accidenti, e non à natura,

129 qui minimé poteſt eſſe miles ex ratione ſupra dicta, nec valet præſtare ſolemne iuramentum, & ſe ſubijcere examini, & alia adimplere, de quibus Sueton. *in Galb.* Liu. *lib.* 5. *hiſtor. decad.* 3. *& lib.* 7. *decad.* 1. Tacit. *lib.* 1. *annal.* Veget. *lib.* 2. *de re milit.* Briſſon. *lib.* 4. *de forma, & ſolemnitate Pop. Rom. cap.* 1. Boſſ. *lib.* 10. *antiquit. Rom. cap.* 3. Lypſ. *compend. hiſtor. Rom. verb. ſacramentum militiæ*, & ex noſtris Connan. *lib.* 6. *comment. cap.* 8. Petr. Gregor. *Syntagm. iuris vniuerſ. lib.* 9. *cap.* 4. Viglius, & Pichard. *inſtit. in rub. de milit. teſtam.* & hoc iuramentum habetur *in l.* 1. §. 1. *ff. depoſiti, &* de examine agitur *in l.* 1. *Cod. qui militare poſſunt, lib.* 12. & nos infra ſuo loco.

130 Deducitur ſecundò intellectus Textus *in capit.* 1. *an mut. & ſurd. &c.* in quo habetur, mutos, & ſurdos eſſe feudorũ incapaces, vt ſcilicet vindicet ſibi locum in muto & ſurdo à natiuitate, non verò ex accidenti: quia huic fuit ius quæſitum, quod minimé poteſt tolli ex accidenti ſuperueniẽte, nec dicitur propriè imperfectus, nec intellectu deſtitutus, licèt actu non poſſit militare, poterit tamen ſeruire per ſubſtitutum, Ricc. *collect.* 3188. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 23. *tit.* 10. *à n.* 29. Staib. Sen. *conſ.* 39. Camill. de Medic. *conſ.* 30. Gizzarell. *deciſ.* 44. Sanfelic. *deciſ.* 6.

131 Deducitur tertiò ſecundùm allatã diſtinctionem; vt ſurdus, & mutus à natiuitate non poſſit torqueri, ſecus ex accidenti, *l.* 3. §. *ſurdus, ff. ad Sillan.* Gizzarell. *deciſ.* 26. Scial. *in prax. torquend. reos, cap.* 13. *à n.* 21.

132 Et quomodo contra ſurdum, & mutum procedatur in criminalibus, præcipuè in depoſitione, & quomodo poſſit eſſe teſtis? vide DD. *vbi ſupra, & dicto* §. *ſurdus*, Guazzin. *ad defenſ. reor. defenſ.* 30. *cap.* 23. Micalor. *in tract. de cæc. mut. & ſurd. cap.* 35. *à n.* 4. Maſcar. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1358. Scial. *vbi ſupra, n.* 23. vide plura apud Micalor. *in dicto tract. à cap.* 27. *vſque ad finem*.

133 Naſcitur tamen homo aliquando non

non penitus mutus, ſed cum aliqua linguæ læſione, itaut tardiùs, aut obſcurè, aut non rectè, ſermonem pronunciet, quod contigit, vel ex neruis malè ſe habentibus in ſeptima Paris Cerebri iuxta initium ſpinalis medullæ, vel ex lingua quaſi fræno cancello ſuo detenta, qui defectus á Medicis nuncupatur *adſtrictio*, vel ex pectore aut pulmone vitiato; & ſi ſit vitiata vox, aut ſonus, non verò articulatio, is dicitur *Aſaphus*, ſi vtraque dicitur *Aſemus*; ſi non valet proferre aliquas literras, quæ maiori egent impetu in prolatione vt L. R. &c. is dicitur *Balbus*; ſi aliquas dimittit, dicitur *Bleſus*, de quibus latè Galen. *aphoriſ.* 32. *comment.* 6. Ariſtot. *problemat. ſect.* 11. *problem.* 30. Si verò in prolatione tardiùs loquatur, itaut ſyllabas ſæpiùs repetat, & dicitur *Atypus*, idest *ſine typo loquens*, Mercurial. *lib.* 6. *var. cap.* 4. & hoc vtplurimùm euenit ex breuitate ligamẽti linguæ, quo obſtruncato, ceſſat hæc paſſio, Aetius *ſerm.* 8. *cap.* 36. Zacch. *qq. Medicolegal. q.* 2. *lib.* 2. *tit.* 3. vel ex vitio inſtrumentorum, ad vocem proferendam ordinatorum, Galen. *de loc. affect. cap.* 6. & hi omnes poſſunt curari. Vide Ioan. Bapt. Condroch. *in tract. de vitijs vocis*; & ideo non poſſunt dici morboſi, vt habetur ex Text. *in l. idem Offilius*, §. *quæſitum*, *l. mutus*, *l. vel propter*, *ff. de ædelit. edict.* Ideo minimè ſunt deducendi á Numeratione.

134 Infirmitas verò linguæ ex accidenti poteſt pluribus cauſis accidere; Primò ex tumore ſub lingua, cauſato a ſanguine tetro, & melancolico, vel à flemma, vel pituita, à Cerebro emanatibus in ea parte, & dicitur *Ranula*, Sennert. *in lib.* 1. *prax. p.* 3. *ſect.* 5. *cap.* 4. Secundò ex concuſſione Cerebri aliquo ictu, Hypocr. *lib.* 7. *aphoris.* 39. Tertiò ex vermibus, inteſtinis partibus linguæ inhærentibus, Alexan. Benedict. *lib.* 5. *cap.* 15. Quartò cùm ſpiritus animales ad linguam non perueniunt, vel ex eorum carentia, aut diminutione, aut obſtructione cerebri, vt in ſyncope, & in homine in extremo laborante. Quintò ob anguſtiam neruorum, aut repletione Cerebri, vt in inuaſis, catalepti, aut apopleſia, & denique deſtructis, vel tumeſcentibus neruis ſeptimi Paris cerebri; de his, & eorum curatione vide Hypocrat. *lib. aphoriſ.* 5. 7. & 39. Galen. *vbi ſupra*, & *cap.* 15. Paul. Eginet. *lib.* 6. *cap.* 29. Aet. *tetrabil.* 2. *cap.* 36. Sennert. *lib.* 1. *prax. p.* 3. *ſect.* 5. Riccar. *prax. Medic. lib.* 12.

135 Infirmitas aurium cauſatur ex intemperie, inflammatione, vlcere, & vermibus, in ipſis exiſtentibus; Item ex defectu, aut diminutione ſpirituum animalium, ob vitium Cerebri, & ob prauitatem, & craſſitiem humorum confluentium ex morbo antecedenti, vel ex impura ſubſtantia, aut aqua, vel aere. Item ex læſione nerui auditorij in partibus extremis, internis, vel eſternis, omnibus à cerebro dependentibus; vel ob humores confluentes in membrana timpani, quæ dicitur *Miringia*, maximè ſi coniungatur aer extrinſecus adueniens. Item ſi vſus Narcoticorum obſtupeſcat, vel reddatur craſſior, aut rumpatur ob violentiam externam. Item ſi officula illa, dicta *ſtapeda*, aut malleolus, offendantur, vel locum naturalem amittant, latè Sennert. *lib.* 1. *prax. p.* 3. *ſect.* 2. *cap.* 7. & *ſect.* 3.

136 Muti, & ſurdi ſiue á natura, ſiue à morbo, ſi non poſſideant vltra vnciam, deducuntur, vt ex Inſtructionibus *in hac rub. n.* 5. Regia Camera ap. de Marin. *arreſt.* 264.

137 Et non ſolùm Medicorum iudicio infirmitas hæc probatur, ſed etiam ex inſpectione oculari, argum. *l.* 2. §. *quæ ita*, *ff. de vacat. muner.* Luc. de Penn. *in l. podagra*, *verb. proſpexerit*, *Cod. qui morb. ſe excuſant.*

138 Ratio deductionis eſt, quia tales à munere capitationis, & ab omnibus oneribus, quæ perſonam, & non patrimonium reſpiciunt, à Iure eximuntur ob eorum impotentiam, *l. honores*, *ff. de iur. immunit. cap. licèt de cenſib.* Ioan. de Plat. *in l.* 1. *n.* 4. *Cod. qui morb. ſe excuſant*, *lib.* 10. Gizzarell. *deciſ.* 46. *n.* 4.

139 Secus ſi poſſident bona vltra vnciã,

140 quia à muneribus patrimoniorum non ſunt excuſati, *l. 2. §. corporis, ff. de vacat. muner. l. 2. & 3. Cod. de muner. patrim. lib. 10. l. vnica, Cod. de vacat. muner. publicor. eodem lib. l. 1. Cod. de Iudic. eodem lib. l. in honoribus, §. qui muneris, l. hi, qui, ff. de vacat. muner.* Lucas de Penn. *in l. 1. Cod. qui morb. ſe excuſ. lib.* 10. Antibol. *de muner. p. 3. principal. n. 12.*

141 Quid, ſi quis inueniatur non cupulatiuè, ſed disiunctiuè ſcilicet mutus, aut ſurdus? quod poteſt euenire ex accidenti, non verò à natura, quia mutus non poteſt eſſe non ſurdus, vt ſupra diximus.

142 Reſpondetur, hoc dubium tetigiſſe Dominum Conſil. Carauita, & de eo Reg. Cam. conſuluiſſe, cui Regia Camera 11. Martij 1662. reſpondit his verbis: *Che regolarmente s'intendano copulatiue; e non poſſedendo vltra vnciam ſi deducbino*, vt ex *libro Notamentorum*, quæ reſponſio more ſolito optimè pro-

143 ceſſit: Si enim quis ſit mutus ex vitio cerebri, vel apoplesia, ſemper habebit admiſtam fatuitatem, aut diminurionem intellectus, ſic etiam, & ſurdus: quæ ſunt in cauſa, vt hominem reddant imparem laboribus; ſecus autē ſi ſit talis infirmitas, quæ hoc non præſtat impedimentū, argumen. *l. diſcretis, Cod. de teſtament. l. qui id quod, §. mutus, de ff. de donation.* faciunt tradita per Zach. *qq. Medic. legal. lib. 2. tit. 1. q. 8. n. 32.* Nouar. *in prax. elect. for. q. 8. ſect. 2.* quod arbitrio diſcreti Iudicis remittitur ex mente Reg. Cameræ.

144 Secundò. Cœcus dicitur perpetuo morbo laborare, & impediri à labore, ſiue ſit à natura, ſiue ex accidenti.

145 Cœcum à natura cum dicimus, qui ex vtero matris talis naſcitur ex defectu neruorum, & humorum, quibus conſtanr oculi, qui ſunt humor aqueus, chriſtallinus, vitreus, & albugineus. Item iris, tres tunicæ à parte poſteriori, Retina, *Secundina*, & Dura, quatuor ab interiori, Aranea, Vuea, Cornea, & coniunctiua muſcoli; Item nerui, & pupillæ, de quibus Simon Portius *in tract. de colorib. ocul. cap.* 3. & Anathomiſtæ communiter.

146 Cœcus ex accidenti eſt, qui ex aliquo morbo talis euaſit. Et quidem oculorum morbos infinitos eſſe, tradit Cornel. Celſ. *lib. 6.* ex quibus maximè homo cruciatur: cōſtat nanque èx partibus valde delicatis, & ſēſitiuis; Ideoque prouida Natura eos ſub cilium in oſsis cauitate collocauit, vt veluti tuto receptaculo à noxis defenderentur.

147 Accidunt oculis tumor palpebrarum, emphyſema, inflammatio, tracoma, denſitas, ſcabies, turbeculi, aliique tumores, cancrus, inuerſio, & contractio, opthalmia ſicca, vnguis, albugo, aliaque vitia corneæ tunicæ, cancer, vel rottura, ſugillatio, dolor, vel pus ſub ipſa cornea, vitia aragneæ, ægilopes enchyſides, carnis lacrimalis incrementum, vel detrimentum, pruritus, carunculæ lacrimalis, vitia humoris aquei, chriſtallini, aut vitrei, obſtructio, vel alia vitia nerui ottici, defectus ſpirituum, vitia muſculorum, oculum mouentium, atropia, ſtrabiſmus, &c. de quibus latè Senuert. *p. 3. prax. medic. ſect. 2. per diuer. cap.* Zach. *qq. medic. legal. lib. 2. tit. 3. q. 10. & lib. 8. tit. 1. q. 7.* Schench. *obſer. medic. lib. 1. n. 1. de ocul.* Riuer. *prax. medic. lib. 2.* Differentiam, de qua ſupra, agnouit noſter Imperator *in l. hac conſultiſſima, Cod. qui teſtam. facer. poſſ.* vbi latè interpetres.

Sunt tamen aliqui affectus, qui non prorſus hominem cœcum reddunt, ſed viſum debilitant, vt eſt Miopija, ſeu luſcities, qua quis parua propè videt, magna procul non videt, & cernit ſcripta oculis admota, Ariſt. *problem. ſect. 31. probl. 8. 15. & 26.* Aet. *ſermon. 6. cap. 45.* Itē Lippitudo, quæ eſt inflammatio tunicæ oculorum, & pruritus ipſorum cum rubedine, Galen. *2. ad Clauc.* Cardan. *comment. 6. aphoriſ.* 18. Item Hyctalopia, quæ à craſſitie humorum, & obſcuritate ſpirituum fit, & reddit hominem die quaſi ineptum ad uiſum, nocte verò aptum, Hypocr. *2. prædic. in fine*, Valleſ. *lib. 4. epidem. text.* 118. Marcell. Donat. *hiſtor. mirab. lib. 2. cap.*

Digitized by Google

cap. 10. & de his agit I. C. *in l. idem Oſſilius*, §. *idem de hydropico*, *ff. de ædelit: edict.* Alciat. *in l. inter ſtuprum*, §. *verum eſt*, *ff. de verb. ſignific.* Polidor. Rip. *de noctur. temp. cap.* 15. Item oculorum præminentia à natura, vel morbo, taliter vt videantur oculi extra locum exire, Aet. *ſermon.* 3. *cap.* 35. Foreſt. *lib.* 11. *obſeru. cap.* 40. Item ſtramboſitas, quæ eſt quando ex humoris criſtallini peruerſitate oculus ad dexteram, vel ad ſiniſtram, declinat, cum tortuoſitate inuetuſta, vel quando oculus ex eiuſdem humoris eleuatione, vel depoſitione ad has partes inclinat, Galen. 1. *de Syntomatum cauſ. cap.* 2. *p.* 3. de his I. C. *in l. qui clauum*, §. *qui à natura*, & §. *ſi cui os oleat*, *ff. eodem*; ſed verè morboſi non ſunt, vt DD. *in dictis Iuribus*; Ideoque non gaudebunt priuilegis, cœcis conceſſis, potiſſimùm exemptione munerum perſonalium, argum. *l. qui luminibus*, *Cod. qui morb. ſe excuſ. l.* 1. *Cod. eodem lib.* 10.

148 Qui ergo cœcus eſt à natura, vel morbo, taliter, vt nil prorſus videat, eſt à Numeratione deducendus, ſi nihil poſſidet, ex quo non valet laboribus viuere, Luc. de Penn. *in dicta l.* 1. & *DD. in dicta l. qui luminibus.*

149 Is nanque eſt perſona miſerabilis, & afflicta (quale enim gaudium eſſe poteſt ei, qui in tenebris ſedet, & lumen Cœli non videt? vt querebatur Tobias *cap.* 5.) Hinc debet eximi à muneribus, quæ tamen patrimonium nõ reſpiciunt: cùm afflictio afflicto addi non debeat, *l. iure ſuccurſum*, *ff. de iur. dotium*, *cap.* 1. *de cler. ægrot. cap. cùm percuſſio*, 7. *q.* 1. Ratio eſt, quia is de iure dicitur miſerabilis, immo qui nos mouet, vrgente natura, ad miſerandum ob fortunæ iniuriam, Azz. *in ſumm. C. quando Imperator.* Rebuff. *in tract. de ſentent. prouiſional. art.* 3. *gloſ. fin.* Add. ad Guidon. Pap. *deciſ.* 556. latè Gizarell. *deciſ.* 26. *n.* 4. Sebaſt. Medic. *de caſ. fortuit. p.* 2. *q.* 6. *n.* 54. Michal. *de cœc. ſurd. & mut. cap.* 23. *à n.* 1.

150 Hinc ei competit electio fori, Theſaur. *deciſ.* 177. Nouar. *in prax. elect. for. q.* 9. *ſect.* 1. Add. ad Gizarel. *dicta deciſ.* 26. Nec poteſt torqueri,

151 ſicut mutus, & ſurdus, Gizarel. *vbi*

152 *ſupra.* Diximus excuſari à muneribus perſonalibus, ſublimita in muneribus, quæ conſilio explentur, vt notat Bart. *in dicta. l.* 1. Michal. *loc. cit.* nec diſſentiuntur Gizarel. & Medic. *locis citatis.*

153 Et quod cœcus ſit exemptus à gabellis, eſt Text. *in capit. licèt*, *de cenſib.* vbi laté Fagn. Natt. *conſ.* 210. Ricc. *collect.* 1888. Nouar. *de elect. for. ſect.* 2. *q.* 8. *n.* 6.

154 Si tamen cœcus poſſideat bona, redditus vltra vnciam, non eſt dedu-

155 cendus: ratio eſt quia de iure non eximitur à muneribus patrimonialibus ſecundùm lecturam Innocenzij, & Cardinal. *in dicta decretal. & in cap. ſignificantibus*, *q.* 6. *de offic. delegat.* de Comitib. *de different. V.* 1. *n.* 144. Antibol. *in tract. de munerib. p.* 2. *in principio*, *n.* 30. Thomat. *de collect. verſ. pauperes*, *n.* 3. Guidon Pap. *deciſ.* 400. Michalor. *in dicto tract. cap.* 23. *n.* 12. & probat Text. *in dicta l. honores*, & *in l. neque tempore*, *Cod. de muner. patrimon. lib.* 10.

156 Corporis enim debilitas, ab ijs muneribus excuſat, quæ corpore, & non patrimonio, ſunt adimplenda, *l.* 2. §. *corporis*, *ff. de vacat. muner.* Luc. de Penna *vbi ſupra n.* 6. Franciſ. Lucan. *de fiſc. tit. de immun. collect. n.* 8. Thom. 11. *tract.* & hæc opinio ſeruatur in praxi, quicquid dicat Fagnan. *loc. cit. n.* 17. vel forſan eius opinio poſſet habere locum de iure Canonico, non Ciuili, ſeruanda in Terris Eccleſiæ, vt Antibol. *vbi ſupra*, *n.* 6. Nec mirum ſi doctus vir tantum cœcitati indulſit, quia propriam cauſam tutatus eſt.

157 Cœcitas probatur vel per teſtes, deponentes de ſignis, & ſi non appareant, dixerint cœcum ambulare cum duce, & ſine ipſo deuium, aut pede offenſo incidere, & huiuſmodi, Bart. *in l.* 2. & 3. *ff. de bonor. poſſ. infant. delat.* Riminald. *conſ.* 84. *n.* 18. Maſcard. *de probat. tom.* 1. *conct.* 268. Ludouic. *deciſ.* 57. Cardinal. Thuſc. *concluſ.* 120. *n.* 2, ſic etiam per depoſitionem Medici, aut per ocularem inſpectionem Iudicis, ar-

H 2 gum.

gum. *l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homin. l. ſemel, Cod. de re milit. lib.* 12.

158 Cætera, pertinentia ad materiam cœcorũ, videnda ſunt apud Michalor. *in dicto tract. à cap. 4. & ſequen.*

159 Item claudus inter inhabiles connumeratur, ſiue ſit ex accidenti, ſiue à natura, cùm ſit impar laboribus; &
160 claudicandi modos multos eſſe, ratione partis affectæ, docet Hypocr. *lib. de articulis, & lib. de oſſib. per mult. impellen.* alij enim leuiter, alij mediocriter, alij grauiter, greſſus dirigunt, nonnulli indigent baculo, nonnulli baculo, & fuleris, aliàs in faciem riuturi, alij læſum pedem in terra firmant, nonnulli ſuſpenſum deferunt, alij ad inguina curuati incedunt, alterum poplitem inflectentes, ima pedis planta vix terram attingentes, manu crura apprehenſa; alij pedem in latum vniuerſum contorquent. Claudus à natura eſt, ſi ei deficiant organa, vel ſint arida, debilitata, torua, aut tumentia; ex accidenti, ſi morbis organa affligātur, potiſſimùm ſi crura, vel partes, ipſa competentes, ſint intra, vel extra deprauatæ, ſi contrahantur, vel relaxentur ex conuulſione, paralſi, aut aſceſſione neruorum tendinum, aut muſculorum, vt aliquando motu; aliquando motu, & ſenſu deſtituantur, contabeſcant, aut relaxentur oſſa, melleolum contigentia, Ipocrat. *l. 6. Aphoris.* 50. Zach. *qq. Medic. lega. lib.* 8. *tit.* 1. *q.* 18.

161 In his nõ datur certa regula, ſed re-
162 mittitur arbitrio prudentis Medici, an ſint, vel nõ deducẽdi à Numeratione, ſi non poſſideant vltra vnciam: quia, ſi grauiter homo ſit læſus, vt aptus non ſit laboribus, eſt deducendus, nam verè dicitur morboſus, *l. ob quæ vitia, l.* 1. *§. ſciendum, l. item claudus, ff. de ædilit. edict. cap.* 1. *an mutus, vel ſurdus,* &c. & militat ratio Text. *in dicta l.* 2. *§. corporis,* & ad eorum inſtar ſunt iudicandi, qui manci ſunt, ſcilicet qui carent brachijs, vel ipſa habeat breuia, aut contracta, aut manus ſine digitis, vel tortas, aut tremulas, vt naturali actione fungi nequeant, *l. item Oſſilius, ff. eodem,* & in terminis adeſt Decretũ Regiæ Cameræ apud Regen. de Marinis.

163 Item qui patitur dolores articulares, quod genus morbi dicitur Artri-
164 tis, plures ſub ſe amplectens, nempe Podagrã, Chyragram, Scyaticam, dolorẽ coxendicis, vel aliorũ articulorũ, & ſpecificantur à locis affectis: ſi enim pedum articuli infeſtentur, dicitur Podagra, ſi manuum Chiragra, ſi os ſciæ hiſchiades, ſiue ſcyaticus dolor, ſi genu, conagra, ſi maiores crucientur nerui genontagra, Galen. *de curat. rat. per ſanguin. miſſ. cap.* 7. Schench. *obſ. medic. lib.* 5. *tit. de Artritide.*

165 Item dicitur morboſus paralyticus; eſt Paralyſis particularis neruorũ reſolutio, ad differentiam Apopleſſiæ, quæ eſt vniuerſalis, partem ad ſenſum, vel ad motum ineptam reddens, vel ad vtrunque, qui morbus licèt aliquando cronicus ferè incurabilis teſte eſt, Celſ. *lib.* 3. *cap.* 27. Zach. *in dicto tract. lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 8. *n.* 35. & *lib.* 8. *tit.* 1. *q.* 6. *n.* 6. Zacut. prax. hiſt. *cap.* 10. Riuer. *prax. medic. lib.* 1. *cap.* 5. Sennert. *prax. lib.* 1. *cent.* 2. *cap.* 27. & qui morbis articularibus affligguntur, ferè ſemper ſunt inepti ad labores, vt notati *in l. qui tertiana, ff. eodem.* Ideoque de Iure
166 canonico Prælato, & alijs Eccleſiarum Rectoribus, debet dari Coadiutor, *capit. conſultationibus, de cler. ægrot.* Trident. *ſeſſ.* 25. *capit.* 7. *de reformat.* latè eruditiſſ. Gonzal. *in d. capit. conſultation.*

167 Hinc ſunt immunes à capite, ac proinde deducendi, ſi non poſſideant vltra vnciam, de Marin. *arreſt.* 184.

168 Horum inſtar ſunt laborantes Hatroſia, quæ eſt morbus, proueniens ex conſumptione, aut ariditate alicuius partis ex deficientia ſpirituum, & nutrimenti, quibus aliqua pars deſtruitur, vt ampliùs viuere non dicatur, vt Celſ. *lib.* 3. *cap.* 23. Quo morbo Dominus Saluator Noſter liberauit quendam, vt Luc. *capit.* 6. ex hoc laborauit Rex Ieroboam, *Regum* 3. *capit.* 13. & alij, & Ieruſalem pro his curándis aderat probatica Piſcina, de qua Ioann. 5. & omnes morbi articulares valde hominem cruciant, & reddunt ineptum ad labo-

res

Digitized by Google

res, Aet. *lib. 2. de diuerſ. morb. cap.* 12. quod prudentis Medici iudicio, & Iudicantis arbitrio relinquitur, vt Bald. loquens de morbo Podragæ, *in cap. niſi, n. 3. verſ. nunquid, de renunciat. & in auth. ſi quis, n.* 15. *Cod. de teſtam.* Bar. *in l. 3. in fin.* & Dec. *Cod. de ſeru. fugit.* vnde ſunt immunes ab onere capitationis, vt diximus; & eadem regula eſt ſeruanda in Numeratione.

169 Limitatur tamen, ſicut diximus *ſupra*, ſi poſſideant bona redditus vltra vnciam, Antibol. *de muner.* §. 2. *de prima diuiſione muner. n.* 21. *Ferrett. de gabel. & collect. n.*499. Thom. *de gabel. verb. pauperes, n.* 6. Patiſ. *de reſignat. lib. 5. q. 3. n.* 41.

170 Item dementes morboſi dicuntur ob defectum intellectus: quia ignorant

171 quicquid agunt; Dementiam eſſe genus generaliſſimum, & in primariã, & ſecundariam diuidi docet, Zach. *qq. medic. legal. lib. 2. tit. 1. q. 2. & 3.* primaria eſt, quæ à proprio cerebri affectu cauſatur; ſecundaria quæ ab alijs morbis ortum habet, ex raptu humorum, qui animalem partem lædunt, & per conſenſum inducitur: prima habet ſub ſe plures ſpecies, nempe dementiam, mentis captionem, ſeu alienationem, inſaniam, maniam, furorem melancolicum, inſipientiam, deſipientiam, lyncantropiam, freneſim, fatuitatem, vecordiam, rationis perturbationem, ſtoliditatem, entuſiaſmum, & eſtaſim. Secundaria pariter habet ſub ſe ſpecies, quæ ſunt paraphenitis, letargus, carus, coma, catalepsis, congelatio, apopleſſia, furor vterinus, inflammatio, ſettimi-tranſuerſi, potiſſimùm ex vulnere tem-

172 poralium muſculorum, Galen. *de loc. affec. & de vſu part. cap. 3. claſſ.* 1. Alex. Bened. *lib. 1. cap.* 8. ex his omnibus, aut læditur diſcurſus, aut imaginatio, aut vtcrque, Galen. *de loc. affect. & de ſynthom. differ.* Cornel. Celſ. *lib. 3. q.* 17. licèt aliquando læſa imaginatione, nulla reſultat inſania, Zach. *loc. cit. q. 4. n.* 5. de his agunt Menoc. *conſ.* 82. *n.* 121. *vol.* 1. Farin. *de teſtib. q. 71. opuſc. 9. n.* 4. *DD.* 5. *item furioſi, Inſtitut. in* §. *quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam.* Mangon. *p. 1. deciſ.* 97. Marr. *in ſumm. verb. teſtamentum à cap.* 57. *vſq.* 71. Ricc. *collect.* 236. Spad. *conſ.* 93. Theſaur. *lib. 3. forenſ. q.* 83. Caſtill. *tom. 5. cap.* 72. Mantic. *de coniect. vlt. vol. cap.* 22. Tuſc. *verb. furioſus*, Menoch. *lib. 6. præſumpt.* 35. Nouar. *de elect. for. q.* 45. Maſcar. *de probat. concl.* 111. Pacian. *de probat. cap.* 50. de Marin. *lib. 2. quotid. cap.* 135. Scalon. *de teſtam. lib. 2. cap.* 7. eruditus Dominic. de Rub. *forenſ. certamin. cap. 2. per totum.*

173 Affectus, reddentes partem animalem infirmam, alij ſunt, qui vnica acceſſione fiunt, nullam habentes intermiſſionem; alij ſunt intermittentes, licèt recidiui, vt patientes dicantur habere lucida interualla, Zach. *vbi ſupra, q.* 2.

174 Ex hucuſque dictis Amentia, in genere generaliſſimo accepta, diuiditur in tria genera ſubalterna, quæ ſpecificantur à læſione partium: vel enim ſunt imminutæ functiones partis animalis, & reſultant fatuitas & eius ſpecies, quarum vna eſt, quando quis non cognoſcit, quæ ſunt cognoſcenda, & talis dicitur *rudis*; altera, quando quis parùm, aut nihil ratiocinatur, & quaſi ſtolidus videtur, Zach. *loc. cit. q.* 7. ex noſtris Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſ.* 228. proueniunt hæc omnia à cerebri frigiditate, cauſante defectum ſpirituum animalium, Galen. 4. *de præſag. ex pulſ. cap. 8. claſſ. 4. & de ſynthom. cauſ. lib. 2. cauſ.*

175 *7. claſſ.* 3. Aet. *Seom. 6. cap.* 22. Si verò de prauetur cerebrum tali modo, vt nequeat patiens conſuetis fungi actionibus, talis dicitur delirans, aut ſi omnino amittuntur naturales actiones, hoc cauſante atrabile, ſiue febre; & per hoc diſtinguitur à frenitide, Galen. *lib. 2. de cauſ. ſynthom. cap. vlt. & lib. 3. de loc. affect. cap.* 7. hoc affectu laboraſſe Aiacem, teſtatur Homer. *in Iliad.* Orlandum Arioſtus, Nabucdonoſor, Sacr. Scrip. *Daniel.* 4. vide Theatr. Vit. human. *verb. furor*; & de his latè agunt noſtri *in* §. *item furioſi, Inſtit. lib. 2. quibus non eſt permiſ. facer. teſtam.* Menoch.

noch. *vbi ſup.* tali morbo laborantes pro mortuis reputantur, *l.2.§.furioſus, ff. de iur. iur.* Cuiac. *Inſtit. lib. 2. tit. de teſtam. ord.* & ante ipſum Bart. *in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquiren.poſ-*
176 *ſeſſ.*quid poſſit facere hoc genus hominum circa teſtamenta, contractus, & alios actus humanos, vide Bart. Bald. & alios *in dictis iuribus*, Mart. *in ſumm. verb. teſtamentum, cap. 57. & 71. Ricc. collect.* 236. Theſaur. *lib. 3. qq. forenſ. cap.* 83. Caſtill. *lib.* 5. *controuerſ. cap.* 22.& 72. Tuſc. *verb. furioſus*, Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 35. Maſcard. *de probat. concl.* 111. Nouar. *de elect. for. q.* 45. Ant. Fab. *in Rat. ad l.* 2. & 17. *ff. de teſtam.* Pichard. *in d. §. itē furioſ.* de Marin. *lib.2. quotid. cap.* 225.
177 Quæ autem ſint ſigna amentiæ, vide apud Zach. *qq. Medic. legal. lib. 2. tit. 1. q. 3.* & quomodo per teſtes probetur, Pacian. *de probat. lib. 1. cap.* 50. Thuſc. *loc. cit. concl.* 541. Mantic. *de coniect. lib.2. tit.* 5. Maſcar. *de prob. concl.* 827. Menoch. & de Marin. *vb. ſupra*; Melior tamen probatio eſt iudicium peritorum Medicorum, argum. Textus *in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtat. hom.* Bald. *in l. obſeruare, ff. de curat. furios.* Alex. *conſ.* 86. *n.* 5. *lib.* 2. Farin. *in repert. vltim. volunt. q.* 60. *n.* 14. Rot. *deciſ.* 107. *p.* 2. & nouiſſime eruditiſſ. Dominic. de Rub. *forenſ. certam. certam.* 2.
178 Amentes, & fatui, qui cognitione, & diſcurſu carent, vt nequeant laboribus vacare, aut ſi queant, neſciant, quid agant, ſunt deducendi à Numeratione: quia nulla in his poteſt conſiderari induſtria, & dicuntur verè morboſi, *l.* 1. §. *cæterum, ff. de ædilit. edict.* & collimitāt.quę nos *ſupra* adduximus de alijs ex morbo impeditis.
179 Aduertendum tamen eſt, circa ſpecies ſupra adductas, quod non eſt noſter ſermo de his, qui breuiter iudicantur, vt ſunt frænitide, parafrænitide, letargo, coma, & alijs morbis acutis, laborantibus: quia non pertinent ad noſtram Rubricam, in qua agimus de perpetuis morbis, de his vide Rot. *p.* 16. *rec. dec.* 348.
180 Item Apopleſia affecti, qui ſi non ſtatim intereunt, vt facilè eſt, teſte Hypocr. *lib. 2. aphoriſ.*42. & de *differ. ſynctom. lib. 3. de loc. affec. cap.* 10. euadūt ſtolidi, & inhabiles ad labores per totum vitæ ſpatium, & etiam ſunt irregulares, Maiol. *de irregular. lib.2. cap. 24. n.* 2.
181 Item Epilepticus; eſt epilepſia, quæ aliter dicitur morbus ſacer, herculeus, comitialis, caducus, & ab alijs ma-
182 gnus appellatur, ſic intelligentibus Hypocr. *6. Epidem. teor.* 7. totius corporis conuulſio, cum mentis, & ſenſus momentanea priuatione, Galen. *de loc. affect. cap.* 7. *claſſ.* 4. Sennert. *lib. 1. prax. p. 2. cap.* 3. & *lib. 4. de morb. infant. p. 2. cap.* 10.
183 Diſtinguitur ab Apopleſia, quia hæc in paraleſim deſinit, illa minimè, & à morbo lunario, non in ſpecie, ſed in acceſſionum frequentia: quia lunaticus eadem affectione opprimitur, quotieſcunque Luna cum Sole coit, vel Soli opponitur; & ex hoc dicitur lunaticus; vel quia qui in interlunio naſcitur, huic morbo obnoxius eſt, vt docent Holer. *lib. 1. de morb. interlun. cap.* 25. Mercutial. *lib. 1. practic. cap.* 26. Zach. *loc. cit. q.* 15. & Paroſiſmo corripitur ſecundùm Lunæ motum. De hoc agunt noſtri *in l. bouem, §. aliquando, ff. de ædelict. edict.* Caluin. *in lexicon Iur. verb. lunaticus*, Rota *Bononien. Nullitatis profeſſionis, 9. Decemb.* 1611.
184 Et qui tali morbo laborat, non poteſt Epiſcopus eligi, vt tradunt Oſtien. *in ſum. lib. 1. de poſtulando, n.* 3. Bertacchin. *de Epiſc. lib.2. cap.* 45. Nec
185 obtinere beneficia, ſacros ordines riquerentia, quorum eſt in capax, cap.
186 *nupſi* 7. *q.* 2. immo promotus eſt irregularis, Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 5. q. 6. n.* 107. Garz. *de benefic. p. 7. q. 12. n.* 20. Valanz. *conſ.* 25. *volum.* 1. qui latè de hoc morbo, & eruditè agit.
187 Nec valet religionem ingredi, & ſi profiteatur, poteſt profeſſionem annullare, vt Rot. *in dict.a Bononien. Nullita-*
188 *tis profeſſionis*; & iure exiſtimatur tanquam amens, cui eſt dandus curator, Mazol. *conſ.* 12. *n.* 39. & *conſ.* 29. *n.* 60. *vol. vltim.*

189 Ex

189 Excipitur tamen leuis Epilepſia, qua non læditur pars animalis,quæ potiùs dicitur *vertigo* facilis curationis, Fernel. *lib.* 5. *cap.* 3. Zach. *vb. ſup.*

190 Eiuſdem conditionis ſunt ićti à fulmine, qui, ſi non moriantur, remanent ſtolidi, & veluti fatui, Alex. *lib.*2. *problem.* 88. Schenc. *lib.*1. *obſer. tit. de apoplex.* licèt ſecus,ſi conualeſcant,quod facilè erit leuiter tactis : quia ſpiritus illi animales, à vapore igneo fulminis conſumpti, temporis ſpatio reparantur, ac proinde corpus in priſtinam re-

191 ſtituitur ſalutem. Item cataleptici,

192 ſeu congelati; Catalepſis eſt repentina immobilitas totius corporis, cum mentis ſtupore, vnde homo remanet eodem modo, quo ſtabat ante iſtans morbi; hic cauſatur ab omnibus frigidis, & ſiccis, humores melanconicos generantibus,qui,cerebri ventriculos poſteriores occupantes, & obſtruentes, hunc producunt affectum, Galen. *de loc. affect. cap.* 7. *&* *com.* 2. *ad* 1. *Proretic. tex.* 56. *claſſ.* 4. Mercurial. *lib.* 2.*pract. cap.* 8. Act. *tretrab.* 2. *ſerm.* 2. *cap.* 4. Sennert. *prax. lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 30.

193 Item Eſtatici, intellige non de illis ſeruis Dei,qui,diuino ſpiritu ducti, extra ſe exiſtentes, ſupranaturalia, & Diuina contemplantur, ſed de mente alienatis, & ſtupidis, de quibus Fracaſtor. *lib.* 2. *de intell.* Marcell. Donat. *lib.* 2.*hiſtor. mirab. cap.*1.Hobber. *com.* 7. *aphoris.*5. & dicitur Eſtaſis naturalis, quæ, vel eſt morboſa,proueniens ab aliquo morbo, vel naturalis, quæ oritur ex vehementi apprehenſione alicuius obiecti, Zacch. *qq. medic. legal. lib.* 3. *q.* 6. & nouiſſimè Eminentiſs. Pat. Laur. *in opuſcul. de oration. chriſtian. opuſc.* 5. *cap.* 6.

194 Item Lycantropi, & Cynantropi, eſt Lycantropia Lupina, Cynantropia canina inſania, qua laborantes, ſe lupos, vel canes, opinantur, Herod. *lib.*4. hoc humoribus melanconicis cauſantibus.

195 Sic Hydrofobici, eſt Hydrofobia, morbus, proueniens ex morſu canis rabidi, de qua vide Petr. Salli. *lib. de febr. peſtilent.*

196 Item dæmoniaci, & fanatici morboſi ſunt,& licèt fanaticum, & dæmoniacum idem eſſe, affirmet Bud. *in l.* 1. §. *exempli, ff. de ædilit. edict.* tamen reuera diuerſi ſunt : etenim dæmoniaci ſunt qui à dæmone cruciantur, & agitantur, turbante humores melanconicos, vel atrabilarios, vt ſunt in prædominio obſeſſi, taliter vt aliquando ad inſaniam perueniant, & ſtoliditatē, Valleſ. *de Sacr. Theolog. cap.* 15. *&* 18. Matteol. *in Dioſc. lib.*6. *cap.* 37. Foreſt. *lib.*10. *obſeru. cap.* 19. Ceſalpin. *de natur. dæmon. cap. penult.* Condroc. *de morb. veneſic. lib.*3.*cap.*13. ex Theologis Mart. del Rio, *lib.* 2. *diſquis. magic. q.* 211.*ſect.*3. & Paris *de reſignat. beneſic. cap.*5.*q.*6.*n.*96.

197 Hac de cauſa non ſolùm precibus, & exorciſmis curantur, ſed etiam naturalibus remedijs, hos humores ſedātibus, Schen. *lib.* 1. *tit. de dæmoniacis*, Condroch. *d. tract. lib.* 2. *cap.* 8. Valleſ. *vbi ſup. cap.* 28. del Rio, & Zach. *loc. cit. q.* 18.

198 Fanatici autem ſunt,qui, ex naturali, aut ſupranaturali cauſa, furore extra mentem rapti, vaticinantur,vel vaticinari videntur, aut coniectari futura; & dicuntur *fanatici*, quia hic furor in fanis eueniebat, & aſſimilantur dæmoniacis, de his intelligit I. C. *in l.* 1. §. *exempli, ff. de ædilict. edict.*

199 His ſimiles ſunt, qui aliquod maleficium magico opere dæmonis paſſi ſunt, & dicuntur verè morboſi.

200 Poſſunt enim dæmones morbos in homine excitare cuiuſcunque ſpeciei, Mart.del Rio *diquiſ. mag. lib.* 3. *q.* 1. *à ſect.*1. *vſque ad* 6. Leſſ. *de iuſtit. & iur. lib.*2.*cap.* 44. *dubio* 3. Caren. *in tract. de inquiſ. S.Offic. p.*2.*tit.*11. *de ſortileg.* §. 2. Zach. *qq. medic. legal. lib.* 8. *tit.* 1. *q.* 12. *à n.* 11.

201 Et huiuſmodi deteſtandum magorum exercitium ſeuerè vindicandum, ſtatuit Imperator Cōſtantinus *in l. eorum, Cod. de maleſic. & mathemat.*

202 Item lynfatici, & ſunt,qui,quadam furoris ſpecie correpti, plura fantaſmata, pauorem inducentia, aſpicere ipſis videtur,de quibus Dioſcor. *lib.* 4. *cap.*

cap. 69. Galen. *lib.* 8. *de ſimplic. me-*
203 *dic.* & notat Bud. *in pandect. in l.* 2.
ff. de ædelit. edict. & pariter entu-
ſiaſtici, qui quadam ſpecie maniæ la-
borant, currentes, maximo furore ſe
agitantes, & offendentes, Zach. *d. q.*
19. *n.* 32.
204 De his omnibus eſt regula vni-
uerſalis in materia noſtra circa de-
ductionem ſicuti in cæteris morbis
ſupra diximus.
205 Herniæ morbo laborans dicitur
ſontico morbo laborare, ſi tamen ſit
inteſtinalis, eòque creuerit, vt omnia
inteſtina ceciderint in Scrotum: eſt
enim non ſolùm inhabilis ad labo-
res, ſed etiã obnoxius doloribus co-
licis hyliacis, ſeu volnuolo, Zach. *qq.*
medic. legal. lib. 8. *tit.* 1. *q.* 14. *n.* 9.
taliter vt quandoque ſubito intereat,
206 Parc. *lib.* 16. *cap.* 54. hinc excuſatur, ſi
ſit Canonicus, pſallere in choro, ali-
qua agere, quę viribus perfici neceſſa-
rium eſt, præcipuè ad euitandam ma-
ximam inflammationem, Zach. *lib.* 7.
tit. 2. *q.* 2. *n.* 3. *& q.* 3. *n.* 6. vide
Schench. *obſer. medic. tit. de hern.*
Sennert. *lib.* 3. *p.* 9. *ſect.* 1. *cap.* 5. *&*
lib. 4. *de inſect. morb. p.* 2. *cap.* 24.
207 Secus autem ſi alia herniæ ſpe-
cie laboraret (habet enim plures ſpe-
cies morbus iſte) vt facilè cum liga-
bulis, vel alio remedio poſſit labori-
208 bus, ſecluſo periculo, vacare;
quod prudentis Medici, & iudicantis
iudicio remittitur, inſpecta ægrotan-
tis perſona; & cùm hic morbus ſit
frequens, debent Numeratores inui-
gilare, & rimari, nè ius Vniuerſitatũ,
aut Regij fiſci lædatur.
209 Item Hydropicus verè morboſus
210 eſt. Morbus Hydropiſię plures ha-
bet ſpecies: ſi nanque hæpar, qui of-
ficina ſanguinis dicetur, adeò refice-
retur, vt loco ſanguinis aquam gere-
ret, quæ à natura intra ventris caui-
tatem, & per vacua corporis ſpatia
demandetur, quæ intumeſcit, dici-
tur Hydrops aquoſus; ſi autem gene-
ratur flatus, excurrens per has partes,
dicitur tympanidis; ſi tibia, & totum
corpus ingraſſetur, dicitur anaſſarca;
ex ſingulis reſultant praua ſyntoma-
ta, ſcilicet ardens ſitis, grauitas, &
difficultas reſpirationis, ex quibus om-
nes læduntur naturæ functiones, latè
Zach. *in dicto tract. lib.* 8. *cit. p. cap.*
12. *à n.* 11. & ſic eſt impar omnibus
laboribus corporalibus, ex Textu *in l.*
idem Offilius, §. *idem de dydropico, ff.*
212 *de. ædilict. edict.* vbi latè DD. Et
ideo eſt deducendus à Numeratione,
ſi non poſſidet redditum vltra vnciã,
& de his loquitur Horat. *lib.* 2. *Od.* 2.

Creſcit indulgens ſibi dirus Hydrops;
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.

Et Ouidius *lib.* 1. *faſtor.*

Sic quibus intumuit ſuffuſa venter
ab unda.
Quo plus ſuntpotæ, plus ſitiũtur aquæ.

212 Item leproſus ſeu elefanticus; eſt
autem lepra contagioſa vlceratio, ex
prauis humoribus aduſtis exaſpera-
tis, & cutem penetrantibus proue-
niens, ipſam cartilaginem, & neruos
corrodens, ex Hypocr. *lib. de affec.*
ſect. 2. Galen. *lib. de cauſ. morb. cap.* 7.
Auicen. 33. *tract.* 3. *cap.* 1. Mercurial.
lib. de morb. cutan. cap. 5. & duas ha-
bet ſpecies, vna quæ dicitur lepra, &
cauſatur à flemmate, vel ſanguine: ſe-
cunda Elephantiaſis, proueniens à
colera aduſta, vel malinconia, Aui-
cen. *vbi ſup.* ſigna huius morbi quam-
plura ſunt, craſſities ſuperciliorum, de
pilatio, oculorum rotunditas, nariũ
dilatatio ad externa, & contractio ad
interna cum difficultate reſpirationis,
locutio per nares, pures ſubtiles, co-
lor faciei lucidus, vergens ad fuſcum,
muſculorum conſumptio, maximè il-
lius medietatis inter pollicem, & in-
dicem, corroſio cartilaginis narium,
pedum, & manuum ſciſſura, magna al-
teratio, carnem erodens, prurito ma-
gno corpus colliquans, fæditus cor-
poris anhelitus, ſquamę ex cute emiſ-
ſæ, & denique totius formæ corporis
corruptio, vt videatur quaſi fera, laté
Galen. *lib. de cauſ. morb. cap.* 7. Auicen.
loc. cit. Valleſ. *de ſac. phyl. lib.* 7. *cap.*
21. hic morbus eſt incurabilis, ſi ve-
tu-

tuſtus, Zach. *lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 8. *num.* 64. adeo, vt per miraculum ſolùm poſſit curari, ſi ſit confirmatus; quod arguitur, ſi exeat ex flebotomia cum ſanguine lacteus humor, Vallef. *loc. cit.* Paul. *lib.* 4. *ſuæ medic. cap.* 5. Zach. *vbi ſup. lib.* 9. Tales fuerunt leproſi, de quibus D. Lucas *in Euangel. cap.* 17. & Maria ſoror Moyſis, *Num. cap.* 12.

213 Ex his non ſolùm leproſus eſt deducendus à Numeratione, ſed etiam à commercio hominum ſegregandus extra Ciuitatem, ob periculum infectionis, *capit. reſecandæ*, 24. *q.* 3. *cap.* 1. *de coniugio leproſorum*, Rip. *de peſt. tit. de rem. præſeru. cap.* 4. *n.* 152. Ioan. de Plat. *in l. cùm ſupra, Cod. de re milit. lib.* 12. Fagnan. *in cap. de rectoribus*,

214 *de cler. agrot.* Et ab Eccleſia arcendus propter eandem rationem *ex d. cap. de rectoribus*, vbi Abb. *in* 2. *not.* & habetur ex Sacra Scriptura *Leuit.*

215 11. Eſt irregularis, nec poteſt admitti ad Sacros Ordines, D. Thom. 1. 2. *q.* 82. *art.* 12. Nauar. *in man. capit.* 27. *n.* 202. Silueſt. *in ſumm. verb. corpore vitiatus*, Maiol. *lib.* 2. *de irregularitate, cap.* 18.

216 Et denique ſeparatur ab vxore, & fit diuortium, *tot. tit. decret. de coniugio leproſorum*, Gaetan. *in capit. ad limina*, 30. *q.* 1. §. 4. *n.* 175. Duran. *in* 4. *dec.* 32. *q.* 1. *n.* 8. Nauar. *in ſum. capit.* 16. *n.* 25. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 24. *n.* 17. Herriq. *eodem tract. lib.* 11. *cap.* 15. *n.* 7. Sperell. *deciſ.*

217 140. *n.* 29. Necnon Prælati, & Rectores Eccleſiarum ab adminiſtratione officij repelluntur, & datur eis Coadiutor, *d. capit. de rectoribus*, & *capit. tua nos, de cler. ægrot.* aſſignata eis congrua, vt poſſint viuere.

218 Item, ſi quis grauiter ſtrumis, ſeu ſcrophulis, laboret, vt pene incurabilis euadat; proueniunt hæc ex materia frigida, & mucilaginoſa, partim terrea, ac melanconica, quæ tumorem in collo, in maxillis, & in alijs partibus, gignit, & hic morbus contagioſus eſt, vide Zacut. *in lib. de princ. medic. hiſtor.* & quia tali morbo detentus, laborare nequit, etiã eſt deducendus, ex rationibus ſupra adductis.

219 Item infirmus morbo Gallico, ſi tamen ſit in tertia ſpecie, ſcilicet, ſi à poſtematibus, malignis vlceribus, artuum doloribus, præcipuè nocte affligentibus, abſceſſu ipſorum oſſium, nariũ vlceribus, alijſque ſynthomatibus, valde quis torqueatur: quia hoc caſu morbus grauiſſimus eſt, & ferè incurabilis, reddens hominem ineptũ ad laborem, Zach. *qq. medic. legal.*

220 *lib.* 8. *tit.* 1. *q.* 22. eſt autem morbus Gallicus *infectio maſſæ ſanguineæ ex coitu, inquinamentis, aut alio modo, per contagium communicata*, vt Zach. *loc. cit.* Amat. Luſitan. *cent.* 4. *curat. medic. n.* 4. & 14. Sennert. *lib.* 6. *prax. p.* 4. *cap.* 5.

221 Secus tamen eſt, ſi morbus leuis ſit, vt ſi quis conorrea, vel bubonibus, contaminetur, aut paruis vlceribus, vt facilè poſſit priſtinam recuperare ſalutem, Amat. Luſit. Sennert. & Zach. *vbi ſup.* & *lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 5. Hercul. de Saſſon. *in lib. de lue vene-*

222 *rea*, & Fallop. *de morb. Gallic.* de quo in materia diuortij, & alijs affectibus ex noſtratibus latè agunt Nat. *con.* 24. *lib.* 1. Canoniſt. *in tit. de coniug. leproſor.* Nauar. *in manual. p.* 22. *n.* 23. Barbos. *in rub. ff. ſolut. matrim. p.* 2. *n.* 28. Sperel. *Deciſ.* 140. *n.* 26. Rota *penes Burat. deciſ.* 835. & *p.* 9. *recent. deciſ.* 49. *tom.* 1.

223 Et denique Thiſicus, & hecticus ſunt deducendi à Numeratione: quia magno detinentur morbo, & breui tendunt ad interitum, Zach. *lib.* 8. *tit.* 1.

224 *q.* 13. *n.* 3. Eſt autem Thiſis pulmonis vlcus, ex quo febris conſumptiua reſultat: Hectica eſt mutatio caloris naturalis in igneũ, ſolidas corporis partes obſidens, & humidum radicale paulatim conſumens, vt communiter Medici, & docet Zach. *lib.* 3. *tit.* 13. *q.* 5. *n.* 11.

225 Sunt aliæ morborum ſpecies, quas recenſere longum eſſet, vide ex Modernis Sennert. *Inſtit. medic. lib.* 2. *p.* 1. ſed in caſibus occurrentibus poterit

I di-

diſcretus Iudex ſumere regulam ex ſupra dictis, & à peritis in arte, iuxta monitum I. C. *in l.ſeptimo menſe, ff. de ſtat. hom.* quæ dicta ſufficiant pro materia noſtra.

225 Sed an ſit deducendus, qui paſſus eſt infirmitatem fortunæ, cedendo bonis, an verò debeat remanere in noua Numeratione?

Reſpondetur, quod debet remanere, ſi aliud non obſtet, Regia Camera apud de Marin. *Arreſt.* 527.

Et illa verba decreti *ſi aliud non obſtet*, ſunt poſita cum grano ſalis, ſcilicet, quod,ſi adſit aliqua cauſa, vt deducatur, eſt deducendus, puta infirmitatis, ſenectutis,vel ſi ſit nobilis,& non poteſt laboribus victum quærere, & huiuſmodi, aut ſit perſona priuilegiata, &c.

TITVLVS SEPTIMVS.

De Pupillis.

ARGVMENTVM.

In hoc Titulo tractatur de Pupillis, eorunque priuilegijs, à Iure incluſis, quomodo deſcribendi in Numeratione, deducendi, aut ponendi pro focularibus?

SVMMARIVM:

1 *Nomen Pupillus habet diuerſas ſignificationes in Iure.*
2 *Pupillus quandoque accipitur pro impubere filio familias.*
3 *Seruus impubes dicitur pupillus.*
4 *Sponſa adulta etiam dicitur pupilla.*
5 *Pupilli deſinitio.*
6 *Pupillaris ætas quo ãno deſinat in maſculis, & quo in fœminis?*
7 *A quo tempore incipiat ætas pupillaris, & quas habeat dimenſiones?*
8 *Tempora pupillaris ætatis secũdùm diuerſos effectus.*
9 *Qui eſt in vtero, mortuo patre, non dicitur verè pupillus.*
10 *Exiſtenti in vtero datur curator ventri, & non tutor.*
11 *Tutor datur perſonæ, & homo exiſtens in vtero, non dicitur verè homo.*
12 *Pupillus verè ille dicitur, qui eſt ſolutus à patria poteſtate.*
13 *Filius deportati, vel capti ab hoſtibus, dicitur verè pupillus.*
14 *Sic filius damnati ad triremes.*
15 *Pariter habens patrem inutilem.*
16 *Vxor, habens virum inutilem, dicitur vidua.*
17 *Pupillus non dicitur, qui eſt in poteſtate aui paterni, mortuo patre.*
18 *Quid, ſi auus, vel pater, nõ habent vſumfructum in bonis filij?*
19 *Pupillus non dicitur maſculus ſi exceſſit ætatem 14. annorum; nec fœmina, ſi duodecim.*
20 *An poſt dictam ætatem dictis competat fori electio?*
21 *Filius poteſt emancipari poſt ſeptemniũ, ſed antea minimè ſine Principis reſcripto.*
22 *Emancipatio abſentis fieri nequit.*
23 *Ex emancipatione acquiritur qualitas pupillaris in ætate habili.*
24 *Quæ differentia inter pupillum, & orfanum?*
25 *Orfanus etiam dicitur minor etiam ſi ætatem pupillarem ſuperauit.*
26 *Orfanus etiam dici poteſt pro conſequendo legatum ob donationem qui tãtùm patre caret.*
27 *Virgo maior conſequitur legatum, factum orfanis, ſi patre careat.*
28 *Ampliatur, in habente patrem inutilem, aut valde ſenem, & pauperem.*
29 *Adducitur modus deſcribendi, & numerandi pupillos.*
30 *Pupillus connumeratnr inter perſonas miſerabiles.*
31 *Pupillus eſt in protectione Principis.*
32 *Pupilli ſubuentio eſt publici Iuris.*
33 *Pupilli defenſio eſt de Iure Diuino.*
34 *Et habet locum tam in pupillo paupere, quàm in diuite.*
35 *Pupillus diues eſt expoſitus inſidijs.*
36 *Pupillis feudatarijs, & titulatis debet dari Balius, ſic etiam Regibus, & Principibus.*
37 *Regibus optimo Iudicio, & Conſilio opus eſt.*
38 *Romani Regibus pupillis confœderatis dabant tutores.*

39

39 *Rex, an, tranſacto decimo quarto anno, eximatur à poteſtate Tutorum?*
40 *Adducitur exemplum de Rege Galliarũ, & lex ſalica.*
41 *Rex vſque ad maiorem ætatem indiget Conſilio prudentum.*
42 *Pupillis plura ſpecialia à Iure indulta.*
43 *Pupillo competit electio, & variatio fori in omnibus cauſis.*
44 *Electio fori poteſt fieri per procuratorẽ cum ſpeciali mandato ad iurandum perhorreſcentiam.*
45 *Sic per procuratorem cum libera.*
46 *In cauſis criminalibus competit electio pupillo, ſiue ſit actor, ſiue reus.*
47 *Pupillus in cauſis criminalibus debet perſonaliter comparere.*
48 *Electione, & variatione fori formiter facta, ceſſat Iudicis Iuriſdictio, etiam ante Iudicis ſuperioris inhibitionem.*
49 *Poſt fori electionem quicquid actum fuerit, eſt attentatum.*
50 *Pupillus diues habet fori electionem.*
51 *Pupillus, factus pubes poſt electionem, retinet priuilegium.*
52 *Minor ſine patre habet electionem fori ſecundùm aliquos.*
53 *Adducitur contraria ſententia.*
54 *Priuilegium electionis fori eſt ſtrictè interpetrandum.*
55 *Sententia affirmans eſt magis recepta in praxi.*
56 *Pupillus non habet electionem fori contra æquè priuilegiatum.*
57 *Pupillus non habet electionem fori in iudicio concurſus creditorum.*
58 *Pupillus non habet electionem fori in redditione, & diſcuſſione computorum.*
59 *Adminiſtrator non cogitur rationes reddere, nec libros aſportare extra locum adminiſtrationis.*
60 *Adminiſtrator, ſi ſit valde potens, poteſt conueniri extra locũ adminiſtrationis, per uiã electionis fori, pro diſpungendis rationibus, calculatis tamen in loco adminiſtrationis.*
61 *Pupillus non habet electionem fori quãdo lis eſt cæpta cum defuncto, cuius eſt hæres.*
62 *Pupillus non habet electionem fori de Iure Regni, quando conuenitur ex contractu defuncti.*
63 *De alijs ampliationibus, & limitationibus concluſionis remiſſiuè.*
64 *Pupillus, ſi non ſit proximus pubertati, non poteſt citari, ſed citandus eſt tutor, & in eius defectu agnati.*
65 *In excuſatione agnatorum, debet dari curator ad litem, aliàs omnia acta ſunt nulla.*
66 *Minor, ſi citatur poſt pupillarem ætatem, valide citatur, licèt teneatur nominare curatorem.*
67 *Minori abſenti à loco Iudicij dandus eſt curator.*
68 *Nullitas, commiſſa in citatione pupilli, prodeſt litis conſorti, in cauſa indiuidua, ſecus in cauſa diuidua.*
69 *Pro pupillo vnuſquiſque poteſt comparere in iudicio, & aſſumere eius defenſionem.*
70 *Actio popularis, quæ dicatur primaria, quæ ſecundaria?*
71 *Poteſt pupillus cogere Aduocatum ad ſui defenſionem.*
72 *Pupillus contumax non tenetur ad refectionem expenſarum.*
73 *Aduerſus contumaciam, & ſententiã competit pupillo, immo minori etiam, reſtitutio in integrum.*
74 *Pupillo, & minori, competit reſtitutio in integrum in qualibet parte Iudicij.*
75 *Sententia, lata contra pupillum, aut minorem indefenſum, eſt ipſo Iure nulla.*
76 *Nullitas ſententiæ ſuffragatur litis conſorti in cauſa indiuidua, ſecus in cauſa diuidua.*
77 *Adducitur limitatio, data defenſione, vel quando nulla competit pupillo, aut minori.*
78 *Sententia, lata ad fauorem pupilli non citati, valet.*
79 *Iudicium, & contractus fauore minoris claudicant.*
80 *Pupillus, & minor poſſunt facere ſuam conditionem meliorem, non deteriorem, alios obligare, ſed non obligari.*
81 *Sententia nulla, ex defectu illegitimi procuratoris, conſtituti nomine pupilli, poteſt ſubſtineri.*
82 *Vnuſquiſque poteſt cogi ad acceptandum*

dum tutelam pupilli, ſiue ſit legitima, ſiue datiua, ſiue teſtamentaria.

83 *Munus tutelæ eſt publicum.*

84 Nemo à tutela excuſatur, niſi cauſas legitimas adduxerit, & probauerit.

85 *Filius familias non excuſatur à tutela, & poteſt cogi cum eius patre.*

86 *Vnus quiſque cogitur acceptare Baliatum pupilli feudatarij.*

87 *Balius confirmatur à Principe, & in Regno à R. Collaterali Conſilio.*

88 *Mater maior, & alij aſcendentes, tenentur petere tutorem pupillo intra annum, aliàs priuantur ſucceſſione, tam ab inteſtato, quàm ex teſtamẽto, ex pupillari ſubſtitutione.*

89 *Succeſſor in hæreditate pupilli ex dicta pœna debet intra alium annum Tutorem petere, aliàs priuatur hæreditate.*

90 *Pupillus non habet teſtamenti factionem actiuam, ſed pro eo teſtatur pater ſubſtitutione pupillari.*

91 *Annus ſequẽti in gradu currit poſt lapſum primi anni, in quo tutor non fuit petitus.*

92 *Mater, & alius ſucceſſor, tenentur nominare curatorem ſub eiſdem pœnis.*

93 *Et dicti tenentur petere cum effectu, & non per tranſennam, & quatenus opus confirmationem Tutoris, vel Curatoris.*

94 *Mater minor non ſubijcitur pœnæ priuationis hæreditatis ob non petitum Tutorem.*

95 *Sic nec etiam alij minores.*

96 *Minor, effectus maior, tenetur infra annum, à die maioris ætatis, petere Tutorem, aliàs tranſacto, ſubijcitur pœnæ.*

97 *Mortuo pupillo poſt pupillarẽ ætatem, euitatur pœna ſupradicta.*

98 *Conſanguineus, excuſatus à tutela, euitat pœnam priuationis.*

99 *Pœna priuationis non habet locum, quando non agitur de bonis pupilli.*

100 *Sublimitatio Antonij Fabri in matre ex triplici grauamine.*

111 *Reijcitur ſublimitatio ab Authore.*

102 *Per argumentum à contrario ſenſu, non eſt inducenda correctio legis, etiã ex maioritate rationis.*

103 *Lex* omnem, Cod. ad Tertul. *non eſt correcta.*

104 *Eadem ratio in propoſito reſpectu fideicommiſſi, & ſubſtitutionis pupillaris, militat in matre, ac in cæteris conſanguineis.*

105 *De pœnis ſecundò nubentium.*

106 *Limitatur concluſio de pœnà priuationis hæreditatis in matre maiori non petente tutorem pupillo infra annum quando adeſt cauſa rationabilis non petendi.*

107 *Quænam ſit cauſa rationabilis non petendi?*

108 *Non ſunt multiplicandæ pœnæ, ſi non explicantur à Iure.*

109 *Recuſans acceptare tutelam teſtamentariam, amittit legatum.*

110 *Et hoc licèt teſtator non expreſſerit.*

111 *Etiã ſi teſtator aliàs eſſet legaturus.*

112 *Qui præcepto Teſtatoris nõ obedit, priuatur cõmodo hæreditatis, vel legati.*

113 *Refertur contraria opinio.*

114 *Concluſio habet locum in legato, relicto filio contemplatione patris, qui fuit relictus Tutor.*

115 *Supradicta pœna non habet locum in legatario, legitimè excuſato, vel legitimè prohibito ſub pœna.*

116 Nec *etiam habet locum pœna in ſubſtitutione pupillari.*

117 *Pupillus habet tacitam hypothecam in bonis tutoris, pro redditione computorum, & pro mala adminiſtratione.*

118 *Refertur contraria opinio.*

119 *Hypotheca tacita etiam habet locum in eo, qui ſe geſſit pro Tutore, in actore, & alio propoſito pro adminiſtratione à Tutore.*

120 *Refellitur opinio cõtrarium tenentiũ.*

121 *Tacita hypotheca pro redditione rationum tranſit ad hæredes pupilli.*

122 *Refellitur contraria opinio.*

123 *Datur hypotheca contra omnes adminiſtratores in ſolidum.*

124 *Sed, ſi aliquis non adminiſtrauerit, eſt præmittenda diſcuſſio contra adminiſtratores.*

125 *An hypotheca tacita detur contra fideiuſſores Tutorum?*

126 *Adducitur negatiua ſententia.*

127 *Adducitur affirmatiua, quæ eſt receptior in praxi.*

128 *Hy-*

128 *Hypotheca, ſiue tacita, ſiue expreſſa, an incipiat à die capta adminiſtrationis, & acceptatæ Tutelæ, vel à die malæ adminiſtrationis?*

129 *Incipit à die acceptatæ Tutelæ ſecundùm veriorem ſententiam.*

130 *Actio hypothecaria pro adminiſtratione poteſt exerceri contra tertium facta liquidatione computorum, & excuſſione contra principalem.*

131 *Si deducatur remedium Saluiani, nõ requiritur excuſſio, ſed tantùm liquidatio computorum.*

132 *Qua actione tenentur Tutores pro adminiſtratione?*

133 *Tutor, & curator debet ſe gerere in bonis pupilli, vti diligens pater familias.*

134 *Tenetur de omni damno, ex defectu defenſionis pupilli.*

135 *Item, ſi teneat pecuniam otioſam.*

136 *Item, ſi non opportunè alienauerit res, quæ erant tempore perituræ, cum damno pupilli.*

137 *Tutoribus conceditur alienatio fructuum, tempore debito.*

138 *Tutor, aut curator, tenetur ad intereſſe, ſi culpa, per ſordes, aut per gratiam, inutiles res ex pecunia pupillari comparauerit.*

139 *Item, ſi pecuniam pupillarem in proprios vſus conuertit.*

140 *Etiam ſi pecunia peruenerit ex intereſſe, aut annuis redditibus, debitis pupillo.*

141 *Vſuræ exactæ à Tutore reſpectu ipſius dicuntur ſors.*

142 *Sed an teneatur ad intereſſe intereſſis?*

143 *Adducitur affirmatiua opinio.*

144 *Adducitur contraria, quam tenet Author, vti veriorem de Iure.*

145 *Intereſſe non implicatæ pecuniæ à tutore currit poſt decem menſes à die acceptæ pecuniæ.*

146 *Debitor cenſualis debet ſoluere per bimeſtre fructus, non obſtante depoſito, ex Bull. San. Memor. Pij V.*

147 *Semeſtre tunc indulgetur Tutori, quando extat pecunia, ſecus ſi ſit conſumpta in proprios vſus, vel tutor inuenerit idoneum debitorem, & non curauerit inueſtimentum.*

148 *Explicatur* Nouell. 72. Iuſtinian. Cæſar. *in materia intereſſe ſupradicti.*

149 *Tutor tenetur implicare pecuniam pupillarem ad honeſtum lucrum, vel in emptione ſtabilium.*

150 *Limita, ſi non habuerit occaſionem promptam, & tutam.*

151 *Hoc tamen debet pupillus probare.*

152 *Limitatio adducitur, quando ſunt paratæ emptiones, vt in Regno noſtro.*

153 *Sed an hoc procedat hodiernis temporibus?*

154 *In quibus alijs cauſis teneatur Tutor? remiſſiuè.*

155 *Pupillus ratione hypothecæ tacitæ, vel expreſſæ, poteſt auocare pecuniam, ſolutam poſteriori creditori.*

156 *Creditor anterior non poteſt auocare pecuniam, ſolutam poſteriori, conſumptam bona fide.*

157 *Limitatur in Fiſco, & perſonis priuilegiatis.*

158 *Adducitur eadem concluſio.*

159 *Pupillus eſt priuilegiatus, vti Fiſcus, & Eccleſia.*

160 *In particularibus pretium non ſuccedit loco rei, nec è contra.*

161 *Emens ex pecunia aliena ſibi dominium, & non pecuniæ domino, acquirit.*

162 *Etiam ſi ſit pecunia depoſitata.*

163 *Pretium ſuccedit loco rei fauore pupilli, & è contra, ipſo eligente rem emptam.*

164 *In re empta ex pecunia pupillari, in caſu electionis pupillus præfertur doti, & alijs priuilegiatis.*

165 *Sed* his conſequens *non habet locum contra dominum rei.*

166 *Eccleſia, & Vniuerſitas præfertur creditoribus in bonis, acquiſitis à Prælato, vel Syndico, ex pecunia Eccleſiæ, vel Vniuerſitatis.*

167 *Pupillo non eligente rem comparatam competit hypotheca in ipſa re, empta ex eius pecunia, cum priuilegio prælationis.*

168 *Ampliatur in re, empta ab extraneo ex pecunia pupillari.*

169 *Intellige in ſubſidium, ſi extraneus non eſſet ſoluendus* 170

170 *Quid, ſi pupillus concurreret cum dote?vel eum Fiſco anterioribus? remiſſiuè.*
171 *An, re perempta, fauore pupilli pretium ſuccedat loco rei? remiſſiuè.*
172 *Bona ſecundi viri ſunt tacitè hypothecata ad fauorem pupilli, pro adminiſtratione tutelæ matris binubæ.*
173 *An hæc tacita hypotheca vindicet ſibi locum, quando mater non legitimè adminiſtrauit ex defectu ſolemnium, vel alio?*
174 *Adducitur ſententia affirmatiua.*
175 *Adducitur contraria, quæ tenenda vti verior.*
176 *Reſpondetur argumentis, adductis pro contraria ſententia:*
177 *Tacita hypotheca nõ inducitur, niſi expreſsè à Iure fuerit cautum.*
178 *Obligatio matris expreſſa, quæ ſe obligauit cum iuramento pro adminiſtratione ad fauorem pupilli, eſt efficacior tacita obligatione, quando pro Tutrice ſe geſſit.*
179 *Tutor non poteſt cum pupillo contrahere.*
180 *Tutor ex officio dicitur dominus, & induere perſonam pupilli.*
181 *Nemo poteſt cum ſe ipſo contrahere.*
182 *Tutor non poteſt pupillo vendere, nec ab ipſo emere.*
183 *Item nec ſtipulari, nec ſibi obligare.*
184 *Tutor non poteſt liberationem obtinere à pupillo, nec delegari.*
185 *Tutor non poteſt contra pupillum ceſſionem obtinere, etiam ſub pœna caducitatis.*
186 *Quid, ſi ſit creditum contra pupillum liquidum? remiſſiuè.*
187 *Quid ſtante Iuramento? remiſſiuè.*
188 *Curator an poſſit inſtitui hæres à minore? remiſſiuè.*
189 *Declaratur concluſio, quando agitur negotium inter pupillum, & Tutorem principaliter, non verò in conſequentiam.*
190 *Adducitur exemplum.*
191 *Non habet locum in actu neceſſario.*
192 *Pupillus in adeunda hæreditate indiget tutoris authoritate, & cauſæ cognitione.*
193 *Ex ſtipulatione Notarij fauore abſentis non acquiritur poſſeſſio, nec dominium.*
194 *Fallit fauore infantis, vel pupilli abſentis, vel filij naſcituri.*
195 *Præſcriptio, durante pupillari ætate, non poteſt incipere, & cæpta legitimè ſtat in ſuſpenſo.*
196 *Idem habet locum in minore.*
197 *Contra præſcriptionem completam datur pupillo, vel minori, reſtitutio in integrum.*
198 *Tutor, aut curator, prohibetur alienare immobilia, vel mobilia pretioſa minoris.*
199 *Nec etiam poſſeſſio bonorum pupilli trasfertur.*
200 *Pupillus non habet perfectum conſenſum.*
201 *Adducitur intellectus Text.* in l. poſſeſſionem, ff. de acquiren. poſſ.
202 *Pupillo competunt in caſu alienationis nullæ non ſolùm reiuindicatio, ſed etiam remedia poſſeſſoria retinendæ, & reintegrandæ.*
203 *Remedium retinendæ, aut reintegrandæ, non competit alienanti.*
204 *Pupillus, aut minor, emens pecunia credita, non poteſt deinde hypothecare rem emptam.*
205 *Ampliatur in tutore, & curatore, ementibus nomine pupilli.*
206 *Pupillus, poſt contractum emptionis, non poteſt apponere pactum de retrouendendo, ſecus in continenti.*
207 *Quid in hypotheca? remiſſiuè.*
208 *Pupillus, aut minor, non poſſunt pro cenſu conſignatiuo obligare in ſpecie, aut in genere, bona ſtabilia.*
209 *Impoſitio cenſus eſt ſpecies alienationis.*
210 *Pupillus, aut minor, an valeant tacitè hypothecare ſtabilia?*
211 *Emens rem à pupillo, tenetur ad fructus.*
212 *Contrahens cum pupillo ſine ſolemnitatibus, eſt in mala fide.*
213 *Quando pupillus teneatur pretium reſtituere in re uendita? remiſſiuè.*
214 *Pupillus poteſt impugnare alienationem, quanuis ſibi vtilem.*
215 *Pupillus habet optionem, vel à contractu vtili recedere, vel ipſum acceptare.*

216 *In alienatione pupilli, non datur tacita ratihabitio ex lapſu temporis.*

217 *Adducitur ratio:*

218 *Ratihabitio in minore tacita ex lapſu tẽporis, immo expreſſa, requirit ſcientiam nullitatis Iuris, & facti.*

219 *Ratihabitio ex lapſu temporis an ſolùm conciliet defectum decreti, vel alios?*

220 *Adducitur affirmatiua.*

221 *Adducitur negatiua, quæ eſt verior.*

222 *Tex. in l. vltima Cod. ſi maior. fact. eſt correctus de Iur. Canon.*

223 *Pupillus non poteſt repudiare hæreditatem ſine ſolemnitatibus.*

224 *Secus eſt in minore.*

225 *Pupillus non poteſt repudiare legatum, ſibi delatum.*

226 *Nec etiam fideicommiſſum particulare.*

227 *Ampliatur in minore.*

228 *Nec poteſt renunciare donationibus.*

229 *Adducitur reſponſio Iurib. in contrarium adductis, & intellectus Tex. in l. non fraudantur, ff. de Regul. Iur. & in l. quæ autem, ff. quæ in fraud.*

230 *Quid, ſi minor contrahat cum Iuramento, ſed ſine decreto, vel alienet? remiſſiuè.*

231 *Minor, aut pupillus, obligatur ad fauorem magiſtri pro addiſcenda arte, aut ſcientia, ſic etiam eorum tutor, aut curator, ſicuti pater reſpectu ſilij.*

232 *Pupillus, aut minor, poſſunt alienare bona ſtabilia cum ſolemnitatibus.*

233 *Numerantur ſolemnitates.*

234 *Pupilli, aut minoris, bona poſſunt alienari ſine ſolemnitatibus ex cauſa neceſſaria, ſiue ab homine, ſiue à lege.*

235 *Quando dicitur neceſſitas hominis?*

236 *Cautius eſt in alienatione neceſſaria neceſſitate hominis adhibere Decretũ Iudicis.*

237 *Pupillus eſt immunis à ſolutione capitis.*

238 *Pupillus non excuſatur ab oneribus patrimonialibus.*

239 *Pupillus deducitur à Numeratione, ſi non poſſidet bona redditus vltra vnciam.*

240 *Pater familias poteſt per pupillarem ſubſtitutionem diſponere de rebus filij, & ducitur teſtamentum filij, quod latiùs explicatur.*

241 *Subſtitutio pupillaris eſt fauor pupilli.*

242 *Subſtitutio pupillaris excludit omnes, quibus debetur legitima, vel ſucceſſio ab inteſtato.*

243 *Pater, in ſubſtitutione pupillari poteſt nominare ſucceſſorem in officio.*

244 *Pater, prohibitus alienare, poteſt pupillariter ſubſtituere.*

245 *Mater, excluſa per ſtatutum à ſucceſſione filij ab inteſtato, poteſt ſuccedere pupillari.*

246 *Per pupillarem poſſunt omnia expleri, ſicuti ſi maior teſtaretur.*

247 *Limita, quando bona pupilli eſſent prohibita alienari à ſtatuto, conſuetudine, vel ab homine.*

248 *An poſſit pater pupillariter ſubſtituere in feudis vigore gratiæ, de qua in Pragm. 33. de feudis?*

249 *Fauore pupilli, & minoris, currit intereſſe legati à die mortis teſtatoris.*

250 *Ampliatur fauore Eccleſiæ, cauſæ piæ, Vniuerſitatis, dotis, & Fiſci.*

251 *Plura de hac concluſione remiſſiuè.*

252 *Pupillus non poteſt incidere in pœnam commiſſi ob uectigal, vel canonem, non ſolutum,* & *huiuſmodi.*

253 *Pupillus feudatarius, non denuncians in tempore releuium, non tenetur ad pœnam duplicati.*

254 *Solutio releuij in Regno eſt in locum inueſtituræ.*

255 *Pupillaris ætas in caſu, etiam in fœminis feudatarijs, eſt* 14. *annorum.*

256 *Tempus anni pro inueſtitura non currit pupillo durante ætate pupillari.*

257 *Minor reſtituitur in integrum, aduerſus pœnam commiſſi, vel duplicati releuij.*

258 *De Emphitheuſi ad feudum valet argumentum.*

259 *Adducitur ſententia contraria reſpectu releuij, cum rationibus Regentis Rouiti.*

260 *Reijcitur dicta ſententia, & reſpondetur obiectis:*

261 Releuium *moribus introductum.*

262 *Pupillus, & minor, non poſſunt in mora conſtitui.*

263

263 *Adducuntur rationes concluſionis.*

264 *Limitatur concluſio, quando eſt mora contracta ex obligatione defuncti, vel ex teſtamento.*

265 *Item in mora contracta à defuncto.*

266 *Pupillus, & minor in caſu, quo incurrunt in pœnam ab moram, habent reſtitutionem in integrum.*

267 *Contra pupillum non poteſt liquidari inſtrumentum via Ritus.*

268 *Pupillus non incidit in periurium, nec poteſt carcerari.*

269 *Diſpoſitio* Text. in Auth. Sacr. Puber. C. ſi aduerſ. vendit. *adducitur, & explicatur.*

270 *Diſpoſitio* Pragm. 63. de offic. Proc. Cæſar. *non babet locum contra pupillum.*

271 *Pupillus non eſt ligatus cenſuris, ſiue à lege, ſiue ab homine, inflictis.*

272 *Excipitur cenſura contenta in* cap. ſi quis ſuadent. Diabol. 17. q. 4.

273 Pupillus, *ſecundùm aliquos, ſi ſit doli capax, poteſt innodari cenſuris.*

274 *Pupillus non incidit in inregularitatem.*

275 *Pupillus non includitur in præcepto pœnali contra conſanguineos banniti vſque ad quartum gradum, de exfractando.*

276 *Pupillus non incidit in pœnam* Prag. *probibentis extractionem.*

277 *Pupillus non poteſt carcerari ob debitum, & cauſam ciuilem.*

278 *Limita in cauſa criminali, licèt debeat excludi à publicis carceribus, & poni in diſtincto carcere.*

279 Pupillus, *& minor non poſſunt torqueri.*

280 *Pupillus ſi torqueatur de facto, ſicut minor, confeſſio in tormentis eſt nulla.*

281 Pupillus, *tranſacto ſeptemnio, poteſt terreri, corrigi, aut cædi ferula in atrocioribus.*

282 *Pupillus, pubertati proximus, poteſt torqueri in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, & Diuinæ, ſi non adſit timor mortis in tormentis.*

283 *Pupillus infans excuſatur à delictis, etiam ſi in eo reperiatur dolus.*

284 *Idem in infantia proximo:*

285 *Secus in proximo pubertati, ſed tamen mitiùs punitur.*

286 *In delictis ordinarijs Iudex tenetur pupillo, & minori pœnam minuere.*

287 *Quid in atrociſſimis, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum? & verior affirmatiua præualuit ſententia.*

288 *Sed in Regno eſt moderata per* Reg. Prag. 1. de minor.

289 *An dicta* Reg. Pragm. *babeat locum in proximo pubertati?*

290 *Adducitur ſententia affirmatiua.*

291 *Adducitur negatiua, quam, vti veriorem, tenet author, pluribus rationibus.*

292 *Confutatur* Reg. de Marinis, *& adducitur reſponſio ad obiecta.*

293 *Impubes ex quocunque delicto minimè poteſt forjudicari.*

294 *Pupillus, & minor, perfecta ſubbaſtatione, reſtituuntur in integrum data noua oblatione, licèt cauſa cognita, & quomodo hoc intelligatur?*

295 *Interpretatur diſpoſitio* Prag. 71. de off. Proc. Cæſ. *emanatæ pro locutione rerũ Fiſcaliũ, & an babeat locum ad beneficium Vniuerſitatis, & in beneficiũ Eccleſiæ, vel alterius perſonæ priuilegiatæ?*

296 *Pupillus eſt foculare ſi poſſidet bona, ſufficientia ad victum, aliàs eſt deducendus.*

297 *Explicantur illa verba*: bona ſufficientia ad victum.

298 *In pupillo ſufficit, vt non ſit completa ætas* 14. *annorum tempore liquidationis, vt deducatur, ſecus ſi exceſſerit vnum diem.*

299 *In decretatione attenditur tempus liquidationis, non reclamationis.*

300 *Pupillus etiam dicitur, qui babet patrem inutilem, & eſt deducendus, ſi nibil poſſidet, ex Decreto Regiæ Cameræ.*

301 *Pupillus, poſſidens in communi cum fratre Sacerdote bona, ſi eius portio excedat vnciam, eſt foculare.*

302 *Quid ſi tantùm poſſideat feudum? remiſſiuè.*

Hoc

1 HOc nomen *Pupillus* in Iure noſtro multiplicem habet ſignificationem, & à noſtris multifariam
2 accipitur; quandoque pro impubere, in patris poteſtate exiſtente, vt in *l. vltima*, §.*pupillus*, *ff.de verbor.ſignific. l.ſi infanti*, *C.de iur.delib.* Pat. Afflict. *in Add.ad controu.2. lib.* 1.
3 Aliquando ſeruus impubes pupillus dicitur, *l.quam Tuberonis*, §.*pupillus*, *ff. de pecul.* Gloſs.*in d.*§.*pupillus*.
4 Sic etiam pupilla dicitur ſponſa adulta, apta ad matrimonium, *l.Tutor*, *ff.de ſponſalibus*. Sed tamen ex propria ſignificatione accipitur, ſicuti definitur à Pomponio *in dicto* §.*pupillus*, ſcilicet, quod pupillus eſt, qui, cùm impubes eſt, deſinit in patris poteſtate eſſe, aut morte, aut emancipatione.
5 Pupillus denominatur à Pupo, quod denotat puerum, vt declarant Spiecell. & Ottoman. *de verb. Iur. verb. pupillus*, Acunc.*in cap. defenſionis*, *n.* 4. *diſtinct.*87. Narbon.*de ætat. ann.7.q.3. num.*4. Rudolph.*in prax. iudic.p.3.c.4. num.*38.
6 Pupillaris ætas in maſculis in decimo quarto anno completo, in fœminis verò in duodecimo deſinit, *l.*7. *C. de impuber. & aliis ſubſtitut. l.*3. *Cod. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann. Inſtitution.lib.*1.*tit.quib.mod.tut.finit. in princip.* Canoniſtę *in cap.ſi pater*, *de teſtam.* Aquil.*in l.*1.*nu.*101.*ff.de verb. obligat.* Pichard.*in* §.*in maſculis*, *à n.*4.*Inſtit. lib.*2.*tit.de pupillar.ſubſtit.* Melch. de Valentia *contr. illuſt. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.*6.
7 Quo autem tempore incipiat pupillaris ætas, non vna eſt Doctorum ſententia: multi enim opinantur, incipere à momento natiuitatis pueri, ſi interim pater moriatur, *l. pupillus*, *ff. de acquirend. hæred.l.*1.§.*ſufficit*, *ff. de adminiſtr tutor.l.ſeruus*, §. *impubes*, *ff.de bonor. poſſeſſ.* & ex dicto tempore vſque ad pubertatem talis ſemper dicitur; licèt tres admittantur dimenſiones, ſcilicet infantia, proximitas infantiæ, & proximitas pubertati, §.*pupillus*, *Inſtitut. lib.*3. *de inutilib.ſtipulat.* vbi Interpetres; alij tenent, illum dici pupillum, qui ſeptemnium excesſit, *l.quamuis*, §. *infans*, *ff.de acquirend.rer.dominio*, vide Narbon. *vbi ſupra*.
8 Verum tamen eſt, quod vtraque opinio vera eſt, ſi accipiatur ſecundùm diuerſos effectus: Prima ſcilicet reſpectu dationis tutelæ, ſubſtitutionis pupillaris, &c. Secunda reſpectu ſtipulationis, obligationis, &c. *l. neque tutores*, *Cod. de procur.* & notatur *in Auth. ſacramenta puberū*, *Cod.ſi aduerſ.venditionem.*
9 Sed qui in vtero eſt, mortuo patre, verè pupillus non dicitur, vt notat Paul. I. C. *in l. pupillus non eſt*, *ff. de verb. ſignific.* quia dicitur pars vi-
10 ſcerum matris, vt Gloſſ. *ibidem*; vnde meritò datur Curator ventri, & non Tutor, & ſi detur, datur inutiliter, *l.cùm pater*, *ff. de negot.geſtis*, & docet Gloſſ. *in dicta l.pupillus*, *verb. in vtero*, *l.* 1. §. *apparet*, *ff. de ventr. in poſſ. mittendo*: verbis enim edicti non comprehenditur, niſi datio curatoris, vt Modeſtin. *in l. ventri*, *ff. de Tutor. & Curat. dat.*
11 Tutor enim datur perſonæ, quæ antequam naſcatur, neque homo dicitur, neque defendi valet, *l. in falcidia*, §. 1. *ff. ad l. falc.* Ant. Fab. *in ſua Iur. prudent. tit.* 13. *princip.*4. *illat.*8.
12 Requiruntur ergo, vt dicatur pupillus, ætas, de qua ſupra; & vt ſit ſolutus à patria poteſtate; & licèt I. C. *in d. l.pupillus* duos modos enunciet ſolutionis, mortis ſcilicet, & emancipationis, eſt tamen per modum exempli, quia ſufficit, vt patria poteſtas ſoluatur modis, de quibus *lib.*1.*Inſtit. tit.quib.mod.Ius patr. poteſt.ſoluit.* Caſtill.*lib.*3.*contr.cap.*25. *num.*7.
13 Hinc infertur primò, filium deportati, vel capti ab hoſtibus, verè dici pupillum, quo ad præſentem ſtatum, §.*cùm autem*, §.*ſeruus pœnæ*, & §.*ſi ab hoſtibus*, *dicto tit.l.*5.§.*ſi pendeat*, *ff. ad Macedon.l.ſi pater*, *ff.de ſuis*, & *legit.hæredib.l.in bello*, §.*ſi quis capiat*,
14 *ff. de captiu. & poſt limin. reuerſis*; ſic filium damnati ad perpetuas trire-

mes, vt Pichard. *in d. §.cùm autem*,
15 *num.* 3. Sic habentem patrem inuti-
lem, Reg. de Marin. *lib.*2. *quotid. cap.*
47.*num.*23.Gloſſ. *in l.vltima , Cod. ad*
l.Cornel.de plagiar.verb.orbitate , No-
uar. *lib.* 1. *qq. forenſ. cap.* 126. *à n.*2.
Conſil. Petr. *Rit. M. C.* 230. *num.* 31.
16 Ad inſtar vxoris, quæ habet virum
inutilem, Carleual.de Iudic. *lib.*1. *tit.*
1.*diſp.*2.*q.*6.*ſeſſ.*7. *nu.*540. Marcheſan.
*de commiſſion.par.*2. *n.*36. Conſil.Stai-
ban. *lib.*2.*forenſ.cap.*155. *in Add. n.*51.
Reu. de Luca *ad Franc. deciſ.* 671.
*num.*6.
17 Infertur ſecundò, pupillum dici non
poſſe, qui, mortuo patre , ſub aui pa-
terni poteſtate manet, nec pupillari-
bus priuilegijs potiri, Paſchal. *de patr.*
*poteſt.par.*2.*cap.*2.*num.*92.Franch.*deciſ.*
671. vbi Add. Gratian. *diſcept.* 421.
*num.*69.*lib.*3. Nouar. *in prax.elect.for.*
*sect.*1.*q.*5. *num.*10. Carleual. *vbi ſup.*
*num.*531. Thor.*in compend.deciſ.par.*1.
verb.pupillus exiſtens, Capiblanc. *in*
*pragm.*8.*de Baron. tom.*1.*nu.*312. Con-
ſiliar.Petra *loc.cit. num.*29.
18 Quid, ſi auus , vel pater , non ha-
beant vſumfructum in bonis pupilli ?
vide Prat.*lib.*1. *diſcept.cap.*13. *num.*63.
de Luca *ad Franch.loc. cit.n.*6.
19 Infertur tertiò , vt nec pupillus di-
ci poſſit , qui ætatem quatuordecim
annorum in maſculis, & duodecim
in fœminis exceſſit, Doctores cum
Gloſſ. *vbi ſupra, & in l.vnica,C.quan-*
*do Imper.int.vid.&c.*Carleual.*vbi ſup.*
num. 532. Conſil.Petra *cit. num.*27. *in*
20 *fine* ; Præcipuè, vt obtineat priuile-
gium electionis fori ; & licèt in pun-
cto Iuris hæc opinio ſit verior, tamen
præualuit contraria in praxi, vt teſta-
tur Carleual. *loc. cit. num.*532. Rouit.
*deciſ.*27.Sanfelic.*deciſ.*134.*lib.*1. *& de-*
*ciſ.*274.*lib.*2.Thor.*in ſupplement. verb.*
electio fori an competat, Petra *loc. cit.*
*num.*28.
21 Infertur quartò,poſſe filium eman-
cipari poſt ſeptemnium, in qua ætate
perfectum habet conſenſum, ſed ante
requiritur reſcriptum Principis, con-
ſenſum ſupplens, quo infans caret , *l.*
*quamuis, §. infans, ff.de acquir.poſſ. l.*1.
*ff.de verb.obligat.*eſt Text.*in l.iubemus,*
Cod. de emancipat. liberor. vbi DD.
Azo *in ſumm. Cod.tit. de emancipat. li-*
*beror.*Mandoſ.*de ætat.minor.cap.*3. *nu.*
10.Curt.ſen.*conſ.*19.*&* 65.Roland.*conſ.*
61.Ruin.*conſ.*71. *num.*4.*vol.*3.Donell.
*lib.*1.*comment.cap.*26.Lara *in compend.*
*vit.hom. cap.*16. *n.*23. Narbon.*de ætat.*
22 *ann.*7.*n.*3.Quod habet locum,etiam ſi
infans ſit abſens, licèt aliàs emanci-
patio in abſentia non poſſit celebrari,
Borrell.*conſ.*73.*num.*13. & ex emanci-
23 patione acquiritur qualitas pupilla-
ris, vt ſupra diximus,& notat Cancer.
*lib.*2.*variar.cap.*2.*nu.*13. Reu.de Luca
ad Franc.loco citato.
24 Differt tamen pupillus ab orphano:
quia hic , ſecundùm veram acceptio-
nem, dicitur,qui parentibus eſt orba-
tus, ille , qui tantùm patre , vt notat
Din. *in l.orphano trof.Cod. de Epiſc. &*
*Cler.*Alciat.*lib.*1.*prætermiſ.verbor. or-*
phanus, Alberic.*in l.vnica,Cod.quando*
*Imper.*Caſtrenſis, & Rebuff. *ad conſtit.*
Gall.de ſentent.præiudic.ſeu prouiſ.gloſ.
*vltim.n.*4.*& in d.l.pupillus, column.* 2.
Menoch.*de arbitr.caſ.*66.*in Addit. n.*7.
Gratian.*diſcept.*182.*&* 666.Fagnan.*in*
cap. ſignificantibus , *num.* 29. *de officio*
delegat. Theſaur. & Calepin. *in verb.*
orphanus.
25 Differt etiam, quo ad ætatem : quia
etiam orfanus dicitur , qui pupilla-
rem ætatem ſuperauit, dummodò non
ſit effectus maior, ſiue communi , ſiue
Regni Iure, Carleual. *vbi ſup.nu.*566.
Narbon.*de ætat.ann.*25.*q.*73.*n.*4.Con-
ſil. Petra *loc.cit.num.*30.Add.*ad Rouit.*
*conſ.*33.*num.*27.*lib.*1. licèt hanc diffe-
rentiam non agnoſcant Cin.Caſtrenſ.
*loc.cit.*Roland.*conſ.*76.*num.*43.*lib.*1.
26 At licèt in ſtricta acceptione non
poſſit dici orphanus , qui parentibus
non ſit orbatus,tamen ad conſequen-
dum legatum, aut donationem ad be-
neficium orphanorum, ſufficiet, ſi pa-
tre tantùm careat,Carleual.*loc.cit.nu.*
567.Gratian. *d.diſcept.* 666. Lara *de*
*Anniuerſ.lib.*1. *cap.* 21. *num.*23. Pater
Dian.*tom.*4.*moral. tract.* 4. *reſol.* 164.
Add.*ad Rouit. vbi ſup.num.*23.Cenſal.
*ad Peregrin.de fid.commiſ.art.*37.*verſ.*
ſextò obſeruo. 27 Im-

27 Immo, ſi adſit legatum dotis pro maritandis orphanis, non ſolùm deberur conſtitutis in minori ætate, ſed etiam maioribus: quia maior viget ratio in his, ex quo difficilè virum inueniunt in exceſſu maiotis ætatis, Narbon.*de ætat.ann.*25.*q.* 73. *num.*6. & ſeruarur in mea parria in maritandis orphanis, ſorre electis in ſchedulis in feſtiuitate Immaculatę Conceptionis ex legato Baronis Marci Antonij de Sancto Blaſio, & aliorum, nouiſſimè Panimoll.*dec.*57.*tom.*2.

28 Sic etiam debetur ijs, qui patrem habent inutilem, vel valde ſenem, & pauperem, vt fuit deciſum in anuo 1675. à Curia Epiſcopali Neritonen in cauſa cuiuſdam puellæ, quæ pattem decrepitum, & mendicum habebat. ex doctrina Carleual. *loc.cit.nu.*568.*Lar. n.*3.Add.*ad Rouit..loc.cit.*Reu.de Luca *ad Franch. d.deciſ.*671.*num.*7. Cenſal. *loc.cit.*Gratiau.*d.diſcept.* 666. *num.* 7. Panimoll.*d.dec.*57.*n.*8.

29 In Numeratione pupillorum, patre, vel auo paterno carentium, qui decimum quartum annum non exceſſerūt, ſeruandus eſt hic modus,*cap.*7.*Inſtructionum*, ſcilicet numerenrur, ſicuti habitare inuenri fuerint cum deſcriptione ætatis, & enunciatione ſi ortum ducant ab antiquo foculari, ac fiant diligentiæ in cataſto Vniuerſitatis, prothocollis, & alijs publicis documentis, ad finem cognoſcendi, ſi poſſideat bona ex ſucceſſione paterna, marerna, vel aliorum, donatione, aut alio titulo, & de eorum qualitate, & redditu, & ſi ſinr norata in Cataſto fuiſſe poſſeſſa à parentibus defunctis, vel alijs, à quibus pupilli cauſam habuerunt; & hoc, vt Regius Fiſcus conuincat Vniuerſitates, pupillos poſſidere bona redditus vltra vnciam, & de omnibus fieri debet à Regijs Numeratoribus breue, clarum, & diſtinctum notamentum in margine focularis pupilli numerati, vt dictum eſt de alijs.

§. PRIMVS.

30 PVpilli inter perſonas miſerabiles connumerantur à Iure, ex eo quod orbati paterno præſidio, ſe, ſua-
31 que defendere nequeunr, ideoque Principis præcipua cura eorum protectio, *cap.*1.*&* 2. 87.*diſtinct. cap. ab Imperatore*, 23.*q.*3.*cap.reum*, *& cap. adminiſtratorum*, 23.*q.*5. Adeò vt Diuus
32 Seuer. Vlp. Rufin. reſcripſerit, omnem rarionem adhibere ſubueniendis pupillis, eùm ad euram publicam pertineat, vt habetur *in l.* 3.*ff. qui petant tutor.* idem *in l.vnica, Cod.quando Imperat. &c. l. in bona fidei, ff. de acquir. poſſeſſ. & in l.*2. §.*ſi quis à pupillo*, *ff. pro emptore*, *& tot.tit.ff.rem pupill. ſal-*
33 *uam fore*; Immo eorum defenſio eſt de Iure Diuino, hoc ſæpius præcipiente Domino, vt *Deuther. cap.* 16. *num.*14. *cap.*24. *num.*17.*cap.* 26. *num.*12. *Tobiæ* 31.*num.*16. & ſignanter in iudicio, & litibus *Deutheron. cap.*24. *num.* 27. *& cap.*27.*num.*19. *Eccleſ. cap.* 4. *num.* 10. *Iſaiæ cap.*1.*num.*23 .*Hierem.cap.*22.*nu.* 3.*Exech. cap.*22. *Oſeæ cap.* 14. *Zachar. cap.*7. *Malach.cap.*3. , & Diuus Iacob *in epiſt.canon.cap.*1. latè Carleual.*de Iudic.lib.*1.*tit.*1.*diſp.*2.*q.*6. *ſect.* 7. *à n.* 528.

34 Et non ſolùm hæc ſibi vindicant locum in pupillo paupere, ſed etiam diuite, vt Carleual. *vbi ſupra nu.* 541.
35 ex maioritate rationis: qui enim eſt deſtitutus auxilio, quò magis diues eſt, eò magis inuidiæ, improborum inſidijs, & potentium vexationibus eſt expoſitus, vt notat Azo *in ſumm. Cod.quado Imper.nu.*6. Foller.*in prax. crimin.p.*1. 2.*p.vèrb. audiantur excuſatores*,*nu.*85.*&* 86. Natt.*conſ.*190. *vol.*
36 3.Gratian.*diſcept.* 182. Carleual. *vbi ſup.ann.*544. Ex qua ratione Titulatis, & Feudatatijs conſtituitur Balius, immo etiam Principibus abſolutis, & Regibus, Oltrad.*conſ.*52. Albcric.*in C.quando tut.vel curat. eſſe deſinit*, Anton. Comez *in l.* 4. *Thauri num.* 8. *& lib.*3.*variar.cap.*1.*à n.*56.Caſtald.*de*
37 *Imperat.q.*73. quia ad Regni, & Prin-

Digitized by Google

cipatus gubernium optimo iudicio,&
conſilio opus eſt,vt *Exod.cap.*18.*Ariſt.*
*lib.*5.*polyt.* Bodin. *de Republic.cap.*8. &
38 meritò ſapientes Romani Regibus
pupillis, eorum confœderatis, tutorem
dederunt,& Ptolomei AEgypti Regis
liberis fuit deſtinatus tutor Marcus
Lepidus, & filijs Cotis Traciæ Regis,
Trebellius Rufus, teſte Tac. *lib.*2. *an-*
39 *nal.*vide Velanz.*conſ.*198.*lib.*2.An ve-
rò Rex, tranſacto 14. anno, Regni
clauum poſſit obtinere? vide Natbom
*de ætat.ann.*14.*q.*34. & an eximatur à
poteſtate,& gubernio tutorum? vide
40 eundem, & Velanz. *loc. cit.* Et apud
Gallos lege ſalica ſancitum, vt Rex
14.anno tutore non indigeat, & quod
ſit dandus tutor conſanguineus pro-
ximior ex Regia ſtirpe, Bodin. *de Re-*
*publ.cap.*8.*num.* 104.Oſuad. *ad Doneil.*
*lib.*31. *lit. C.* & Carolus, Francorum
Rex Quintus,cognomento ſapiens,an-
no 1370. ſtatuit, vt Rex Francorum
poſſit vngi, & coronari, & clauum
Imperij ſuſcipere in 14.anno,Balduin.
*Inſtitut. lib.*1. *tit.quib.mod. tutel.finit.*
num. 13. & quod ſufficiat annus in-
cæptus fuit ſententia Senatus Romani
determinatum,confirmata ab illo Pa-
riſienſi in perſona Caroli IX. filij
Henrici Secundi, & Catharinæ de
Medicis, vt ex Auila,& alijs hiſtoricis
videre eſt.

41 Certum tamen eſt, quod vſque ad
maiorem ætatem conſilio Senatorum,
& prudentum indiget, Guttierez *de*
*tutel.par.*1.*cap.*18.*num.*7.Narbona *vbi*
ſupra; Exemplo Neronis Imperatoris,
cui dati fuerunt Seneca, & Burrus,
Coadiutores Imperij, primus,vt do-
meſticis, ſecundus,vt militaribus cu-
ris præeſſet,teſte Tacit.*lib.*13.*Annal.*

42 Ex hoc principio,& ratione Ius no-
ſtrum plura ſpecialia pupillis indulſit,
quorum aliqua præcipua recenſenda
duximus, quia per omnia vagari inte-
gro opus eſſet tractatu.

43 Primum ſpeciale eſt, vt competat
pupillo fori electio, & variatio, ſiue
agat, ſiue conueniatur, in Iudicio ci-
uili, aut criminali, vt Imperator *in d.*
l.vnica, vbi DD. & *in Conſtit. Regni*
Statuimus, vbi Iſern. Afflict. & alij,
Foller.& Carleual. *d. lib.*1. *diſp.*2. *q.*6.
*ſect.*7.*num.*592.Salgad.*in labyrint.par.*
1.*cap.*2.§.2. *num.* 44., quæ poteſt fieri
44 per Procuratorem, ſpeciale manda-
tum habentem ad dandum iuramen-
tum perhorreſcientiæ, Muſcat. *in*
*prax.lib.*1.*gloſſ.competentes*, *num.* 68.
Capiblanc.*in pragm.*8.*de Baron.n.*342.

45 Sic per Procuratorem generalem,
cum libera, Nouar.*in prax.elect par.*1.
*ſect.*1.*q.*7.*num.*5.Thor. *in Cod. rer. iu-*
*dic.ciuil.caſ.*21.*nu.*3. Conſil. Petra *Rit.*
46 *M.C.*230. *num.*5: & in criminalibus,
pupilli ex quaſi contractu ad fauorem
191 tutoris, Andreol. *vbi ſupra*, *num.* 84.
Nec etiam habet locum in actu neceſ-
ſario, Giurb.*deciſ.*69.Staiban.*lib.1. con-*
*trouerſ.70.in add. n.*10.
192 Ex hoc incidenter colligitur, quod
ad hoc, vt pupillus validè hæreditatē
adeat, requiruntur tutoris authoritas,
cauſæ cognitio, & aliæ ſolemnitates,
Bart.*in l.more*, *num.* 1.*ff.de acquirend.*
*hæred.*Ruin. *conſ.*161. *vol.*3. Rota *apud*
*Merlin.deciſ.*857. *num.*7. *& deciſ.* 873.
*n.*5.*& 6.& par.*18.*recent.tom.1.dec.*176.
*num.*17.
193 Decimum ſextum ſpeciale eſt, vt,
licèt per ſtipulationem Notarij in cō-
tractibus lucratiuis, vel oneroſis, ab-
ſenti non acquiratur poſſeſſio, & do-
minium, quicquid ſit reſpectu actionis,
& irre-

Digitized by Google

& irreuocabilitatis, de qua quæſtione videndi ſunt vltra interpretes *in l. ſtipulatio ipſa*, §. *alteri*, *ff. de verb. oblig.* Sperell.*dec.*171.Ciar. *lib.*2. *controuerſ. cap.*137.*num.*44.Altograd.*conſ.*39. *nu.* 10.*lib.*2.Rot.*par.*1.*diuerſ.deciſ.*683.*p.*1. *recent.deciſ.*12.*par.*4.*deciſ.*428.*tom.*2.& *deciſ.*716.*tom.*3.*par.*9.*deciſ.*444.& *apud Emin.Celſ.dec.*21.

194 Tamen fauore infantis, & pupilli abſentium, acquiritur dominium, & poſſeſſio, ſic pro filijs naſcituris, ſi vltra ſtipulationem adſit titulus habilis, & traditio vera, vel per modos fictos, ex quibus poſſeſſio acquiritur, nempe conſtitutionem precarij, retentionem vſusfructus, &c. DD.*in l.*2. *ff. rem pupill.ſalu.for.*Bald.*in l.ſi quis*, *num.* 2. C. *de donat.*Gabriel *conſ.*177. *num.*42. *lib.* 2. Tiraquell.*de conſtit.limitat.*30.*num.* 13.Rota *apud Seraſin.deciſ.*472.*num.*8. & alij *apud Anton. de Amat. variar. reſol.cap.*30. *num.*18.

195 Decimum ſeptimum ſpeciale eſt, vt præſcriptio, & vſucapio, durante pupillari ætate, non poſſit incipere contra pupillum, & ſi ante ſit cępta legitimè, ſtat in ſuſpenſo, &, vt vlgò dicitur, conquieſcit, *l. ſicut*, C. *de præſcript.*30.*uel* 40.*annorum*,*l. cùm notiſſimi*, vbi Gloſſa,*Cod.eod.in cap.cùm non liceat*, *verb. non obſtante*, *de præſcript.* Odd.*de reſtitut.in integr.par.* 2.*q.* 90. Rot. *p.*7.*recent.dec.* 61.*n.*13.

196 Quod etiam habet locum in minore, Rot.*p.*4.*diuerſ.deciſ.*458.*nu.*2.& *p.*6. *recent.deciſ.*270.*num.*4. Immo, ſi præ-
197 ſcriptio ſit completa validè, in aliquo caſu conceditur reſtitutio in integrum pupillo, aut minori, *l.vltima*, *Cod.quib.ex cauſ.reſtit. in integr.non eſt neceſ.*Odd.*vbi ſup.*Reg. de Marin. *lib.*1. *quotid.cap.*299.*num.*4. Rota *par.* 4. *recent.deciſ.*372.*num.*10. *tom.* 2. & *apud Em.Celſ.dec.*63.*num.*10. & 11.

198 Decimum octauum ſpeciale eſt, vt tutoribus, & pupillis prohibeatur diſtractio immobilium, vel mobilium magni valoris ipſorum pupillorum, vel minorum, quæ ſeruanda ſeruari poſſunt, ex Diui Seueri oratione *in l.*1. & *l.magis puto*, *ff.de reb.eor.l.ob as*, *C.de præd.minor.* & §.*nunc*, *Inſtitution.lib.*2.
199 *tit.quib.alien.lic.vel non.*Adeout, nec etiam, ex contractu minoris, aut pupilli, poſſeſſio, quæ aliàs ex contractu inutili transfertur, amittatur, *l.pupillus*,
200 *ff. de acquirend. rer. dominio*: Ratio eſt, quia in translatione poſſeſſionis requiritur perfectus conſenſus, & animus dimittendi, quo caret pupillus, vt benè Rota *apud Puteum deciſ.*277.*n.*4. & *p.*2.*diuerſ.deciſ.*93.*n.*2.

201 Nec obſtat Textus *in l. poſſeſſionem*, *ff.de acquird.poſſeſſione*: nam debet intelligi de poſſeſſione naturali, ſeu potiùs tenuta, quæ, cùm ſit facti, phyſicè diſcedit à pupillo; ſed tamen non acquiritur ab eo, cui traditur, vt notat Pichard.*in d.§.nunc*, *num.*7.Matth. Coler.*de poſſeſſionib. exequut.p.*2. *cap.*1. *num.*205. Narbon.*de ætat.ann.*25. *q.*5. *num.*9.

202 Hinc non ſolùm pupillo competit ex hoc contractu inutili reiuindicatio, ſed etiam remedium poſſeſſorium, non ſolùm reintegrandæ, ſed etiam retinendæ, Neuizan.*conſ.*85. *num.* 13. Alex.*conſ.*92.*lib.*5.Roland.*conſ.*41. *nu.* 34.*lib.*3.& *conſ.*72.*num.*5.*lib.*4.Crauet. *conſ.*870.*nu.*2.& 9.Menoch.*conſ.*314.& *num.*13. Fachin.*lib.*12. *controuerſ. cap.* 57.Poſtius *de manutent.obſer.*37.*nu.*4. & Rota *poſt dictum tractatum dec.*469.
203 *num.*18. licèt regulariter remedium retinendæ, aut reintegrandæ, non cōpetat ei, qui facto ſuo cecidit à poſſeſſione, Cyriac.*lib.*2. *controuerſ.cap.*308. & 332.Rota *par.*5.*recent. deciſ.*616.*n.* 4.*tom.*2.

204 Ampliatur prima concluſio, vt habeat locū, etiam, ſi pupillus, aut minor, emerit pecunia credita, & deinde pro ſolutione pretij rem emptam hypothecæ ſubiecerit, *l.*1.§.*ſi minor*, & *l.*2.
205 *ff.de reb.eor.*Idem eſt, ſi tutor, vel curator pupilli, aut minoris, emerit, Tiraquell.*de retract.conuentional. ad fin. tit.num.*10.Pinell.*in l.*1.*par.*3. *num.*53. *Cod. de bon. matern.* Simoncell.*de decret.minor.lib.*2.*tit.*6.*inſpect.*1.*num.* 15. Menoch.*de arbitr.caſ.*171.*nu.*31.Idem
206 procedit in venditione, ſi venditor oppoſuerit pactum de retrouendendo,

do, DD. *vbi ſupra*; intellige tamen, ſi pactum fuerit appoſitum ex interuallo, non in eodem contractu, aut incõtinenti, Cuman. *in d. §. ſi minor*, Neguſant. *de pignor. p. 4. num. 37.* Cozzadin. *conſ. 15.* Caualcan. *de tutor. n. 246.* Guttier. *de tutel. p 2. cap. 5. num. 38.* Couar. *lib. 1. variar. cap. 14. num. 6.* Gratian. *diſcept. 242. num. 2.* Gait. *de credit. cap. 4. quæſit. 7. à num. 445.* Surd. *deciſ. 344.* Salgad. *in labyr. par. 2. cap. 14. à nu. 113.* Arias de Meſa *lib. 3. variar. cap. 25.* Franch. *deciſ. 369.* Larrea *deciſ. Granat. 26. num. 34.*

207 Sed quid in hypotheca poſita incontinenti, valde certant DD. ex obſcuro reſponſo *in d. §. ſi minor*, *cum l. ſequenti*; ſed opinio magis recepta eſt, vt valeat hypotheca, Gait. *de vendit. loc. cit.* Salgad. *vbi ſup. nu. 114.* Olea *de ceſſ. iur. tit. 2. q. 2. à num. 14.* de Ponte *deciſ. 4. à num. 43.* ſed quæ ſit verior in puncto Iuris, non eſt noſtrum diſputare: quia in longum res protraheretur, vide DD. citatos.

208 Ampliatur ſecundò, vt nec etiam poſſit pupillus, aut minor, nec tutor pro eo, pro cenſu conſignatiuo ſua bona ſubmittere hypothecæ ſpeciali, aut generali, Felician. *de cenſ. lib. 2. cap. 2. à num. 1.* Foller. *eod. tract. num. 38. fol. mihi 133.* Auendan. *eod. tract. cap. 81. num. 5.* Rodriquez *de ann. redd. lib. 1. cap. 14. n. 5.* Simoncell. *de credit. lib. 2. tit. 6. num. 33.* Caſtill. *lib. 4. controuerſ. cap. 61. num. 28.* Gratian. *diſcept. 691. à nu. 29.* Leotard. *de vſur. q. 7. num. 27.* Staiban. *lib. 2.*

209 *reſolut. forenſ. cap. 166. à num. 1.* Quia impoſitio cenſus eſt ſpecies alienationis, Bald. *in cap. ad audientiam*, *num. 9. de reſcript.* Rota in terminis noſtris *part. 8. recent. deciſ. 190. par. 12. dec. 356. & par. 13. deciſ. 443. apud Merlin. deciſ. 540. apud Buratt. dec. 416. n. 1.*

210 Sed an bona pupilli, aut minoris, poſſint tacitæ hypothecæ ſubmitti, vide Simoncell. *in d. tract. lib. 2. tit. 5. nu. 18.* Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 3. num. 151.* Cald. *in l. ſi curatorem, verb. cùm non abſimilis, num. 35. Cod. de reſtitut. in integr.* Vaſquez *lib. 3. vſufrequent. cap. 55.* Trentacinq. *lib. 3. variar. reſol. 5.* Guttierez *de tutel. par. 2. cap. 5. num. 52.* Narbou. *de ætat. annor. 25. q. 4. à num. 8.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 15. n. 37.*

211 Ampliatur tertiò, vt emens bona pupilli, teneatur reſtituere rem, vná cum fructibus, non ſolùm extantibus, ſed etiam perceptis, & qui percipi potuerunt, à die contractus nulli, ex quo contrahens ſine ſolemnitatibus præſumitur in mala fide: ex eo quia rem

212 alienari prohibitam adeptus eſt, & eſt præſumptio Iuris, & de Iure, Roman. *ſingul. 534. & conſ. 454. num. 28.* Cremenſ. *ſingul. 135.* Marc. *conſ. 59. lib. 2.* Tiraquell. *de retract. Lign. §. 15. num. 28.* Caball. *conſ. ciu. 154. à nu. 59. lib. 2.* Surd. *conſ. 115. nu. 11.* Ioſeph Altograd. *controuerſ. 8. num. 42.* Conſil. Staib. *lib. 1. forenſ. cap. 53. & 72. & lib. 2. cap. 30. nu. 35. & cap. 159.* ſignanter *in add. n. 35.* Giurba *deciſ. 89. num. 21.* Rota *apud Merlin. dec. 663. num. 33. & apud Emin. Celſum dec. 387. n. 5.*

213 Sed an, & quando pupillus teneatur pretium emptori reſtituere, vide Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 10.* Olea *de ceſſion. iur. tit. 2. q. 1. à num. 9.* Acoſt. *de priuil. credit. reg. 1. ampliat. 1. à num. 6.* Altograd. *loc. cit. à num. 46.* Staiban. *vbi ſupra*, Girocc. *diſcept. 71. num. 51.*

214 Ampliatur quartò, etiam ſi alienatio ſit vtilis pupillo, & ipſe voluerit contractum impugnare, *d. l. magis puto*, *§. ſi æs alienum*, *& l. ſi fundus*, *ff. de reb. eor.* Surd. *deciſ. 278. num. 19.* vbi Hodierna, Altograd. Girocc. & Staib. *vbi ſup.* Andreol. *lib. 2. controu. cap. 136.*

215 *num. 10.* & eſt in eius electione, ſi velit ſtare contractui, aut ab ipſo recedere; vnde dici ſolet, contractum fauore minoris claudicare, Staib. & Altograd. *vbi ſup.* Franch. *dec. 35.* vbi de Luc. Capyc. Latr. *deciſ. 19.* vbi Gizz. Prat. *lib. 1. diſcept. 17. num. 1. lib. 2. cap. 12. n. 40. & lib. 1. practic. obſeru. cap. 2.*

216 Ampliatur quintò, vt, ſi pupillus alienauerit, alienatio non conualeſcat, etiam ſi factus maior poſt quinquennium tacuerit: quia in ipſo non habet locum *l. fin. Cod. ſi maior factus, &c.*

217 &c. Ratio eſt, quia illa tacita rati-
habitio ſupponit ſcientiam actus tem-
pore celebrationis, quæ de iure non
cadit in pupillo, Menoch. *conſ.29. nu.*
51. Staiban.*lib.1.d.reſolut.30. num.32.*
218 & ſolùm dicta lex habet locum in
minore contrahente, requiritur ta-
men in eo ſcientia nullitatis Iuris, &
facti, cum omnibus qualitatibus poſt
maiorem ætatem, Reg. de Marin.*lib.2.*
*quotid.cap.*18.Marcian.*conſ.*45. *num.* 8.
*lib.*1.Gratian.*diſcept.*429. *a num.* 22. *&*
*diſcept.*513.*nu.*11.*Merlin. lib.*1. *contro-*
*uerſ.cap.7.num.*13. Girocc.*diſcept.* 74.
*num.*44.Staib.*loc.cit.num.*76.Merlin.*de*
*pignorib.lib.2.q.*77.*nu.*15.Rota *par.* 10.
*recent.deciſ.*80.*par.*11.*deciſ.*98.*part.*14.
*deciſ.*240.*num.9.& apud ſan.mem. Ale-*
*xandr.VIII.deciſ.*204.
219 Sed an lapſus dicti temporis ſa-
net alios defectus, vel ſolùm defectum
220 decreti? Affirmant Menoch. *de re-*
*cup.poſſ.remed.*15.*n.*143. Cene. *de cenſ.*
221 *p.*1.*cap.*2.*q.*1.*art.*2.*n.*24.Cyriac. *con-*
*trouerſ.*181.*nu.* 73. Sed contraria opi-
nio eſt verior, quam tenent Surd.*conſ.*
49.*n.*29.*lib.*1.Girocc.*d.diſcept.*74.*n.*44.
Staib.*vbi ſup.n.* 78. Rota *apud Ludouiſ.*
*deciſ.*260.*num.*13.*& deciſ.*473.*num.*49.
222 *& apud Merlin.*646.*nu.*74.Immo diſ-
poſitionem Textus *in d.l. fin.* eſſe cor-
reptam à Iure Canonico propter ma-
lam fidem contrahentis cum minore,
docuerunt Ruin.*conſ.*170. *num.*29. *lib.*
1.Surd.*vbi ſup. nu.*47. Roland. *conſ.*72.
*num.2.lib.*4.Gratian.*diſcept.*823.*nu.*27.
*& deciſ.Marcb.*102.*num.*13.Girocc. &
Staib.*loc.cit.*
223 Ampliatur ſextò, vt pupillus non
poſſit hæreditatem, ſibi delatam, re-
pudiare, ſine ſolemnitatibus, Rebuff.
*in l.alienationis, verſ.*10. *ff.de verb.ſi-*
*gnific.*Simoncell. *de decret.lib.*2. *tit.* 6.
*inſpect.*5.*num.*56. *& lib.*3.*tit.*8. *inſpect.*
9.*num.*63. Ruin.*conſ.*101.*num.*4. *vol.* 5.
Bertazol. *clauſ.*10.*gloſ.*2.*num.*15. ſunt
Textus *in l.*1.*§.tutor, ff.de ſucceſſ.edict.*
l.ſi ad pupillum, ff.de auctorit. tutor. &
l.tutor, ff.de bonor.poſſeſſ. licèt ſecus in
minore; rationem differentiæ vide
apud Fab.*in.Iur.prudent.tit.*12.*princip.*
1.*illat.*12.& apud Narbon.*de ætat. ann.*
225 14.*q.*16.Multò magis denegatur pu-
pillo repudiatio legati, ſiue damna-
tionis ſit, ſiue vindicationis: quia
tunc verè alienat, ex quo legati do-
minium Iuris poteſtate tranſit recta
via in legatarium, *l.à Titio, ff.de furt.*
l.magis puto, §. fundum, ff. de reb. cor.
Simoncell.*vbi ſup.*Ant.Faber *lib.*8. *co-*
*niect.cap.*19.
226 Sic fideicommiſſum particulare,
quod legatis eſt exæquatum, Donell.
lib.8.comment.Iur. cap. 18. Simoncell.
vbi ſupra num. 70. Fuſar. *de ſubſtit. q.*
227 500.*num.*1.quod etiam habet locum
in minore, Gratian.*diſcept.*233.*num.*6.
Ricc.*in prax.for.Eccleſ.reſolut.*250.Va-
ſquez *de ſucceſſ.lib.*2.*§.*18.*nu.*86. Nar-
bon. *loc.cit. q.* 13. nec etiam poteſt re-
nunciare iuri, aut hypothecæ, Bald.&
Caſtrenſ.*in l.cum iis, §.*1.*ff.de tranſact.*
Bertach.*in repert.uerb.minor,*Narbona
*loc.cit.n.*5.
228 Multò magis, non poteſt renun-
ciare donationibus inter viuos, aut
cauſa mortis, ſibi factis, Narbon. *vbi*
229 *ſupra,num.* 10. Nec præfatis conclu-
ſionibus obſtant textus *in l. non frau-*
dantur, ff. de regul.Iur.in l.alienationis
verbum, ff. de verb.ſignific. l.ſi ſponſus,
§.ſi maritus, ff. de donat.inter vir.l.quæ
autem, ff.quæ in fraud. &c. quia dicta
Iura non loquuntur de pupillis, immo
nec de minoribus; ſed quãdo agitur de
non acquirendo, non verò de acquiſi-
tum renunciando, DD. *vbi ſupra* Schi-
fordeget.*ad Fabr. lib.* 1. *tract.* 9. *q.*1.
& latè DD. *indict. Iuribus.*
230 Quid, ſi minor contrahit cum iu-
ramento ſine decreto, & curatore? vi-
de Rouit.*in pragm.*1. *de minor.* Conſil.
de Roſa *conſult.*38.*num.*37. ſed cogita
reſpectu ſtabilium.
231 Limitatur primò, vt poſſit tutor
obligare pupillum ad fauorem magi-
ſtri pro diſcenda arte, aut ſcientia,
exemplo patris, qui ad hunc effectum
poteſt obligare filium, Viuian. *deciſ.*
290.Vrſill.*ad Afflict.deciſ.*307.Criſtin.
*dec.*316.*tom.*3.Rota *in Roman. Merce-*
dis, 9. Iunij 1621. *coram Manzanet.*
*impreſ.p.*4.*recent.tom.*2.*dec.* 296. Immo
filius familias hoc caſu tenetur, etiam

ſi ſine patris conſenſu ſe obligauerit, Rota *loco cit.num.*14.Vrſill.*vbi ſupra*, *Rota apud Buratt. deciſ.*810.Ricc. *collect.*480.

232 Limitatur ſecundò, quando bona pupilli, aut minoris, alienantur cum debitis ſolemnitatibus, de quibus Interpretes *in dictis locis*, Girocc. Altograd. & Staiban. *vbi ſupra*, Merlin. *lib. 2. controuerſ. cap.* 74. de Marin. *lib. 2. controuerſ. cap.* 18. præ-
233 cipuè requiritur tutoris authoritas, vrgentia æris alieni, Iudicis decretum, diligenter cauſæ cognitione adhibita, & ex actis iuſtificata: quia non creditur Iudici, hanc in decreto aſſerenti, Simoncell. *de decret. lib.1.tit.1.à num.*3. Menoch. *de arbitr. cap.*171.*num.*24.Girocc. *loco cit.* Staib. *d.cap.*159.*nu.*113. Altograd. *d.controu.* 7. Rota *apud Caualer.deciſ.*254. *nu.*10. Marcian.*lib.2.diſput.*71.

234 Limitatur tertiò, in alienatione neceſſaria, ſiue ſit neceſſitas legis, ſiue hominis: eſt neceſſitas legis, ſecundùm tradita *in l. ſi quis ſepulchrum, ff. de Religioſ. & ſumptib. funer.* quando lex cogit aliquem alienare, Cancer.*lib.3.variar.cap.*14. Cyriac.*controuerſ.*231. *num* 17. Rota *part.1. recent. deciſ.*676.*num.*2. Gratian.*diſcept.* 742. *num.* 25. de qua vide, vltra citatos, Giurb. *deciſ.* 86. Theſaur. *lib.1.forenſ. q.*64.*nu.*9.Tondut. *reſolut.benefic. tom.* 2.*cap.*147.Addentes *ad Reuert.dec.*284. *ad Capyc.Latr.deciſ.*103. Gizzarell. *dec.*
235 38. Velanz.*conſ.*18. *lib.*1. Neceſſitas hominis, quando adeſt pactum præcedens, vt, ſi pupillus habeat rem cum pacto de retrouendendo, acquiſitam ex proprio contractu, vel defuncti, vel adiectionis in diem, *l. magis puto, §. ſed ſi pater, ff. de reb.eor.l.1.Cod.quando decret.opus nõ eſt*, Frãch.*dec.*206.vbi Add. Galeota *lib.1.controuerſ.cap.*33. Cãcer, *lib.2.variar.cap.6. num.* 103. Vaſquez *lib.3.v.ſufrequent.cap.66.num.*4.& *cap.* 67. Cald.*in l.ſi curatorem, verb. lætis, num.*61.Molin.*de contract. diſput.*562. Guttierez *de tutel.par.2. cap.* 22. Cyriac.*lib.2.controuerſ.cap.*308.& 309. ſic etiam in retrouenditione cenſus, Rota
236 *apud Buratt.deciſ.*526.*num.*2.Sed, vt reemens conſequatur liberum dominium, aut liberationem, melior cautela eſt, vt fiat emptio, aut retrouenditio cum decreto Iudicis: quia, licèt teneat retrouenditio, tamen poterit pupillus, aut minor, confugere ad remedium reſtitutionis in integrum, ex *l.1.Cod.ſi aduerſ.ſolut.* cui non eſt derogatum per dictam *l.1. Cod. quando decret.opus non eſt*, Franch.*loc.cit. nu.*24. Felician. *de cenſib. tom. 1. lib.4. cap.*8. Cenc.*eod.tract.q.*69. *num.*15. & Rota *poſt ipſum deciſ.* 175. Roder. *de ann. reddit.lib.2. q.* 15. *num.* 83. Arias de Meſa *lib.3. variar. cap.* 27. Altograd. *conſ.*43. *lib.*1. licèt contrarium ſubſtinuerint Cald.Guttierez, & Molin. *vbi ſupra*, Hodiern.*ad Surd.deciſ.*229. de Ponte *conſ.*83.*à n.*4.*lib.*2.Marcel. Megal.*tom.2.variar. cap.*170. quos refert Reuer. de Luca *ad Franch. dicta dec. num.*2.

237 Decimum nonum ſpeciale eſt, vt pupillus ſit immunis à ſolutione tributi, quod pro capite indicitur, vulgò *à pagar la teſta*, per Textum *in l. ætatem, ff.de cenſib.* & licèt hanc immunitatam tantùm conceſſam in Syria nonnulli contendant, tamen in contrariũ eſt veritas: quia locus in illo Textu non taxatiuè, ſed enunciatiuè commemoratur, vt habetur *in Cod. Theodoſ. tit.de cenſib.in l.6.*latè Carazz. *de pact.*
238 *cap.5.ſeſſ.3.nu.* 102. Narbon. *de ætat. ann.*14.*q.*37.*à num.* 3. licèt ſecus ſit in muneribus realibus, à quibus nulla ætas excuſatur, *l.reſcripto, §.ſciendum, ff.de muner.& honor. l.neque, Cod.de*
239 *muner.patrim. lib.* 10. hinc in Regno deducitur à Numeratione, ſi non poſſideat bona redditus vltra vnciam, vt infra ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ.

240 Vigeſimum ſpeciale eſt reſpectu vltimarum voluntatum, vt pater filio ſuo impuberi, & in eius poteſtate exiſtenti, valeat pupillarem ſubſtitutionem ordinare, quæ dicitur teſtamentum filij, ex eo quia de filij bonis, & hæreditate diſponit, vt docet Anton. Faber *in rational.ad textum in l. Papinianus,*

nianus, §.*ſed nec impuberis*, *ff. de inoſ-
ficiſ.teſtam.*idque non lege aliqua, aut
Senatus Conſulto, ſed à Prudentibus
excogitatum, & poſtremò moribus,
non Lacedemonum, vt malè Accur-
ſius putabat, ſed Romanorum intro-
ductum, vt DD. *in l.moribus*, *ff.de vul-
gar. & pupill.* Viglius, & Duaren. *ad
tit.de vulg.& pupill. c.*12. ea ratione,
quia Iuris ſubtilitate, patris, & filij
vna eſt perſona, vnum patrimonium,
& vna familia, *l.vltima*, *Cod. de impu-
ber. &c.* vt benè Pichard. *Inſtitut.lib.
2.in rub, de vulgar. & pupill. n.*15.Sed,
quia dicta ratio non adeò conuincere
poterat, ex quo aderat repugnantia
Iuris principijs, & rectæ Iuriſpruden-
tiæ, quia nemo niſi de rebus proprijs,
& non alienis,hæredem facere poteſt,
l.duodecim tabularum, *& l.verbis legis*,
ff.de verb.ſignific. & eſſentia teſtamenti
eſt, vt à propria, & non aliena volun-
tate dependeat, & naturaliter diuerſa
eſt voluntas patris, & filij, vt ratioci-
natur Bartol. *in l.captatorias*, *num.* 7.
Cod.de teſtam.milit. & in ijs, quæ be-
nignitate Iuris conceduntur, vt ſunt
teſtamenta,ſecundùm Gloſs. *in l. illa
inſtitutio*, *ff.de hæred.inſtituen.* non ha-
bet locum fictio, ſed veritas, nec ſunt
admittendæ duæ fictiones circa idem,
DD.*in l.1.Cod.de dot. promiſſ.* ideo po-
tiùs hæc ſubſtitutio ſpeciali pupilli fa-
uore, contra Iuris principia,fuit indu-
cta, vt qui ob impedimentũ ætatis, &
patriæ poteſtatis,teſtamenti actiuam
actionem non habet, quod valdè iniu-
rioſum reputatur à Iure, *l.quia*, *ff. de
interrogat. actionib.* hanc ex patris iu-
dicio obtineat, vt I. C. *in l.ſi pupillus*,
ff. de acquiren. hæred. & Iuſtinian. *in
lib.2.Inſtit.de pupill.ſubſtitutione*;Vnde
241 communiter inferunt noſtri, hanc
ſubſtitutionem pupilli vtilitatem con-
tinere, vt Petr.Greg.*ſyntagmat. Iuris
vniu. p.3.lib.42.cap.23. num.*4. Ferrer.
in Conſtit.Catalon. verb. los impuberes,
*gloſ.1.num.*100. & hæc ſubſtitutio dici-
tur teſtamentum pupilli, ſi ipſi magis
expediat, vt *in d.§ ſed nec impuberis*,
Barboſ.*in l.2.num.* 14.*ff.de vulgar.* Fu-
ſar.*de ſubſtitut.q.*242.*nu.*19.Amat.*lib.1.
var.cap.*15.

242 Hinc deducitur,per hanc ſubſtitu-
tionem pupillarem expelli à legitima
illos, quibus aliàs competeret in bo-
nis pupilli, necnon ex fideicommiſſo,
prouidentia maiorum, aut ſtatuto,vo-
catos ad ſucceſſionem in bonis pupil-
li, in caſu decedentię ab inteſtato,Pa-
riſ. *conſ.15.num.5. vol.3.* Simon de Pe-
tr. *de interpret.vltim.volunt.lib.3.dub.*
3.Fuſar.*de ſubſtitut.q.*444.*num.*2.Barry
*de ſucceſſ.lib.17.tit.an conditio poſſit im-
pleri pro parte*, *n.*7.

243 Sic etiam ſi filio impuberi compe-
tit in officijs ius nominandi ſucceſſo-
rem, poterit pater pupillariter ſubſti-
tuendo nominare, Montan. *de regal.
offic.num.* 45. ſic in nominatione em-
phytheuſis, Cald. *de nominat. ad em-
phyt.lib.2.q.8.num.26.& lib.3.cap.14.n.
13. & lib.4.tit.29. q.4.num.3.&* 4. Mo-
lin.*de iuſt.& iur.tom.2.diſp.*480.*num.*8.
& 10.*& diſput.*182.*&* 183. Ognat. *de
contract.lucrat.tom.2.part.2. tract.* 31.
*diſput.*112.*punct.*2. *à num.* 13. Sic etiam
244 ſi patri eſt prohibita alienatio,&filio
conceſſa,poterit pater hac ſubſtitutio-
245 ne diſponere, Bald. *conſ.* 462. *lib.* 5.
ſic mater, excluſa per ſtatutum ab in-
teſtato, poterit per pupillarem ſucce-
dere, Bald. *conſ.*116. *& conſ.* 42. *vol.*3.
246 & deniq; hæc ſubſtitutio regulatur
per omnia, ac ſi pupillus, maior fa-
ctus, teſtamentum feciſſet, niſi adſit
aliud impedimentum, Argel.*de acqui-
247 rend.poſſeſſ.q.7.art.3. num.* 44. Vnde
in bonis, alienari prohibitis à ſtatu-
to, conſuetudine, aut ab homine, ne-
quit fieri pupillaris, Afflict.*deciſ.* 310.
Franchis *deciſ.295.& deciſ.*486.Giurb.
*deciſ.17.num.*21. Molfeſ. *ad conſuetud.
Neapolit.in add.par.2.tit.de bonis,q.*23.
*num.*4.Paſchal. *de patr.poteſt.par.1.cap.
9.num.*8.Amat.*vbi ſupra,nu.6.ex textu
in l.is, cui ex bonis*, *ff. de vulgar.*

248 Sed an pater poſſit ſubſtitutionem
pupillarem facere in feudis, vigore
gratiæ, de qua *in prag.33. de feudis*,
laté fuit diſputatum in S.C.infamige-
rata illa cauſa Ducis Andriæ ab Ad-
uocatis vtriuſque partis, quorum
ſcripta in compendio habentur apud
Reu.de Luca *lib.1. d.lin.legal. art.6. à*

M 2 *num.*

num. 28. in cuius diſcuſſione pluries
in Aula ipſe interueni, & fuit cauſa
in poſſeſſorio deciſa pro ſubſtitutione,
ſed quis meliora induat arma in pe-
titorio non eſt inſpectionis præſentis
tractatus, forſitan, Deo fauente, aptio-
ri loco diſputabimus.
249 Vigeſimum primum ſpeciale eſt,
vt fauore pupilli, immo minoris, in
legato quantitatis currat intereſſe à
die mortis teſtatoris, á quo contrahi-
tur mora irregularis, *l. in minorum,*
Cod. in quib. cauſ. in integr. reſtitut. non
eſt neceſſe, l. Titia Seio, §. vſuras, de le-
gat. 2. l. 26. §. 1. ff. de fideicommiſſ. libertat.
250 quod etiam cõmunicatur Eccleſiæ,
cauſæ piæ, Vniuerſitati, doti, & Fiſco,
vt DD. *in dictis Iuribus.*
251 Limitationes huius ſpecialis vide
apud Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 94.
num. 87. Petr. Gregor. *ſyntagmat. Iur.*
ciuil. lib. 21. *cap.* 14. *num.* 3. Mantic. *de co-*
niect. lib. 7. *tit.* 10. Gratian. *diſcept.* 241.
Excob. *de ratiocin. cap.* 15. Staiban. *de in-*
tereſſ. lib. 2. *tit.* 5. *q. vnic. num.* 31. Leotar.
de vſur. q. 82. *num.* 3. de Marinis *lib.* 1.
quotid. cap. 200. Ant. Fabr. *in Cod. tit.*
de vſur. & fructib. rei legat. defin. 12.
Franchis *deciſ.* 16. & 624. vbi de Luca,
Rouit. *deciſ.* 90. Giurba *dec.* 97.
252 Vigeſimum ſecundum ſpeciale eſt,
vt pupillus non poſſit incidere in cõ-
miſſum ob non ſolutum vectigal, aut
canonem, taliter, vt ſit tutus ipſo Iu-
re, nec egeat remedio reſtitutionis in
integrum, *l. Imperatores, §. finali, ff. de*
public. & vectigal. Antonell. *de temp. le-*
gal. lib. 2. *cap.* 99. *num.* 17. ſic ſi nõn fecit
deſcribere bona in cataſto ad finem
ſoluendi collectas, Salicet. *in l.* 1. *Cod.*
de falſ. monet. Niger *in capit. Regn. por-*
recta, num. 44. Narbon. *de ætat. annor.*
14. *q.* 28. Rota *par.* 18. *recent. tom.* 1. *deciſ.*
93. *num.* 6. Bonden. *de iur. controuerſ. c.*
23. *n.* 17. Cyriac. *lib.* 2. *controu.* 370. *n.* 42.
253 Hinc infertur, vt pupillus feuda-
tarius, non petens inueſtituram intra
annum, & diem, non amittat feudum
de Iure communi, nec de Iure Regni
254 tenetur ad duplicatum releuium,
quod eſt loco inueſtituræ, *cap.* 1. *§. præ-*
terea, de prohib. feud. alienat. per Fede-
ric. cap. 1. *quo tempor. mil. cap. ſi minoris,*
cap. ſi quis deceſſerit, ſi de feudo defunct.
fuerit controuerſia, vbi Gloſsa, *cap. Re-*
gn. in nomine Dei æterni, Alexand. *conſ.*
79. *num.* 11. *vol.* 1. Caſſan. *in conſuetud.*
Burgund. rub. 3. §. 2. *num.* 1. Clar. *in §.*
feudum, q. 93. *num.* 4. ex noſtratibus
Iſern. *in cap.* 1. *§. ſimiliter in oſtendiтijs,*
de cap. Corradi, Rouit. *in pragm.* 1. *de*
255 *offic. Procurat. Cæſar.* & tẽpus 14. an-
norum, etiam conſideratur in fœmi-
nis, alioquin puberibus in anno 12.
Rebuff. *in l. pueri, ff. de verbor. ſignific.*
Forcatul. *de Iur. feud. cap.* 4. Gui-
don. Pap. *deciſ.* 435. Narbon. *de ætat. an-*
nor. 14. *q.* 29. *num.* 2. Cardinal Thuſc. *lit.*
F. concluſ. 124. *num.* 64. ratio eſt, vltra
256 adducta, quia annus, præſcriptus ad
petendam inueſtituram ex § *ſi Titius,*
vbi Gloſ. & DD. *verb. per annum, ſi. de*
feud. defunct. fuerit controuerſia, non
currit pupillo intra tempus pupillaris
257 ætatis; Minoribus verò licèt currat
in eorum damnum, tamen conceditur
reſtitutio in integrum, contra pœnam
commiſſi, vel duplicati releuij, *§. ſi mi-*
nori, eodem tit. Gloſ. *in §. præterea* 14.
annis, de prohib. feud. alienat. per Fe-
deric. Iaſon. *conſ.* 78. *num.* 7. *vol.* 1. Ale-
xand. *conſ.* 79. *num.* 24. *vol.* 1. Peregrin.
conſ. 94. *num.* 53. *vol.* 2. Theſaur. *deciſ.*
258 227. *num.* 4. & de feudo ad emphy-
teuſim valet argumentum, & in em-
phyteuſi, vt diximus, pupilus eſt tu-
tus ipſo Iure, & minor per beneficium
reſtitutionis, Corbul. *de cauſ. priuat.*
emphyt. tit. de eo, qui peteret inueſtitu-
ram, num. 17. Rota *par.* 10. *recent. deciſ.*
143. *num.* 28. & *par.* 18. *recent. deciſ.* 92.
à n. 7. *tom.* 1.
259 Et licèt reſpectu duplicati releuij
contra pupillum teneant Rouit. *in di-*
cta pragm. num. 3. ex decreto Regiæ
Cameræ *apud de Marin. arreſt.* 72. Gan-
nauer. *dec.* 31. Ricc. *collect.* 2041: ea ra-
tione, quia pupillus tenetur, ſicut ma-
ior, ſoluere releuium intra dictum
tempus, ergo ad inſtar maiorum de-
bet condemnari ad pœnam duplica-
ti, introductam ex benignitate Regis
Roberti, mitigando antiquam cadu-
citatis, ac proinde non debet in
dam-

damnum Fiſci concedi hæc ſecunda indulgentia.

260. Tamen veritas eſt in contrarium de iure: quia, licèt teneatur pupillus ſoluere releuium in dicto tempore, tamen nil cautum eſt contra ipſum de pœna, ſed remittitur diſpoſitioni Iuris communis feudorum, & Regni, à quibus excuſatur pupillus; & negatur paritas obligationis ſolutionis releuij in maioribus, quæ, licèt ſit æqualis cũ pupillo, tamen diſpar eſt in incurſu pœnarum; & doctrinæ adductæ per Gannauer. non loquuntur de pupillis, ſed de minoribus, quę nec etiam tranſeunt ſine difficultate; immo dextruuntur à traditis per Nigr. *vbi ſup. num. 26. verſ. limita* 3. Forcatul. *vbi ſupra, num.* 18. Caſſan. & Thuſc. Mandoſ. *in caſib. annal. num.* 17. Cuiac. *de feud. lib. 4. tit.* 13. & Narbon. *vbi ſupra; nu.* 4. Nec obſtat ratio de ſecunda indulgentia: quia ſolutio releuij eſt loco inueſtituræ, quæ gratis aliàs de Iure feudorum concedi debet, & pœna caducitatis compenſari debet cum ſolutione releuij, quæ tantùm moribus eſt

261 introducta; nec pupillus, in quo dolus non cõſideratur, debet eſſe æqualis conditionis cũ maiore, immo, quia pœna duplicati ſubrogata eſt in locum commiſſi, eſt ipſius naturæ cum omnibus qualitatibus, vt DD. *in §. fuerat, Inſtitut. lib. 4. de actionib.* ergo vbi prima ceſſat, ceſſare debet pœna ſubrogata, nec extendi vltra caſus, à Iure expreſſos, ex *regul. odia*, *in* 6. & hanc noſtram ſententiam tenet Thor. *in compend. deciſ. par. 1. verb. reſtitutio in integrum, competens minori*, & fuit iudicatum per Regiam Cameram anno 1611. *apud Reg. de Marin. arreſt.* 563. licèt poſt 14. annum fuerit condemnatus minor ad ſoluendum intereſſe releuij ad rationem ſeptem pro centenario, vide Iſern. *in d. §. ſimiliter, num.* 14. Mormil. *in ſuis ſingul. poſt conſtit. poſt mortem, num.* 8. Nouar. *in prag.* 20. *de offic. Procurat. Cæſar. num.* 9. Conſil. Petra *Rit. M. C. 4. num. 16. verſ. illud verò, an minor.*

262 Vigeſimum tertium ſpeciale eſt, vt pupillus, immo minor, non poſſit in mora conſtitui per interpellationẽ extraiudicialem, vel per citationem, quando non habet tutorem, vel curatorem, vel ſi habeat, abſque eorum

263 authoritate: ratio eſt, quia quantũ in ſe eſt, pupillus non poteſt diſponere de rebus ſuis, & inferre ſibi præiudicium, & in iudicialibus non habet legitimam perſonam, vt validè poſſit citari, vt diximus in ſecundo ſpeciali, ſic Iacob. de Aren. Bartol. Cuman. & Iaſon *in l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb. obligat.* Simoncell. *de decret. lib. 2. tit. 6. inſpect. 12. num.* 117. Cuiac. *ad Afric. in*

264 *l. 27. de vſur. tract. 9. &* 15. licèt ſecus quãdo Interpellatur ex obligatione defuncti, vel de iis, quæ à teſtamento, in quo eſt ſcriptus hæres, deſcendunt, Narbon. *de ætat. ann. 25. q. 3. num.* 16.

265 ſic etiam ſi mora eſt contracta à defuncto, Reg. de Marin. *lib. 2. quotid. cap.* 299. aliter ſi moram contraxerit reſpectu teſtamenti in omittendo, ſcilicet in nõ adimplendo legata, vel alia ordinata in teſtamẽto, ob quã debuiſſet priuari hæreditate ex *Auth. hoc amplius, C. de fideicommiſſ.* abſque beneficio purgationis moræ, quæ alioquin

266 ſemper de æquitate Canonica admittitur, ex *capit. potuit*, *de locato*, & traditis per Capyc. latr. *deciſ.* 30. tamen habet reſtitutionem in integrum aduerſus moram, Dec. *conſ. 349. nu. 1. & 2.* Ruin. *conſ.* 149. *num.* 4. *vol.* 1. *conſ.* 33. *numer.* 8. *volum.* 3. Crauett. *conſil.* 204. *num.* 13. Menoch. *conſ. 425. num. 18. vol. 1.* Odd. *de reſtit. in integr. q. 42. num.* 59. Gratian. *diſceptat.* 607. *num.* 12. Cyriac. *controuerſ.* 451. *num.* 127. Capyc. latr. *conſult.* 127. *lib.* 2. Vincent. Bonden. *de Iur. controuerſ. collect. 7. n.* 66.

267 Hinc infertur primò, quod contra pupillum non poteſt inſtrumentum liquidari via Ritus M. C. Frecc. *de præſent. inſtrument. par. 11. q.* 5. Conſil. Staiban. *lib. 1. forenſ. cap. 8. num.* 9. ex Textu *in l. ſi ex ſtipulatu, ff. de verb. obligat.* & Gloſſ. *in l. ſi dictum, §. fin. ff. de euictionib.* Conſil. Petra *Rit. M. C.* 166. *nu.*

268 103. licèt alia cõcurrat ratio, ſcilicet, quia

269 quia pupillus nõ incidit in periuriũ,
quod eſt fundamentum liquidationis,
nec carcerari poteſt, Rouit. *in prag.*
*1.de minor.num.*34; & licèt ſit contro-
uerſia inter DD. an *Authentica ſacra-*
menta puberum, *Cod.ſi aduerſ. vendit.*
habeat locum in pupillo, vel puberta-
ti proximo, de qua Fachin. *lib. 3. con-*
*trouerſ.c.*10. Mauſon. *de cauſ. exequut.*
*limit.*11.*à num.*15.Ceual.*commun.cont.*
*commun.q.*123. Mancin.*de iuram. p.* 4.
*effect.*1.*q.*13. Narbon. *de ætat. ann.* 10.
cum dimidio,q. 11. tamen, quicquid ſit
de obligatione, certum eſt, quod non
tenetur ad pœnam periurij; quia in ea
requiritur dolus, & voluntas fallendi,
quæ non conſiderantur in pupillo, vt
Paulus I. C. *in l. qui iuraſſe*, *ff. de iur.*
iuran. ibi: *Quanuis pupillus non videa-*
tur periurare, *quia ſciens fallere non*
videtur, vbi Gloſ. *verb. non videtur*, &
ſubtiliter Anton. Faber *in rational.*
ad d. text. & ex eadem ratione non
270 habet locum contra pupillũ *pragm.*
63.de offic. Procur. Cæſar. concedens
exequutionem paratam contra ſcri-
bentem apocam bancalem poſt reco-
gnitionem, vt Rouit. *ibid.nu.*36. Thor.
in ſupplemen.decíſ.uerb.apoca ſubſcripta,
Conſil. Petra *vbi ſup.n.*104.

271 Infertur ſecundò, ex allegatis ra-
tionibus, pupillum nullo modo li-
gatum pœnis indictis, ſiue á lege, ſiue
ab homine, Occa. *de ſacrament. tract.*
*2. de Eucbariſtia,q.*7.Merecr. *in 3.par.*
*Diu.Thom. de ſacrament.q.6. art.5.n.*7.
Caſtropal. *in oper.moral.tom.1.tract.*3.
*diſput.1.punct.24.§.2.num.*9. Ricc. *in*
prax.for.Eccl. deciſ. 457. Pater Diana
*par.3.tract.2. reſolut.48.par.4.tract.*4.
*reſolut.207.& par.5. tract.9. reſol.*46.
Enriquez *in compend. cauſ. conſcient. c.*
*4.num.*8. Perez *in ſumm. Theolog. præ-*
cept.9.tit. de las cenſuras Eccleſiaſticas;
Excepta tamen excommunicatione,
contenta *in capit. ſi quis ſuadente*
diabolo, 17. *q.*4. quæ etiam contrahi-
tur à pueris dolo capacibus, *cap.quã-*
uis, & cap.pueris, de ſentent. excommu-
273 *nic.* Quanuis aliqui Canoniſtæ, &
Theologi teneant, pupillum doli ca-
pacem innodari cenſuris; ſed tamen
retenta priori ſententia, infertur ex
Auila *de cenſur.p.7.diſput.6.ſeſſ.5.dub.*
13. Enriquez *lib. 13.de irregular.cap.*
*3.num.*4. Sanchez *in ſelect. diſput.* 26.
274 *nu.*18. & Diana *vbi ſupra*, puerum
in ea ætate occidentem, vel mutilan-
tem, non contrahere irregularitatem,
vide Ricc. *in prax.par.1.reſolut.*432.

275 Infertur vltimò, quòd ſi, extante
præcepto Principis, vt ſub pœna pe-
cuniaria, vel corporali, bannitorum
conſanguinei vſque ad quartum gra-
dum extrac̃tent á Regno, tamen in
ea non comprehenduntur pupilli, nec
etiam ſexagenarij, Roman. *conſ.* 120.
*num.*4. Antonell. *de loc.legal. lib.2.cap.*
*1.q.22.num.*460. Conſil. Rocc. *de offic.*
276 *rub.15.à num.* 102. *vſque ad* 109. Sic
etiam non poteſt puniri pœna, inflicta
à Regia Pragmatica ex cauſa extra-
ctionis rerum, & pro controbanno,
Borell. *de magiſtrat.lib.3.cap.*14. Fari-
nac. *in prax.criminal. qq.q.2.art.* 143.
& alij, quos refert Mauſon. *de contro-*
*bãn.q.7. à n.*4.

277 Vigeſimum quartum ſpeciale eſt,
vt non poſſit pupillus ob debitum, vel
cauſam ciuilem, carceribus mancipari,
l. neque impuberes, vbi Bart. Bald. &
Roman. *ff. de in ius vocand.l.contra pu-*
pillum, ff. de re iudic. l.ſi minor, *ff. de*
bonis authorit. Iudic. poſſiden. Io: Bapt.
de Sanſeuerin. *de debitor. ſuſpect. q.*
*princip.à num.*1.Specul.*de contum.§ fin.*
Caccialup. *de debit. ſuſpect. q.* 5. *verſ.*
circa ſecundum, Polidor. Ripa *ſingul.*
*obſeruat.cap.355.num.*5. Baez *de inop.*
*debit.cap.8.nu.*2. Coler. *de proceſs. exe-*
*quut.par.2.cap.3. num.*247. Mauſon. *de*
*cauſ.exequut.limit.*11. *num.*10. Gratian.
*diſcept.328.num.*17. Salgad.*de Reg. pro-*
278 *tect.par.2.tom.1.cap.4.num.* 8. Secus
eſt pro cauſa criminali, DD. *loc. cit.*
Narbon. *de ætat.ann.25.q.36. num.* 3.
licèt debeat diſtincto carcere poni ob
timorem libidinis, & de facto in M.C.
V. adſunt particulares puerorum car-
ceres.

279 Vigeſimum quintum ſpeciale eſt,
vt pupillus, aut minor 14. annis, non
poſſit torqueri, *l.ex libero*, §. *de mino-*
re, ff.de quæſtion. l.1. §. in puberis, ff. ad
Syllan.

Digitized by Google

*Syllanian.*Iul.Clar.*in prax.crim.*§.*finali q.64.verſ.quæro*, Farin.*de indic.ad tortur.q.5 1.nu.16.*Guazzin.*ad defenſ. reor. defenſ.30.cap.11.num.1.* Scial. *in prax. torquen.reos, cap.3.num.3.* Narbon.*de ætat.ann.*14.*q*.42.*à n.3.*

280 Et ſi de facto torqueantur, & delictum confiteantur, confeſſio illis non nocet, nec contra alios facit indicium, Guazzin.*loc.cit.num.*4.*&* 12.Scial.*n*.4.

281 poterit tamen, ſi ſeptennium excedat, terreri in atrocioribus, corrigi, aut cædi ferula, Add. *ad Guidon. de Suzzar.de indic.& tortur.num.*13. Foller. *in prax.crim.verb.rei indurati torqueantur, num.*20.Farin.*vbi ſupra, nu.* 17.Narbon.*vbi ſupra, num.* 5. Giurba *conſ.crim.*73.*num.*9. & Tacit. *lib.5. annal.* qui refert puellam Seiani ductam à litore ad ſupplicium interrogaſſe, quod ob delictum, & quò traheretur? Et poſſe ſe puerili verbere moneri.

282 Limitatur ſupradicta concluſio in crimine læſæ Maieſtatis, humanæ, aut Diuinæ, *d.l.de minore*, ita tamen, vt ſit pupillus pubertati proximus, & non adſit timor, quod pereat in tormentis, Narbon.& Farin.*loco cit.*Guazzin. *n.9. c.18.nu.*4.Mart.del Rio *in diſquiſit.magic.lib.5.ſeſſ.9.*§.*quo ad perſonas*, Pegn. *in direct.inquiſit.par.2.comment.* 110.§. *minores*, Add.*ad Clar. loc. cit. num.67.* Mirand.*in ordin.iudic.tom.2. q. 26. art. 13.concluſ.7.* Laurent. de Pax. *in prax. tomo 1.par.1.cap.3.*§.12. *num.*50. Pater Diana *p.4.tract.7. reſol.*29.

283 Vigeſimum ſextum ſpeciale eſt, vt pupillus excuſetur à delictis, aut ſaltem mitiùs puniatur; & quidem ſi ſit infans, nullo modo poteſt puniri, cùm doli capax non ſit, & quicquid in ea ætate videat, aut faciat, ignoret, *l.* 1. *Cod.de falſ.monet.l.ſed, etſi*, §.*finali, ff. ad l.Aquil.l.infans, ff. ad l. Cornel. de ſicar. clement.1.de homicidio*, ita vt in integrum reſtitutione non egeat, ſed ipſo Iure ſit tutus à pœna, *l.*1.vbi Butric.Bartol.Alberic.& Caſtrenſ.*Cod. ſi aduerſ.delict.*Gloſ.*in l.ferè in omnibus, ff.de regul. Iur.* quam ſequuntur Mainer. *ibidem num.2.&* 4.Decius *nu.* 10. Menoch.*de arbitr. lib.2. caſ.*329. Clar. *loco cit. q.*60. Farinac. *de pœnis tempo- ran.q.29.num.*46. quod ampliatur etiã ſi in ipſo dolus reperiatur, Farin. *loco cit.num.*50.

284 Ampliatur ſecundò in infantiæ proximo, Fulgoſ.*in d.l.*1.Comes *de delictis, cap.1.num.*55.Cald.*in l. ſi curatorem, verb. ſi aduerſarij dolo, Cod.de in integr.reſtit.*Farin. *num.*53.*in prax.cri-*

285 *min.*§.*in imbecillitate*; Secus tamen eſt in pubertati proximo, quia in totũ à delictis non excuſatur, ſed mitiùs puniri debet, ſicuti minor, *l.auxilium,* §.*in delictis, ff.de minor.cap.2.de delict. puer.*Farinac.*num.*62.*&* 64.Odd.*de*

286 *reſtit.in integr.q.* 80. *num.*96. & quidem in delictis ordinarijs tenetur Iudex minori pœnam minuere ſi ſit à lege ſtatuta ſecundùm menſuram delicti, eius arbitrio.

287 Sed quæſtio eſt, quid in delictis atrociſſimis, an, ſaltem per viam reſtitutionis in integrum, debeat pœna ordinaria minorari? de qua DD. *in d.*§.*impubes, in l.ferè in omnibus, ff. de regul.Iur.& in d.*§.*in delictis*, & videtur verior opinio, quod Iudex teneatur, Sforza, & DD. *loco cit. num.* 93. Farinac.*d.q.*92.*num.*103. *& conſ.* 66.*n.* 7.*l.b.2.*& Add. *ad conſil.1.eiuſdem lit.D. & conſ.33.lit.B.*Caball.*reſolut.crim.caſ.* 131.*&* 134. Guazzin.*ad defenſ. reor. p. 2.defenſ.* 33. *cap.*17. Vulpel. *conſ.* 141. Cald.*in d.l.ſi curatorem, num.* 61. Berlich.*pract. concluſ. concluſ.32.tit.de crimin.inceſt.num.*33.Contr.*diſcept.forenſ. cap.*93.Prat.*reſponſ.crim.*25.*à num.* 46. Sanfelic. *deciſ.* 57. & latè diſputata

288 prævaluit in S. C. teſte Franch. *dec.* 230.Vnde emanauit *Reg.pragm.1.tit.de minoribus*, quæ, corrigens neceſſitatem minorationis pœnæ, poſuit totum in arbitrio Iudicis.

289 Sed, an, attenta diſpoſitione dictæ Regiæ Pragmaticæ, vindicet ſibi locum in proximo pubertati, qui enormiſſimum delictum patrauit, ita vt poſſit Iudex pœnam arbitrari vſque ad mortem?

290 Et eſſe locum Regiæ pragmaticæ, tenet de Matin. *lib.2. quotid. cap.* 155. *num.*8.ex Bald.*in d.l.adminiſtrantes*, §.

qui

qui corporis, *ff. de excuſat. tutor.* ex Textu *in l.ſi arrogari*, *ff. de tutel. in l. excipiuntur*, *ff. ad Syllanian.* Ioſeph Lodouic. *dec. Lucen.* 17. *nu.* 55. Franch. *loco cit.* Fatinac. *d. q.* 52. *n.* 106. qui teſtatur, pueros annotum 12. vltimo ſupplicio damnatos.

291 Sed in contrarium eſt veritas: quia Regia Pragmatica ſolùm dirimit quæſtionem de minore, contra communem opinionem; non eſt ergo, diſpoſitio extendenda contra proximum pubertati: quia in pœnalibus minor, & impubes non æquiparantur, quod probat expreſsè Textus *in l. 1. §. impuberes*, *Cod. de falſ. moneta*, vbi impubes crimine falſæ monetæ, quod eſt atrociſſimum, non punitur, ſecus minor, Couatr. *lib. 2. variar. c.* 8. Gemin. *tract. de delict. cap.* 11. facit Textus *in l. Prætor*, *ff. de ſepulc. violat.* & probatur ex Hermanop. *lib.* 6. *tit.* 14. *de præter natur. laſciuient.* ibi: *præter naturam laſciuientes*, *tam agens*, *quàm patiens*, *gladio plectantur*, *niſi fortè*, *qui paſſus eſt*, *minor erat annorum duodecim*; & hanc differentiam agnouit doctiſſimus Farinac. *d. q.* 92. *num.* 108. vbi docet, in atrociſſimis, tunc minorem pœna arbitraria puniri, quando eſt maior annorum 14. & conſulto tamen Principe, & confutat exempla, adducta de minoribus annorum 12. Natbon. *de ætat. ann.* 14. *q.* 41. *n.* 8.

292 Non obſtant Iura, adducta per Domin. de Matin. & primò Textus *in d. l. ſi arrogati*; quia nil aliud ex eo deducitur, niſi quod impubes poſſit deportari, ſed non aperitur ſi ex delicto talis pœna eſſet impoſita, vel maior; nec ſecundò *d. l. excipiuntur*: quia loquitur de ſupplicio, quod eſt generale, ſe non de vltimo, licèt aliquando poſſit de vltimo conſiderari; Non obſtant *deciſiones* de Franch. & Sanfelic. quia loquũtur de minore; Nec Baldus: quia contra ipſum magis communiter tenent, vltra antiquos, Comes *de delict. cap.* 1. *num.* 17. Fatinac. *d. q.* 92. *nu.* 64. & 108. Danz. *de pugn. DD. tit. de minor. cap.* 2. *num.* 15. & hoc ſenſu eſt intelligendus de Luca *ad Franch. loco cit.* aliàs, ex adductis, non poteſt ſaluari eius opinio.

293 Hinc infertur, quod impubes ex quocunque atroci delicto, nullo modo poterit foriudicari: quia non poteſt pœna mortis naturalis puniri, Foller. *in praxi crim. in rub. foriudicentur*, *num.* 7. & 33. Maſtrill. *deciſ.* 161. Thor. *in compend. deciſ. par.* 3. *ſeſſ.* 2. *verb. minor*, Scial. *in prax. foriudic. cap.* 3. *à num.* 11. Amendol. & de Luca *ad Franchis loc. cit.* Danz. *de pign. Doctor. loc. citato*, *num.* 6.

294 Vltimum ſpeciale eſt, quod pupillus, immo minor, perfecta venditione, aut locatione ſuarum rerum ſub haſta, ſi deinde noua venit oblatio notabilis quantitatis, debet admitti, etiam ſi venditio ſit perfecta ſtatuto tempore, & ſecundus oblator præfertur, *l. etſi*, *§. quæſitum*, *ff. de minorib.*, & licèt ibi dicatur, quod circunſpectè erit faciendum, debet intelligi, quod non paſſim debet admitti, ſicuti priùs, ſed cum cauſæ cognitione; & quod dicitur de cauſis fortuitis inferiùs ſe declarat I. C. quando coll[illegible]s gratia adfuerit, aut dolus, & ſi non probatur euidens gratia, ex noua oblatione præſumitur negligentia, & ſic regulatur læſio à cauſa ſpeciali abſque minoris circunuentione, & ſic etiam ly *circunſpectè* debet referri ad læſionem, itaut non ſufficiat minima, ſecundùm terminos *l. ſcio*, *ff. eod.* vel ſi forſan res erat caſibus fortuitis ſubiecta, & eius fructus de proximò colligendi, latè Reg. de Ponte *de poteſtat. Proreg. tit. de regal. impoſit. §.* 5. *à nu.* 50. Capyc. Latr. *conſul.* 5. *lib.* 1. & *dec.* 158. *lib.* 2. vbi latè Giptius, Arias de Meſa *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *Poſtius de ſubhaſtation. inſpect.* 35. *à num.* 116. Salgad. *in labyrint. par.* 2. *cap.* 2. *à num.* 2. Antonin. de Amat. *lib.* 1. *reſolut.* 38. Thor. *in compẽd. part.* 1. *verb. oblatio*, Pratus *ad Muſcatell. lib.* 2. *gloſ. venduntur*. Nec requiritur dolus: quia, ſi adeſſet, etiam venditio rei maioris retractaretur; & fundatur in fragilitate minoris, ex eius priuilegio ob amiſſionem lucri, ex qua dicitur circun-

uen-

uentus, ex præſumpta negligentia, vt optimè de Ponte *loc.citato*,Gannauer. *conſ.2. num.* 16. quæ etiam procedunt in beneficium Eccleſiæ, Vniuerſitatis, & Fiſci, vtentium Iure minoris, DD. *ubi ſupra*, & ſignanter Gipt. *d. deciſ.* 158. *num.6.* & ſic I. C. ſe fundat in amiſſione lucri, ibi: *ex eo, quod in lucro*; vnde debet ſupponi, quod res iuſto ptetio ſit vendita, aliàs data læſione, lex eſſet de indubitabili caſu; vnde colligunt Noſtri, pupillum, aut minorem, reſtitui aduerſus amiſſum, vt optimè probat Rouit. in noſtris terminis *in pragm.1.de minor.à num.* 16.

295 Hinc quæritur, an *pragm.71. de offic.proc. Cæſar.* quæ loquitur in locatione rerum fiſcalium, habeat locum in beneficium Vniuerſitatis, & minoris? & quidam Doctor negabat, forſan ex doctrina Reg. Velanzuol. *conſ.* 75.*lib.*1. tamen verior eſt ſententia, habere locum à fortiori ad beneficium minoris, & Vniuerſitatis, vt DD. *vbi ſupra*, ſignanter Gipt.*loco cit.num.* 10.Reg.de Ponte *d.* §. 5. Gannauer. *d. conſ.2.num.*26.Dixi *à fortiori*: quia minor, & Vniuerſitas non habent præſcriptum tempus à pragmatica, quæ tantùm loquitur de locatione rerum Fiſcalium, & in cæteris eſt caſus omiſſus, qui remanet in diſpoſitione Iuris communis, qua attenta ſecluſo beneficio reſtitutionis, datur terminus triginta dierum, Bartol. *in l.ſi tempora, num.7. Cod. de fid. Inſtrument. & iur.haſtæ Fiſcalis*, immo quadraginta, vt Glof. *ibid.* Gannauer. *loc.cit. num.* 126.Franc.Marc.*deciſ.*566. *num.*3. *p.* 1. & per uiam reſtitutionis in integrum datur quatriennium, Bartol. *vbi ſup.* Camill. de Medic. *conſ.* 164. *num.* 18. Gannauer.*num.* 167. optimè Gipt. *loco cit.num.*13; adeo vt verior ſit opinio, quod diſpoſitio dictæ Pragmaticæ circa tempus non extendatur ad venditionem rerum Fiſcalium, vt Gannauer.*loc.cit.num.*96.Gipt.*num.*10. immo idem *num.*1. refert, quod noua oblatio, ſufficit, vt ſit notabilis quantitatis, licèt minus quantitate taxata à dicta pragmatica, vt refert deciſũ in cauſa Vniuerſitatis Sancti Seuerini, de qua deciſione eſt cogitandum in facti contingentia; & ex rationibus adductis corruunt deducta per Reg.Valenzuol. *loc.citato.*

Et hæc ſint dicta in gratiam pupillorum, alia ſpecialia poteris in toto corpore iuris, & apud DD. per te ipſum reperire, quia omnia proſequi integro tractatu eſſet opus, quod non eſt noſtri inſtituti.

§. SECVNDVS.

296 IN diſcuſſione focularis pupilli hæc regula tenenda eſt à Iudicibus, vel Regio Numeratore, vt, ſi pupillus poſſideat bona, ſufficientia ad victum ſecundùm ſuam qualitatem, fiat Decretũ, quod remaneat pro foculari, aliàs debet deduci, vt ex Inſtructionibus *in hac rub. cap. 7. num.* 1. ex Decreto Reg. Cameræ 15. Martij anni 1545. *apud Reg. de Marin. arreſt.* 522: Ratio eſt, quia pupillus non tenetur, niſi ratione bonorũ, cùm, vt dictũ eſt *in 19.ſpeciali*, ipſe ſit immunis à ſolutione oneris, indicti pro capite.

297 Et illa verba *bona, ſufficientia ad victum*, Regia Camera declarauit, ſi dicta bona excedant redditum vnciæ, vt diximus in rubr. *de Viduis*; ſed in vera acceptione aliter dicendum eſt, iuxta diſcurſum in *dicta rubrica*: quia verba Inſtructionum, & Decretorum Regiæ Cameræ intelligenda ſunt, ſecundùm Iuris diſpoſitionem, præcipuè quando agitur de præiudicio tertij, ſicuti eſt pupillus, aut vniuerſitas, cui iniungitur onus focularis, vnde relinquitur cogitandum.

298 Ad hoc, vt pupillus deducatur, ſufficit, vt non ſit completa ætas annorum 14. tempore liquidationis, etſi vnus dies deficiat: quia ſemper dicitur pupillus; licèt è contra, ſi exceſſerit vnum diem tempore liquidationis, ſit foculare: quia iam pupillaris ætas expirauit, vt diximus ſupra; hinc

299 non attenditur tempus reclamationis poſt decretationem Numeratoris,

ſed tempus Numerationis in prima inſtantia, à qua grauamen ſpecificatur: reclamatio enim ſuſpendit, non eſtinguit iudicatum reſpectu futuro euentu, *l.*1.§.1.vbi DD. *ff. ad Tertull.* latè Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4.*gloſ.*10.*p.*1.*à num.*68.

300 Quid,ſi minor annorum 14. habeat patrem inutilem, nempe cœcum, vel alio perpetuo morbo laborantem, vel ſexagenarium, aut miſſum ad triremes?

Reſpondetur,quòd eſt deducendus: quia hic etiam dicitur pupillus, vt ſupra probauimus, & militat eadem ratio exemptionis pro capite; ſecus autem, ſi exceſſerit ætatē annorum 14. Sic reſpondit Regia Camera Regio Numeratori Anibali Quaranta 23. Septembris 1662.*vt in libro Notamentorum Regij Secretarij*.

301 Quid,ſi pupillus poſſideat pro cõmuni, & indiuiſo, cum fratre maiori Sacerdote,& cum eo viuat vnite?Reſpõdetur,ſi portio pupilli excedat redditũ vnciæ, non eſt deducendus,ſed in Numeratione eſt ponendus in capite pro foculari,deinde deſcribi Sacerdos, non vt ſubfoculare, ſed vt ſciantur perſonæ, habitantes in loco; ſecus autem, ſi eius portio non aſcendat ad redditum vnciæ:ſic Regia Camera reſpondit doctiſſimo viro Domino Conſiliario D. Thomæ Carauita recolendæ memoriæ 14. Octobris 1662.*in lib. Notamentorum,vt ſupra.*

302 Quid,ſi pupillus nihil aliud poſſideat, niſi feudum nobile? vide infra *in rubr. de Baronibus*. De alijs in hac materia vide,quæ diximus *in rubr. de Viduis, & de Sexagenarijs.*

TITVLVS OCTAVVS.

De Vagabundis, & Famulis.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc titulo de Vagabundis, ſeu erronibus, eorumque qualitate, & quomodo ſunt à Republica eliminandi, aut ſaltem corrigendi, vt ad laborandum, & ad maiorem frugem dirigantur, & quomodo ſint numerandi, & ſint focularia? Necnon de famulis, qui aliorum ſeruitijs ſunt mancipati, de eorum ſalario, & de modo eos cõputandi, & in Numerationem redigendi.

SVMMARIVM.

1 *Introductio tituli.*
2 *Adducuntur DD. tractantes de vagabundis.*
3 *Definitio vagabundi adducitur cum DD. & locis Sacræ Scripturæ.*
4 *Vagabundus dicitur quietis impatiens, circumambulans per forum, & plateas.*
5 *Vagabundi,ex otio ſunt diuerſis criminibus maculati, & dicuntur peſtis Reipublicæ, & proinde extirpandi.*
6 *Athenienſes inquirebant de modo, quo quiſque victum ſibi comparabat,& otioſos vltimo damnabant ſupplicio.*
7 *Deus creauit hominem, vt operetur.*
8 *De malis, ab otio prouenientibus.*
9 *Semper aliquid boni operis faciendum, ad euitandum otium, à quo multa mala proueniunt.*
10 *Appij Claudij ſententia.*
11 *Contra vagabundos plures pœnæ à Iure inſlictæ.*
12 *Vagabundus, an debeat remitti in loco delicti?*
13 *Vagabundus poteſt torqueri ſine indicijs.*
14 *Vagabundus priuatur obſequij vxoris.*
15 *Vagabundus Clericus poteſt priuari etiam ſimplici beneficio.*
16 *Vagabundus præſumitur delinquens.*
17 *Pœnæ corporales, contra vagabundos in diuerſis Regnis, & Prouincijs ſtatutæ.*
18 *Cain in pœnam profugus in Terra habitauit.*
19 *Vagabundus non eſt teſtis idoneus,quia præſumitur infamis.*
20 *Contra vagabundum proceditur ex officio, probata eius qualitate.*
21 *Quomodo probetur hæc qualitas?*
22 *Semel vagabundus,ſemper præſumitur talis.*

23 *Va-*

23 *Vagabundus in cauſa Numerationis probatur per atteſtationes trium Vniuerſitatum Regni.*

24 *Diſpoſitio Sacri Concilij Tridentini* ſeſſ.24.cap.7.de reformat. *vt Parochi aduertant, ne facilè admittant ad ſacramentum matrimonij vagabundos, & an per ipſos contractũ matrimoniũ, non ſeruata dicta forma, ſit validum?*

25 *Vagabundus quomodo citandus?*

26 *Vagabundus, an ligetur legibus locorum, per quæ tranſit?*

27 *De modo numerandi vagabundos, & deſcribendi in Numeratione.*

28 *Vagabundi, ſi poſſideant bona in aliquo loco vltra vnciam, maximè ſi ſint originarij, remanent pro foculari, ſed ſi nihil poſſident, vel non vltra vnciam, ſunt deducendi.*

29 *Declaratur, quid importet illud verbum* nihil poſſidere *in Inſtructionibus hoc titulo, & adducitur Decretum Regiæ Cameræ.*

30 *Vagabundus, taxatus in collectis, & deſcriptus in libro, eſt foculare, ex Decreto Regiæ Cameræ.*

31 *Sed quomodo hoc Decretum procedat, declaratur latè.*

32 *In cauſis dubijs pro priuato, contra Fiſcum pronunciandum, quod pluribus confirmatur.*

33 *Adducitur differentia ſerui, & famuli.*

34 *Adducitur definitio famuli.*

35 *Famulus alio modo dicitur familiaris.*

36 *Quis dicatur verè familiaris, explicatur, ad finem gaudendi priuilegijs dominorum, & adducuntur plura de familiaribus Pontificis, Cardinalium, & huiuſmodi.*

37 *Familiares Epiſcopi, an gaudeant priuilegio fori, & immunitatis? remiſſiuè.*

38 *Quid de familiaribus ſanctæ Inquiſitionis?*

39 *Quid de famulis Eccleſiaſticorum?*

40 *Famulus Eccleſiaſtici, ſi habitet in eius domo, debet habere franchitiam in gabellis.*

41 *Quid in famulo Monaſterij?*

42 *Famuli, & coloni Clericorum, & Eccleſiæ, an ligentur pœnis Statuti contra damnificantes cum animalibus clericorum? & huiuſmodi.*

43 *Reſoluitur quæſtio pro affirmatiua, reſpectu eorum perſonæ, excepti ſ familiaribus Epiſcoporum, & Cardinalium.*

44 *Quibus priuilegijs gaudeant familiares Regis, & Proregis in Regno? remiſſiuè.*

45 *Familiares an admittantur in teſtes in cauſa* Domini*? remiſſiuè.*

46 *Quomodo teneantur dominum defendere? remiſſiue.*

47 *Famulis debetur ſalarium, iure Naturæ, & Diuino.*

48 *Salarium famuli non conuentum, quãdo debeatur, & quæ debent concurrere?*

49 *Quid de æquitate?*

50 *Quanto tempore præſcribatur ſalarium, aut præſumatur ſatisfactum?*

51 *Cauſa ſalarij eſt ſummaria, immo exequutiua.*

52 *Sic etiam cauſa pauperis.*

53 *Non impeditur exequutio pro ſalario in cauſa pauperis, ſecus ſi famulus habeat, vnde viuat.*

54 *Pro ſalario Aduocati, Procuratoris, & expenſis litis, poſſunt alienari bona ſubiecta fideicommiſſo, ſic etiam bona feudalia.*

55 *Pro dictis ſalarijs datur tacita hypotheca Aduocato, & Procuratori, cum prælatione anterioribus creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus.*

56 *Adducitur modus numerandi famulos, eoſque in Numeratione deſcribendi.*

57 *Famuli exteri, habitantes in aliqua terra in ſeruitijs, ſi reperiantur alibi numerati, ſunt deducendi à loco ſeruitij, & aggregandi, vbi ſunt numerati.*

58 *Immunitas, conceſſa famulo, degenti in domo Domini, cedit in eius beneficium, & non domini.*

59 *Quomodo ſunt intelligenda illa verba Inſtructionum,* ſi reperiantur alibi numerati?

60 *Quomodo ſit numerandus famulus, habi-*

bitans cum Domino?

61 *Famulus exterus, numeratus in ſua patria ſub patre, aut fratre, quomodo deducendus à loco ſeruitij, & aggregandus in loco, in quo eſt numeratus ſub patre, aut fratre, in actuali, vel præcedenti Numeratione?*

62 *Qui caſualiter adeſt, non dicitur adeſſe.*

63 *Scholaris, mercator, officialis, & huiuſmodi, non contrahunt domicilium, ex præſumpto animo redeundi ad patriam.*

64 *Ex quibus colligatur animus permanendi?*

65 *Quid, ſi famulus nullibi reperiatur numeratus, in quo loco eſt numerandus, & quid in famulis exteris à Regno? Adducitur reſolutio.*

66 *Famuli ſi habitent in loco originis, & poſſideant bona, remanent pro ſecularibus.*

67 *Declaratur concluſio cum Decreto Regiæ Cameræ.*

68 *Famulus ciuis, ſi habeat patrem, aut fratres, cum quibus erat numeratus in antecedenti Numeratione, eſt deducendus, & vniendus cum patre, aut fratribus.*

1 CONtinet hic Titulus duas perſonarum ſpecies, ſcilicet vagabundos, ſeu errones, & famulos, qui alienis ſeruitijs ſunt addicti, ad finem cognoſcendi, an numerati remanere debeant, vel ſint deducendi à Numeratione? & procedendo ſecundùm ordinem Inſtructionum, agam *in præſenti* §. *de vagabundis, & in* §.2.& 3. *de famulis.*

2 De peſſimo hoc hominum genere tractant Gloſſ. *in l. eius, qui*, §. *finali, ff. ad municipal. & l. vnica, Cod. de mendicant. valid. lib.* 11. vbi latè Gloſſ. Batt. *in l.* 4. §. *prætor, ff. de damn. infect. in l.* 1. *Cod. vbi de crimin. ag. oport.* Lucas de Pen. *in l. nullus, Cod. de tiron. lib.* 12. Speculat. *tit. de reſcript. præſ.* §.9. Alberic. *in diction. verb. vagabundus* 1. 2. Socin. *in cap. final. num.* 57. *de for. compet.* Imol. *in cap. final. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei ſeruan.* Cæpoll. *conſ.* 59. Hypolit. *conſ.* 58. Boſſ. *in tit. de for. competen. nu.* 70. Iodoc. *in prax. crimin. q.* 33. *num.* 15. Couarr. *practicar. qq. cap.* 11. *à num.* 7. Iul. Clar. *in prax. crim. q.* 39. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 6. *caſ.* 531. Bouadill. *lib.* 2. *polytic. cap.* 13. *num.* 34. Borrell. *ad Bellug. in ſpecul. Princip. rub.* 11 §. *ex quo prædiximus, addit.* 1. *column.* 3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1403. Peguer. *dec.* 3. Barboſ. *in l. hæres abſens*, §. *proinde, num.* 14. *ff. de iudic.* Farinac. *in prax. crim. q.* 7. *num.* 15. Caball. *reſol. criminal. caſ.* 170. & 178. Sanchez *de matrimon. lib.* 3. *diſput.* 25. *à num.* 1. Rouit. *in rub. pragm. de vagabun.* Danz *de pugn. DD. tom.* 1. *hoc tit.* Carleual. *de iudic. lib.* 1. *diſput.* 2. *q.* 1. *num.* 46. & *q.* 7. *ſeſſ.* 2. *nu.* 816. Epiſcop. Barboſ. *ad Trident. ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 7. Caſſan. *in catal. glor. Mund. par.* 11. *conſid.* 1. & 29. Epiſcop. Ricciul. *de perſon. quæ inſtat. reprob. verſant. à cap.* 9. *vſque ad* 10. & nos aliqua breuiter pro materia noſtra adnotabimus.

3 Vagabundus definitur à DD. vt ſit ille, qui nullibi habet certum domicilium, & determinatam habitationem, & quotidie abſque vllo miniſterio per Prouincias, & loca aberrat, ſic Gloſſ. Bart. Luca de Pen. & DD. *vbi ſupra.* Capiblanc. *in pragmat.* 8. *de Baron. par.* 2. *num.* 223. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 25. *num.* 1. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 32. Prouenit autem hoc ex animi inconſtantia, deficientia rationis, & ſegnitie, ex quibus redditur homo diſſolutus, & errans, vt I.C. *in l. quis ſit fugitiuus*, §. *errorem, ff. de ædilit. edicto.*

4 Vnde dicitur quietis impatiens, non conſiſtens, & circumambulans, nunc foris, nunc in plateis, vt deſcribitur *Prouerb.* 7. diſcurrit per Prouincias inutiliter, *l.* 1. *Cod. de exactorib. & exequutor. lib.* 12. & eſt ſicut ouis errás, *cap. Epiſcopus*, 71. *diſtinct.* Seſſe *deciſion. Aragon.* 100. Mut. *ſup. pragm. Sicil. hoc titulo.*

5 Et ideo vagabundi ex otio ſunt libidinoſi, ſeditioſi, dediti rapinis, homicidijs, alijſque criminibus, & dicuntur peſtis Reipublicæ, DD. *in d. l.* 1. C.

*de mendicāt.valid.lib.*11. vnde ſunt extirpandi.

6 Hinc Athenienſes diligenter inquirebant, qua ratione, & modo quiſque ſibi, ſuiſque, victum comparabat, teſte Melch. Iun. *qq. polyt. par.*3.*q.*87. Borrell. *de Magiſtrat.edict.cap.*16. *nu.* 19. Gulielm. Lepor. Heduen.*in tract. art. memorab. cap. otium, lib.* 4. & ſi otioſos, & vagabundos reperiebant, vltimo ſupplicio damnabant, Rouit. *vbi ſupra*, Athen. *lib.*4. Pier. *lib.*24. Martin. del Rio *diſquiſition.magic. lib.*4. *q.*5.

7 Deus enim Optimus Maximus creauit hominem, vt operetur, & vt in ſudore ſuo pane veſcatur, *Geneſ.*2. *&* 3. & voluit naſci ad laborem *Iob.*5.*nu.*7. quod valde cōmēdatur à Diuo Paulo *epiſt.*2.*ad Theſſalon.* vide Caſſan.*in catal.glor.Mund.p.*12.*conſid.*48. è contra

8 otium ſemper fuit perinicioſum, ideoque damnatum, quia docet multam malitiam, *Eccleſ. cap.*33. animum corrumpit, Cic.4. *Rethoric.* & omnia lædit, *l. penultima, Cod. de annal. except. & §.hæc omnia,auth.de quibus,collat.*6. & Nouerca eruditionis appellatur *in cap. nil,* 82. *diſtinct.*& à Diuo Gregor. *in regiſtr.* dicitur vitiorum nutrimentum, & potiſſimùm libidinis, vide Caſſan.*loc. cit.* vnde illud Ouidij.

Otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus.

& qui otium ſectatur, ſtultiſſimus eſt, *Prouerb.* 2. & otioſitas dicitur armatura Hoſtis antiqui ad miſeras animas capiendas, *in cap.fin.* §. *verum*, *de renunciat.* ad quam euitandam adeſt ſa-

9 lubre conſilium Diui Hieron. ſcilicet ſemper aliquid boni operis faciendū, vt Diabolus nos accupatos inueniat, vt habetur *in capit. nunquam, de conſecrat.diſtinct.*5: quia natura humana per otia inſanit, vt tradit Caſſiodor. *lib.*1. *epiſt.* 39. & quantùm Reipublicæ proſit exercitium, & damnum otium inferat, intelliges à Valer. Maxim. *lib* 1.*cap.*2.his verbis: *Negotium,nomine horridum Ciuitatis mores in ſuo ſtatu continuit, blanda appellationis quies plurimos vitijs reſperſit, &c.*& euerſionem Ciuitatum ab otio cauſatam, teſtatur Sacra Scriptura *Daniel.* 6. vnde

10 idem Valer. *lib.*7.*tit.de ſapienter dictis cap.*2. Appium Cladium dicere ſolitū, *Negotium populo Romano, quàm otium committi debet.* Quid de otio recreationis cauſa? vide Caſſan. *loco cit.par.* 12. *conſiderat.* 49. vbi plura eruditè de more.

11 Hinc contra vagabundos diuerſæ ſtatutæ pœnæ, tam à Iure communi, quam municipali, & primò, vt poſſint conueniri vbicunque reperiuntur, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, *l.*1. ubi Gloſſ. & DD. *Cod. ubi de crim.ag.oport.* Gloſſ. *in d.l. hæres abſens*, §. *proinde*, vbi Bartol. *num.* 11. Socin. *loco cit. num.*58. Couarr. *nu.*7. Bouadill. *num.* 341. Farinac. *conſ.* 64. *lib.*1.*num.*3.*& in prax.crim. d.q.*7. Peguer. *loco cit.num.*9. Velanz. *conſ.* 157. *n.*20.*lib.*2.*&* 24. Antonell.*de loco legal. lib.*2.*cap.*15.*q.*12.*num.*191.*& lib.*3. *cap.* 1. *num.* 9. & in criminalibus intellige in locis ſub vno Principe ſubiectis; ſecus verò, ſub diuerſo Principe, Carleual.*de iudic.diſput.*2.*q.*7. *ſeſſ.*2.*nu.* 847. & poſſunt citari per edictum, Clar. *in praxi crim. q.* 31. Guazzin. *ad defenſ. reorum,defenſ.*10.*c.*2.*n.*31.

12 Sed, an debeat remitti in loco delicti, quando delictum eſt graue? vide Bouadill. Peguer. Rouit. Menoch. *locis citatis*; ſed mihi magis placet diſtinctio Add. *ad Peguer. loco cit.* vt, ſi petatur remiſſio à Iudice loci delicti, in caſu, in quo non eſt locus præuentioni, ſit remittendus, aliàs ſecus, vide Carleual. *loco cit. num.*816.*&* 826. Ricc.*in praxi,lib.*2.*reſol.* 84. *& lib.*4.*reſol.*353.

13 Item vagabundus poteſt torqueri, etiam ſine iudicijs, DD.*in l.*1.*Cod.de mendicant. valid.lib.*11. Pacian. *de probat.lib.*2.*cap.*15, *n.*64.

14 Item priuatur obſequijs vxoris, quæ non tenetur eum ſequi, Peguer. *loco cit.n.*11.

15 Item Clericus vagabundus poteſt priuari etiam ſimplici beneficio ex ſolo vagationis delicto, legitimè probato, Gloſſ. *in cap.cùm oportet, de conſecrat.diſtinct.*5. Innocent. & Abbas *in cap.ex tua deuotionis, de Cleric. non reſiden.* Corſett.*ſingul.verb.vagabundus,*

Fran-

Franch. de Leon. *in Theſaur. for. Eccl.*
16 *par.3.cap.2.num.3.* Et ex ſolo vagationis crimine poſſe aliquem puniri, cùm præſumatur delinquens, eſt Textus *in d.l.1.Cod.de mendicant. valid. lib.11.* &
17 in quocunque Regno ſunt ſtatutæ pœnæ contra vagabundos: In Principatu Cathaloniæ pœna fuſtigationis, & ſeruitij in Regijs Triremibus per quinquennium, Peguer. *loco cit. num.* 12. Mart.del Rio *inquiſit.magic.lib.4. q.5.* & in Regno noſtro habemus *pragm.* 1. 2.*& 3.hoc tit.* in quibus ſtatuitur pœna triremium per quinquennium, Rouit. *ibid.* Reg.de Ponte *de poteſt. Proreg.tit. de Regal. impoſit. num.* 56. vbi Thor. Danz. *loco cit.* necnon pœna exilij à Regno: otioſo enim verè conuenit hęc
18 pœna, immo vagatio ipſa pœna eſt, vt de Caino teſtatur Sacra Scriptura, *Geneſ.4.* ibi. *Cain à facie Domini habitauit profugus ſuper terram,* vide Sarn. in prax.crim.*par.1.cap.22.* Simanc. *de Republ. lib.8.cap.28.num.17.* Petr.Gregor. *Syntagmat. iur. vniuerſ.p.3. lib.39. cap.6.* Tap.*lib.5.Iur.Regn.tit.48. de vagabund.* Viſcont. *concluſ. iur. verb. vagabundi*, Borrell. *de Magiſtrat. edict. lib.6.cap.16.num.19.* Capiblanc.*in prag. 8.de Baron.tom.2.cap.53.à n.8.*
19 Item vagabundus neque in cauſis ciuilibus, neque in criminalibus eſt idoneus Teſtis: quia præſumitur infamis, Decian. *conſ.83. nu.14.vol.3.* Add. *ad Peguer.loc.cit.num.16.* Maſcard. *de probat.concluſ.1395. & 1403.* Ricc. *in prax.lib.4. reſolut.353. num.* 3. Danz.
20 *loco cit.num.56.* & contra eum proceditur ex officio, ſi per quatuor teſtes probetur (licèt antiquitus decem requirebantur) frequentare tabernas, ludos, aſportare arma, ambulare per vicos, & plateas, & viuere ſplendidè, ſine arte, aut redditu, Marant.*in prax. par. 6.num.200.* Campagn.*in cap.Regn. communem prædictis, num.* 7. Carab. *ſingul.* 132. Thor. *ad de Ponte loco cit.*
21 vel artem per quinquenium reliquiſſe, Apicell. *in addit. ad Natta de tutam.paup.num.1. 2. & 571.* Et in cauſa ciuili ſufficit, ſi probetur, non habere firmum domicilium, & vagari per Ciuitatem ſine arte, vt notant Bart. & DD. *in l.4.ff. de damn. infect.* Riminald.*conſ.445.n.35.vol.3.* Cæpoll.*conſ. 58. num.* 24. Tiraquell. *de retract. lignag. §.9.à num.34.* Clar. *in prax.crim. §.finali,q.39.* Maſcard.*loco citato*.
22 Et, ſi ſemel fuerit probatum, quem eſſe vagabundum, talis ſemper præſumitur, ex regula *ſemel malus*, Riminald.Maſcard.& Ricc. *ubi ſupra.*
23 Et in cauſa Numerationis probatur vagabundus per atteſtationes Vniuerſitatum trium locorum, vt pluries practicatum vidi in Regia Camera in anno 1672. in diſcuſſione grauaminũ in gradu reclamationis.
24 Ex rationibus ſupradictis S.C. Tridentinum *ſeſſ.24. cap. 7. de reformat.* hortatur Magiſtratus ſeculares, ut vagabundos ſeuerè coerceant, & præcipit Parochis, nè hoc genus hominum facilè ad matrimonium admittant, ſed diligenter inquirant eorum ſtatũ liberum propter periculum poligamiæ, & quomodo ſe debeant gerere in hoc, & in alia materia ſpirituali, videndi ſunt Enriq.*in ſumm. lib.11.cap. 3.§.3.* Eman. *in ſumm. tom.2. cap.* 219. *num.3.* Ledeſm. *in ſumm. par. 1. de ſacram. matrim. cap.7. concluſ.4. dub.3.* Zerol. *in prax.Epiſcop.p.1.verb.matrimonium, verſ.6.& verb.Parochus*, Sanchez *de matrim.lib.3 diſput.25.num.8.* Bonac.*de matrim.q.2. punct.8.* Coninch.*de ſacram.& cenſur. tom.2.diſput.2. num.20.* Reginald.*in prax.for.pœnitent. lib.31.num.239.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſcop.par.2.allegat.32.à num.72. & de offic.Paroch.cap.21. num.89.* Ricc.
25 *dict.reſolut.353.vſque ad 359.* & an matrimonium, contractum per vagabundum, non ſeruata dicti S. C. Tridentini forma, ſit validũ? Ricc.*loco cit.* Sanchez *loco cit. num.* 16. Barboſ. *de poteſt.Epiſc.alleg.37.num.74.* quomodo citetur valide, vide Bart. *in l.4. §. ait prætor*, & quod ſufficiat eum citare in domo ſuæ vltimæ habitationis, ſi ignoretur, ubi ſit, tenet Rodolphin.
26 *in prax.p.1.cap.2.num.63.* & an ligetur legibus, & ſtatutis locorum, per quæ tranſit? vide Sanchez *lib.1.moral. c p.*

12.

12.num.23. Bonac.*de legib. diſput.1.q.1.punct.6.num.*54.Antoncll.*de loc.legal. lib.2.q.12.cap.15.num.191.in fine.*

§. PRIMVS.

27 DE vagabundis habetur in Inſtructionibus, quod ſi numerentur ſicut & famuli, eſt diligenter inquirendum, etiam à Deputatis iuramento, ſi habeant vxorem, parentes, aut conſanguineos, ſi aliàs ſint numerati, ſi poſſideant bona in catasto, ſi ſint adſcripti continuatis temporibus in libris collectarum; & ſunt numerandi diſtinctè, & eo modo, quo fuerint reperti, colligitur ex noſtris Inſtructionibus *cap.8. hoc titulo.*

28 Vagabundi, ſi poſſideant bona, remanent pro foculari, ſi nil poſſideant, ſunt deducendi, vt fuit determinatum à Regia Camera in Inſtructionibus anni 1591. *cap.3.* & in nouiſſimis, *cap. 8*: ratio eſt, quia non habent domicilium permanentem, nec induſtriam, & non poſſunt ab eo exigi functiones fiſcales per Vniuerſitates, & reſpectu poſſeſſionis bonorum, ſi quæ habeant in loco originis, vel domicilij, non ſufficit habere bona modici redditus, ſed requiritur, vt ſit vltra vnciam.

29 Hoc enim verbum *poſſidere*, ſic eſt declaratum à Regia Camera in pupillis, viduis, & ſexagenarijs, ergo ſic debet intelligi de vagabundis; immo militat maior ratio in his: quia in pupillis adeſt ſpes induſtriæ, & laboris cum adoleuerint, ſed in vagabundis ceſſat: quia ſunt veluti oues errantes, vt diximus ſupra, & Vniuerſitas deſtituitur omni ſpe exigendi ab eis, & ſic in caſu prædicto determinauit Regia Cam. Die 3. Auguſti anni 1663. ad petitionem Regij Numeratoris Ioſeph Salerno, *vt in lib. notamentorum.*

30 Sed quid, ſi vagabundus reperiatur taxatus in collecta vniuerſali, & deſcriptus in libro, an debeat remanere pro foculari? Regia Camera in eodem ſupradicto Decreto reſpondit, eſ-

31 ſe foculare. Sed tamen eſt aduertendum, non eſſe dictum Decretum generaliter intelligendum, ſed tantùm quãdo vagabundus reperitur in oſtiaria, & deſcriptus in libris taxæ ſoluerit; tunc enim, quia ceſſat illa qualitas vagabundi ex contrarijs coniecturis, nulli dubium eſt, eſſe foculare, & non grauari Vniuerſitem; ſed, ſi fuerit aggregatus ex aliquo ſpolio librorum, aut antecedenti Numeratione, quia non repertus in oſtiaria, & taxatus nihil, aut aliquod minimum ſoluerit, ſi probatur eſſe vagabundus, immo eſto aliquando ſoluerit, ſi ad præſens non reperitur, quia errans per loca, nullo pacto poterit iniungi onus focularis Vniuerſitati, cuius indẽnitati minimè poterit prouideri pro releuamine huius oneris, quando nil ab eo poteſt exigere; vnde in facti contingentia, cautè debet ſe gerere Iudex, & in dubio ſemper contra Fiſcum pronunciare:

32 cùm gloria Principis ſit, quando Fiſcus vincitur, vt de Traiano Imperatore dixit Plinius *in ſuo Panegyr.* his verbis: *Quæ præcipua tua gloria eſt, ſæpè vincitur Fiſcus, cuius mala cauſa nunquam eſt, niſi ſub bono Principe, &c.* & Philippus Secundus Hiſpaniarum Monarca immortalis memoriæ præcepit Doctori Valaſco in cauſis dubijs contra ipſum pronunciandum, vt teſtantur Borrell. *de dict. & fact. Philippi II.* & Larrea *in proem.allegat. Fiſc. n. 9.* Prat.*ad Paſchal.de patr.poteſt.part.1. cap.2.*& eſt Textus *in l.non puto, ff.de Iure fiſci*, latè proſequitur Peregrin. *de Iure fiſc.lib.6.tit.6.num.22.* Alexan. Turan.*in l.1.ff.ſolut. matrim.* Ann. Robert.*lib.1.rer.iudicat.cap.2.* & communiter Interpretes, quicquid dicat Gãnauer. *deciſ.1.à num.*120. quia eius intellectus minimè congruit literæ dicti Textus, & faciunt verba Theodorici *apud Caſſiodor. epiſt. 22. lib.1.* Saauedr. *ſymbol.polytic.*21. & plura eruditè, poſt hæc ſcripta, viſus, Dominic.de Rub.*certam.forenſ.cap.4.à n.37.*

§. SECVNDVS.

33 IN præſenti agitur de eis, qui ſunt addicti alienis ſeruitijs, non ob ſeruitutem, quales ſunt ſerui, ſeu mãcipia, quia non pertinent ad hanc rubricam; ſed certa mercede, vel ſine, ſunt in obſequio alicuius, cùm tamen ſint ingenui, & dicuntur famuli, de quibus DD. *in l.1.Cod.de ÿs, qui in Eccleſ.manumit.in l.qui operas,l.ſed ædes,* §.*final.l.ſi vno*, §. *item cùm quidam, ff. locat.* Cattoc. *de locat. q.10. tit. de famul.* Bonacenrſ. *de ſeru. & famul.* Rebuff. *de conſtit.Gall.tit.de famul. ſalar.* 34 *à gloſ. 6. vſque ad* 10. & deſcribitur famulus, vt ſit ille, qui, deputatus ad ſeruitia, degit ſub gubernio, domo, & correctione alicuius, Mar.Antonin. *lib.1.reſol.cap.*77. Ricc. *collect.*2311.

35 Et honeſtiori vocabulo dicuntur familiares: quia veniunt appellatione familiæ, *l.pronunciatio,* §.*familiæ, ff. de verbor.ſignific.*Campagn. *in cap. Regni. item, quod Iuſtitiarÿ,num.*13.Nouar.*in ſumm. bullar. tit.de famulis,*Dominus Conſil. Petra *rit.M.C.46. num. 29. in fine*, & in domo Domini exiſtunt continuè, viuendo eius alimentis, argumento *l.quæſitum,* §.*ſi inſtructum,* ubi Gloſſa, *ff. de fund. inſtructo,* §. *cogitandum,auth.de monach.*

36 Vnde illa dicitur vera familiaritas, quæ animo, corpore, & dentibus fit, *animo*, ideſt ſeruiendo, *corpore*, aſſiſtendo, *dentibus* victum recipiendo, *capit. vltim.de verb.ſignific. in 6.* vbi Geminianus, Ancharan.*conſ.*398.*num.*2.Comes *ad regul.Cancellar.tit.de impetrat. benefic.per obit.famil. Cardin.q.*13. *col.* 2.Menoch.*de arbitr.lib.* 2 *caſ.* 552. Pariſ. *de reſignat.benefic.q.6. nu.*196. Maſcard.*de probat.concluſ.*755.*vol.*3.Giurba *conſ.*88.*num.*3.Velanz.*conſ.*56.*num.* 11.*lib.*1.Epiſcop. Marant. *lib.* 5. *controuerſ.cap.*4. Barb. *in collect. ad Trident. ſeſſ.*23.*cap.*19.*num.*6.*& de poteſt. Epiſc. alleg.*5.*num.*6.Rota *par.*1. *recent. deciſ.* 184.*& par.*12.*deciſ.*14.*num.*11.*& deciſ.* 257.*num.*8.*apud Ludouiſ.deciſ.*117.*n.*10. *apud de Marin.lib.*1.*quotidian. cap.*40. *num.* 21. quæ ſunt notanda pro intelligentia Regulæ 4.Cancellariæ, & pro materia beneficiorum familiarium Papæ, vel Cardinalium, quæ ſunt reſeruata ex *dicto cap.* 19. Cancellariæ, necnon ordinum conferendorum familiari non ſubdito, & denique pro cognitione immunitatis, qua prætendunt gaudere familiares, ex perſona eorum Domini, de quibus DD. *cit.in d. loco*, & Ricc.*in prax.for. Eccleſ.lib.*3. *reſol.* 180. *vſque ad* 190. & in quibus caſibus gaudeãt familiares dominorũ priuilegijs? vide Oltrad.*conſ.*293.Theſ. *dec.*313.Theſ.Iunior.*lib.*3.*forenſ. c.* 78. Maſull. *ad Capye.dec.*12.Ricc.*collect.*14. *& dec.*69.*p.*1.Carol.de Graſſ.*de effect. cleric.effect.*1.*num.*146.*&* 149. Add. *ad Rouit.conſ.*60.*lib.*2.

37 Quid de familiaribus Epiſcopi, an gaudeant fori, & immunitatis priuilegio? vide DD. *in l.*2.§.*verum etiam, Cod.de Epiſc.& Cleric.*Canoniſt. *in cap. Eccleſia*, vbi Gloſſ. 12. *q.*2. Socin. *in cap.ſi quis Clericus, num.*2 1.*de for.competen.*Decian.*tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. Theſaur.*deciſ.*22.Capyc.*deciſ.*22. Sanfelic. *deciſ.*1.Thor.*in compend.deciſ.par.* 1. *verb. familiares Epiſcopi*, Gratian. *deciſ.*233.*& diſcept.*341. *à num.* 5. Bouadill.*in ſua polyt.lib.*2.*cap.*17.*num.*47. Giurba *conſ.* 70. *num.* 20. de Marinis *lib.*1.*quotid.cap.* 117. Gallup. *in prax. S.C.par.*2.*à num.*47. Carleual. *de iudic. lib.*1.*tit.*1.*diſput.*2.*q.* 6.*ſeſſ.*6. *num.* 509. Zerol. *in prax. Epiſc. par.* 2. *verb. Epiſcopi familiaris*, Dian. *par.*4. *tract.* 1. *reſol.* 30. *par.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 5. *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.*6.Pignatell. *lib.*1. *conſult.* 81. de Marin. *lib.*1. *quotidian. cap.*117.

38 Quid de familiaribus Inquiſitionis Sancti Officij? Carleual.*loco cit.* Manfred.*deCardinal.cap.*8.*priuileg.*14.Thomas del Bene *de immunit.cap.*4. *dub.*5. *&* 13.Pignatell.*conſul.*104.Sperell. *deciſ.*128.*num.*39.*par.*2. Dian. *p.*5.*tract.* 2.*reſol.*25. Pereyr. *de man. Reg.tom.*1. 39 *cap.*10.*num.*13. Quid de famulis clericorum, & aliorum Eccleſiaſticorum? Campagn. *in cap. item ſtatuimus,nu.*4. Carol. de Graſſ. *loco cit. num.* 209. *& effect.*

Digitized by Google

effect.3. num. 92. Squillant. *de priuil. cleric.cap.6. num.* 22. *cap.7. num.* 57. *& cap.8. num.*14. Pignatell. *conſultatione* 468.

40 Et in Regno noſtro Sacerdos, aut Clericus habet franchitiam pro famulo in gabellis, ſignanter in gabella farinæ, vt determinauit Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*154.& 203. ſi tamen habitet in domo clerici,aliàs ſecus, idem *arreſt.*649. Surd. *dec.* 35.

41 Quid in famulo Monaſterij? vide *arreſt.* 698. & add. *ad Rouit. conſ.* 60. *lib.*2.

42 Sed an famuli, aut laboratores agrorum Eccleſiæ, ſeu coloni clericorum, incidant in pœnas, ſtatutas contra damnificantes agros cum animalibus clericorum, vel contra introducentes animalia immunda intus ciuitatem, & poſſint pro dicta pœna, & damno carcerari?

43 Reſpondetur, affirmatiuè: quia ipſi nullo modo ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, nec gaudenr priuilegio immunitatis, ergo ligantur ſtatuto, quod tangit eorum perſonam, non tamen bona clericorum, & ſic nullo modo læditur immunitas, Felin. *in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.*104. *de conſtitut.* Grammat.*conſ.*102.*à num.*8. Surd. *conſ.* 301. *n.*88.*lib.*3.Rodriq.*qq. regular.to.*1.*q.*62. & ſic Sacrã Congregationẽ Immunitis declaraſſe teſtatur, Pignatell. *conſult.* 97. excipe tamen familiares Epiſcoporum,aut Cardinalium.

44 Quibus priuilegijs gaudeant familiares Regis in Regno? vide Rit.M.C. 46. & quibus familiares Proregis? vi-
45 de Conſil. Petra *in dicto ritu* 46. an,& quando familiares admittantur in teſtes in cauſa Domini? vide Farin. *de teſtib.q.*55.*à num.* 117. Viu. *deciſ.* 349.
46 Thomat. *deciſ.*41. Ricc. *collect.* 131. & quomodo teneantur eorum Dominũ defendere? vide Viu. *deciſ.* 371.

47 Salarium, ſeu merces famuli debetur ratione laboris, *l. ſalarium, ff. de var. & extraordin. cognit. l. diem functo, ff. de offic. aſſeſſor.* & debetur Iure Naturæ, immo Diuino: Deus enim Optimus Maximus ſtatuit mercedem iuſtis,& diligentibus ſe,*Pſalm.* 118. *Prouerb. cap.*11. *Sapient. capit.* 5. & 10. *Eccleſiaſt. cap.* 11. & 36. Hyerem. *cap.*31.*Matth. cap.*10. *Apocalyp. cap.* 22. Diu.Paul. *ad Roman. cap.*4. & de ſalario temporali laborantium habetur Matthæi *cap.* 10. & 20. Lucæ *cap.* 20. Ioann.*cap.*4.Diu.Paul.*epiſt.*1.*ad Corinth.cap.*3. & *in epiſt. ad Timot. cap.* 5. & etiam in teſtamento Veteri, *Deuther. cap.*25.

48 Salarium verò famulis non conuenientum, vt illis debeatur, duo requiruntur, primum ſcilicet, vt Dominus ſit ſolitus conducere certa mercede operas: ſecundum, vt famulus ſit ſolitus locare, aliàs ſecus, ſi non ſit conuentum, *l.*1.*in fine, & l.ſalarium, Cod. mandat.* Caroc. *de locat. loco cit. num.* 30. DD. *in l.ſalarium,& in l.quod mutuum, §. ſalarium,ff. mandat.*Alexand. *conſ.*109.*lib.*6.Mart.*vot.*99.Flores de Men.*lib.*1.*variar.q.*8.§.2.de Marin.*lib.* 1.*quotid. cap.*73. & 321. Paſchal. *de patr.poteſt.par.*4.*cap.*6.*à num.* 39. Cancer.*lib.*2.*variar.cap.*14.*num.*116. Sempron. Aſe *determinat.*121. Ricc.*collect.* 2466.Mauſon.*de cauſ.exequut.ampliat.* 32.*nu.*14.Tomat.*deciſ.Macer.*10. Thor. *in ſupplement. deciſ.verb. ſalarium,debi-*
49 *tum famulo*, & quid de æquitate? Et quod aliquid debeatur: quia vnus quiſque præſumitur ſeruire pro aliqua mercede,licèt non conuenta,Menoch. *de arbitr.cent.*6.*caſ.*512.*num.*4.Decian. *conſ.*153. *num.*3. Rebell. *de iuſt. & iur. lib.*14.*q.*13. Coſta *conſ.*90.*nu.*24. Thor. *loco cit. in fine*, & videtur ſentire Paſchal.*vbi ſup. num.*39. qui allegat Rotam Genuenſem *dec.* 115. Caroc. *vbi ſup.num.* 9. & in famulo paruo, dicto *paggio*, deciſum refert Thor.*in compen. deciſ.par.*2.*verb.ſalarium an debeatur*, vide latè agentem Gypt. *ad Capyc.latr.dec.*185.*lib.*2.

50 Quanto tempore præſcribatur ius petendi ſalarium, aut præſumatur ſatisfactio? & triennio præſcribi in Regno Franciæ, teſtatur Rebuff. *loco cit. gloſ.*12.*num.*1. & 14. Romæ triennio, Gratian. *deciſ.*53. ex Bulla Pij V. incipiente *cupientes*; in Regno Siciliæ eo-

O dem

Digitized by Google

dem tempore, Giurba *deciſ.* 13.*n.*3. in Regno Valentiæ anno, Hieron.de Leo *deciſ.*16. *lib.*1. & in Regno noſtro præſcribi triennio, tenent Ricc. *collect.* 385. Tap. *in conſtitut. Regn. diram, & duram*, Petra *ad Capyc. deciſ.*163. *lit. A.* & licét in Regno non adſit peculiaris conſtitutio, tamen ex interpetratione Regnicolarum, tanto tempore præſumitur ſatisfactio, vt fundat Conſil. de Palm. *apud Thor. in ſupplem. deciſ. verb. ſalarium, columm.*6. Flor. de Men. *lib.*1. *q.*8.§.2.*num.*41. Pater Rebell. *de obligat. iuſtit. par.*2.*lib.*4. *q.*13. ſed contrarium in Regno tenet de Marin. *d. cap.* 311.*num.*10: ex eo quia non adeſt conſuetudo, nec aliquod ſtatutum tempus, & ideo eſt recurrendum ad Ius commune, quod requirit ſpatium triginta annorum, pro præſcribenda actione perſonali; ſed tamen pro concordia mihi videtur, quod, ſi attendatur præſcriptio, eſt vera aſſertio de Marinis, ſed ſi præſumpta ſatisfactio, ex lapſu dicti temporis, cum alijs adminiculis, verior eſt prima opinio, vt, confutato de Marinis, tenet Andreol. *controu.* 345. & ante ipſum Petra *ad Capyc. dec.* 163. Gypt. *ad Capyc. latr. d. dec.* 185. quid ſeruetur in Regnis Caſtellæ, Aragonis, Luſitaniæ? vide Gam. *deciſ.*334. Cancer. *lib.*2. *variar. cap.*14.*nu.*113. de Marinis *loco cit. n.*10.

51 Cauſa ſalarij ſummaria eſt, immo pro ipſo competit via exequutiua, Rota *apud Duran. deciſ.*216.*num.*9. Rudolfin. *in prax. par.*1.*cap.*1. *n.* 74. maxi-
52 mè in cauſa pauperis, qui dietim vi-
53 uit laboribus, in qua non impeditur exequutio per appellationem, Maſcard. *de commiſſ. appellat. in cauſ. merced. par.*1.§.1 *à num.*57. licet ſecus ſit in cauſa ſalarij, debiti perſonis, quæ habent vnde viuant: quia, licèt cauſa ſit ſummaria, datur tamen appellatio ſuſpenſiua, Gratian. *diſcept.* 257. *à nu.* 44. Rudolfin. *in prax. par.*2.*cap.*4.*num.* 164. vide Ann. *ſingul.*42. Maranr. *de ord. iudic. par.*4. *diſtinct.*9. *nu.*197. Gratian. *deciſ.*53.*num.*2.*& deciſ.*78,*num.*21. Milanenſ. *deciſ.*16.*num.*53.*lib.*1. Sanfelic. *dec.*132.*num.*4.

54 Et pro ſalario Aduocati, & Procuratoris, & expenſis litis, poſſunt alienari bona, fideicommiſſo ſubiecta, in damnum vocatorum pro tuendo fideicommiſſo, Peregrin. *de fideicommiſſ. art.*50.*num.*11. *&* 12. Fuſar. *de ſubſtit. q.*670.*nu.*60. Fontanell. *de pact. nupt. to.* 2. *clauſ.*7.*gloſ.*3.*par.*5.*num.*51. Zach. *de ſalar. q.*99.*num.*9.*&* 10. ſic etiam bona feudalia, etiam ſi feudum ſit ex pacto, & prouidentia, Giurba *dec.*108. Amat. *reſolut.*3.*num.*11. Salgad. *in labyrint. p.* 3.*cap.*9. *num.* 19. & ſic deciſum refert Conſil. Petra per S. C. in anno 1678. *in Rit.*272.*à num.*65. *tom.*3.

55 Et etiam pro ſalarijs prædictis datur tacita hypotheca priuilegiata, & prælatio cōtra creditores anteriores, habentes expreſſam, Salgad. *d. cap.* 9. *à num.* 15. Alias quæſtiones in hac materia vide apud DD. citatos, Conſil. Petra *Rit. M. C.* 256.*à nu.*27. Gypt. *d. dec.*185. & Zach. *in integr. tract. de ſalario.*

§. TERTIVS.

56 Famuli exteri, ſi reperiantur in domibus eorum dominorum, debent numerari, & in margine libri Numerationis in foculari numerato. debet fieri clarum, & diſtinctum notamentum, talem numeratum eſſe talis loci, eſſe famulum N; & ſi eſſet alicuius loci Prouincię commiſſæ ad numerandum eidem Numeratori, tunc in Numeratione dicti loci debet haberi ratio, & diſcuti, an ſit focularo; ſi verò ſit alterius Prouinciæ, alteri commiſſæ, debet certificari, & ſcribi dicto Numeratori pro ſeruitio Reg. Curiæ, vt ex Inſtructionibus, *d. cap.* 8.

57 In Decretatione focularis famuli exteri eſt obſeruandum Decretum Regiæ Cameræ 3. Septembris 1603. impreſſum apud de Marinis *arreſt.* 549. continens, quod famuli exteri, habitantes cauſa ſeruitij in aliqua Terra, & ſic habitatione accidentali, non ordinaria, ſi reperiantur alibi numerati, ibi debent remanere, & in loco, vbi ſeruiunt, ſunt tractandi immunes, & per

per conſequens deducendi, habetur
58 ex Instructionibus *d. cap.8.num.2.* Dixi *ſunt tractandi immunes*, ſed tamen hæc immunitas non debet cedere in beneficium dominorum, ſed ipſius famuli, vt declarauit Regia Camera apud de Marin.*loco citato*: Ratio eſt, quia hic famulus, immo alius colonus exterus ſubſtinent in propria patria onus focularis, ergo in alio loco debent releuari, nè duplici onere grauentur, ac proinde dicta immunitas cedere debet in eorum beneficium, vt in materia ſolutionis gabellæ farinæ decreuit Regia Camera in cauſa Vniuerſitatis Terræ Miſaniarum 14. Martij 1671.apud de Marin. *arreſt.707.& 708.*

59 Illa tamen verba Instructionum, *ſi reperiantur alibi numerati*, intelligenda ſunt in actuali, vel antecedenti Numeratione loci illius famuli: quia in loco ſeruitij non poteſt dici domiciliū contraxiſſe, *vt inferiùs titulo ſequenti.*

60 Quando famulus reperitur in oſtiaria in domo Domini, non debet numerari ſub domino, ſed per numerum conſequutiuum, & deinde diſcuti in liquidatione, an ſit foculare, nec ne, vt reſpondit Regia Camera 6. Maij 1663. ad interrogationem Domini D. Io: Baptiſtæ de Aſſlitto, tunc Regij Numeratoris, poſtea digniſſimi Gonſiliarij.

61 Quid, ſi hic famulus exterus reperiatur numeratus in ſua patria, ſub foculare ſui patris, aut fratris?

Reſpondetur, quod etiam hoc caſu eſt deducendus à loco, vbi ſeruit, & ſi poſſideat bona, vnita cum ſuo patre, aut fratre, eſt vniendus, vt priùs erat ante diſceſſum, & relinquendus in eo ſtatu, quo fuit deſcriptus: Ratio eſt, quia, cùm adeſt cauſa famulatus, dicitur ibi accidentaliter eſſe, & non animo contrahendi domicilium, *l. libertus*, *§. poſt liminio*, *l.ſcire*, *ff. ad municip.* Gloſſa *in l.3. verb.incolas*, *Cod.de incol.lib.10.* vbi Bart.& Lucas de Penna, & DD. *in l.Cornelia*, *§. ſi tamen*,
62 *ff. de teſtam.* qui enim caſualiter adeſt, adeſſe non videtur, *l.generaliter*, *§.*
63 *vxori*, *ff. de vſufruct.legat.* Sicut eſt in ſcholari, mercatore, officiali, & ſimilibus, qui nunquam contrahunt domicilium, ex præſumpto animo redeundi ad patriam, & permanendi ad tempus in loco, *l.2.Cod.de incol.lib.10.* Bar. *loco cit.* Velanz.*conſ.37.num.39. lib. 1.* & in terminis famuli, Pariſ. *conſ. 53. num.91.lib.3.* Roland. *conſ.79. num. 51. lib.3.* Rota *par.9.recent.dec.312.nu.17.*
64 *tomo* 1. ſecùs autem, ſi habet animum permanendi, qui ex multis colligitur, Pariſ. *conſ.12.num.16.& 20.lib.3.* Velanz.*loco cit.* Fagnan.*in cap. ſignificauit, num.53.de Paroch.* Rota *par. 5. recent. deciſ.153.num.10.& par.8. deciſ.172.n. 10.* & nos latiùs *in ſequenti rubrica*; & habet aliquam induſtriam, vt poſſit ſoluere foculare: quia tunc eſt foculare acquiſitum, vnde Regius Numerator circunſpectè ſe in hoc gerere debet.

65 Quid dicendum, ſi hic famulus nullibi reperiatur numeratus?

Reſpondetur ex ratione adducta, quod, dum non eſt animo permanendi in loco, vbi famulatur, debet aggregari, mediante certificatoria in loco originis: quia in dubio potior eſt cauſa originis, tam in fauorabilibus, quàm in odioſis, *l.libertus*, *§. praſcriptio*, *ff. ad municipal.* Gloſs. *in l. vnica*, *verb. muneribus*, *Cod.de municipal.& origin. lib.10.* & in caſu ſimili Regia Camera apud de Marin. *arreſt.510.* & ideo famuli exteri non numerati in terra, vbi ſeruiunt, ſi nihil in ea poſſident, & viuunt expenſis Domini, tractantur immunes in eo loco, vt de Marin. *arreſt.203.* & nos *alibi* fuſiùs; Quid de famulis exteris à Regno? dicemus *infra in rubrica de aduentitijs.*

66 Famuli ſi ſunt originarij, & ſeruiunt in loco originis, & poſſident bona, remanent pro focularibus; ſi verò minimè, ſunt deducendi, vt ex Instructionibus *loco cit.num.3.* & colligitur ex eodem decreto Regiæ Cameræ *d. arreſt. 203.* in cauſa Vniuerſitatis Terræ Baruli.

67 Sed tamen intelligi debet, dummodo non ſint minores 14.annis, & non

poſſideant vltra vnciam : quia Decretum Inſtructionum per illa verba voluit intelligere, vt tunc famuli ciues originarij ſint focularia, quando ſunt minores, & poſſident vltra vnciam, aut maiores 14. anorum, & non adſit perſona, quæ ſuſtineat foculare : & ſic declarauit eadem Regia Camera 23. Septembris 1662. ad petitionem Regij Numeratoris Anibalis Quaranta : Ratio eſt, quia, circunſcripto famulatu, maior 14. annorum eſt foculare, ſic etiam minor, ſi poſſideat vltra vnciam, vt pluries diximus : & eodem modo debet intelligi decretum Regiæ Cameræ *arreſt.* 526. vbi, ſi famuli ſint numerati oſtiatim in domibus proprijs, non deducuntur, licèt Vniuerſitas oppoſuerit exceptionem famulatus.

68 Si tamen famulus ciuis habeat patrem, & fratres, cum quibus habitabat ante Numerationem, & ante famulatum, abſque vlla ſeparatione, tunc ſi pater, vel fratres diſtincto foculari ſint numerati, hic eſt deducendus : quia in domo famulatus viuit accidentaliter, vt *ſupra* probauimus, & eo ceſſante, præſumitur, hunc habere animum ſe vniendi cum patre, vel fratribus, nec illa debet dici vera ſeparatio, argumento *l. huiuſmodi*, *§. legatum*, *ff. de legat.* 3. quia eſt valde durum, filium à patre, vel fratre, & ſororibus, ſeparare, vt in ſimili Vlpian. *in l. quæſitum, verſ. vxores, ff. de fund. inſtruct. l. poſſeſſionem, Cod. commun. vtriuſque iudic.* maximè ſi ſit famulus perſonæ Eccleſiaſticæ, & viuat expenſis domini, ex mente eiuſdem Regiæ Cameræ *arreſt.* 203.

TITVLVS NONVS

De Abſentibus.

ARGVMENTVM.

In hoc Titulo de abſentibus agitur, quot modis in Iure accipiatur abſentia? de eius effectibus, & excuſatione in actibus humanis : quomodo debeant numerari abſentes, tam originarij Ciues, & alij, qui aliquando contraxerunt ciuilitatem in loco? necnon quibus modis contrahatur Ciuilitas? de Ciue effecto ex propria origine, aut paterna, allectione, manumiſſione, & domicilio: de ciue, & effectibus ciuilitatis : de obligatione ciuis erga patriam, & è contra.

SVMMARIVM.

1 *Abſentes, ſiue ſint ciues, ſiue incolæ, aut exteri, non inuenti in oſtiaria, quomodo deſcribantur poſt completam oſtiariam, ex diligentijs factis in libris extimi, aut collectarum, aut alijs publicis ſcripturis?*

2 *Abſentia in iure pluribus modis accipitur.*

3 *Abſentia diuerſos producit effectus.*

4 *Quis dicatur abſens in materia Numerationis?*

5 *Vagabundus an dicatur abſens in materia Numerationis?*

6 *Abſens, aut eſt ciuis, aut exterus, qui aliquando habitauit in loco; ideoque ponitur in diuerſa Rubrica, ſcilicet de ciue abſente, ſiue originario, & de extero abſente.*

7 *Ponitur diuiſio abſentiæ in ordinariam, ſeu realem, & extraordinariam, ſeu perſonalem.*

8 *Explicatur diuiſio.*

9 *Abſentiæ extraordinariæ diuiſio in voluntariam, & neceſſariam.*

10 *Abſentia neceſſaria quæ dicatur, & de eius ſubdiuiſione in laudabilem, culpoſam, & indifferentem.*

11 *Quæ ſit laudabilis abſentia neceſſaria, late explicatur.*

12 *Legati, & Oratores miſſi à Principe, dicuntur abſentes laudabili abſentia.*

13 *Quomodo debeat fieri electio Legati?*

14 *Legatus ex electione, recuperat omnia damna, paſſa in eius abſentia:*

15 *Secus, ſi ſponte ſuſcepit legationem, aut electio fuerit affectata.*

16 *Lector abſens, abſentia laudabili, an lucretur ſalarium? remiſſiuè.*

17 *Abſentia magiſtratus ſubeundi cauſa, di-*

dicitur laudabilis, & neceſſaria.

18 *Officialis debet neceſſariò aſſiſtere in loco gubernij.*

19 *Officialis quanto tempore poſſit abeſſe, & relinquere Locuntenentem, & ex qua cauſa? remiſſiuè.*

20 *Officiale abſente per longum tempus ex iuſta cauſa, cui competat electio Locuntenentis? remiſſiuè.*

21 *Acta facta coram Locuntenente, an teneant, præcipuè in cauſis meri imperij?*

22 *Regius Officialis in Regno non poteſt abeſſe à loco gubernij ſine Principis licentia.*

23 *Sic Auditores prouinciales.*

24 *Quid in Officialibus Baronalibus? remiſſiuè.*

25 *Abſentia Commiſſarij Generalis Campeneæ dicitur neceſſaria, & laudabilis.*

26 *Sic abſentia cauſa militiæ.*

27 *Item abſentia duorum Canonicorum pro ſeruitio Epiſcopi, aut vtilitate Eccleſiæ.*

28 *Canonicus, & Parochus, abſens pro ſeruitio Epiſcopi, aut vtilitate Eccleſiæ, lucratur fructus præbendæ.*

29 *Præbenda ſi conſiſtat in diſtributionibus quotidianis, diſtributiones pro duabus portionibus ſunt loco præbendæ, & tertia pars retinet naturam diſtributionum, quæ dantur interreſſentibus in diuinis.*

30 *Abſens ex dicta cauſa non priuatur diſtributionibus quotidianis.*

31 *Limitatur in abſente comite Epiſcopi, ad viſendum limina Apoſtolorum, vel ab eo miſſo ex dicta cauſa, aut pro vtilitate Eccleſiæ, aut Capituli.*

32 *Canonicus, & Parochus, abſens à Choro pro exercitio curæ animarum, aut aſſiſtentia Epiſcopo, Pontificalia exercenti, Item canonicus pœnitentiarius, aut obtinens præbendam theologalem durante eorum exercitio, & canonicus, comitans Epiſcopū in viſitatione omnes lucrantur diſtributiones.*

33 *Familiares Pontificis, in cuius ſeruitijs Romæ degunt, non obligantur ad reſidentiam, & lucrantur diſtributiones.*

34 *Canonicus, abſens pro ſeruitio Eccleſiæ, conſtituto ſalario, non lucratur diſtributiones, ſed tantùm fructus præbendæ.*

35 *Canonicus, abſens per metum, aut expulſus à Principe, an lucretur fructus, & diſtributiones? remiſſiuè.*

36 *Epiſcopo, aut Cardinali, qui eſt de Collegio Doctorum, an in abſentia debeantur munuſcula, data a doctorandis? Et quid in Regijs Conſiliarijs, Præſidentibus Rrgiæ Cameræ, Regentibus Regiam Cancellariam? remiſſiuè.*

37 *Alia ad materiam abſentiæ laudabilis, remiſſiuè.*

38 *Abſentia neceſſaria culpoſa quæ dicatur?*

39 *Excommunicato abſenti, ſi non ſit negligens pro obtinenda abſolutione, conceditur reſtitutio in integrum.*

40 *Canonicus, iniuſtè excommunicatus, aut carceratus, lucratur etiam diſtributiones quotidianas, tempore carcerationis, & excommunicationis.*

41 *Etiam ſi fuerit abſolutus in ſecunda inſtantia, licèt damnatus in prima.*

42 *Canonicus, carceratus, & inditiatus pro delicto, deinde abſolutus euacuatis indicijs, vel quia tortus, & non confeſſus, lucratur diſtributiones.*

43 *Condemnati ad triremes, aut relegati abſentes, habent reſtitutionem in integrum, ex clauſula,* ſi qua iuſta.

44 *Officialis inquiſitus an poſt aſſolutionē, ſit reintegrandus ad tempus officij?*

45 *Abſentia neceſſaria indifferens, quæ dicatur?*

46 *Abſenti capto à latronibus, aut ex priuato carcere, aut ex cauſa repreſaliarum, cauſa magni litigij, aut curandæ infirmitatis, conceditur reſtitutio in integrum.*

47 *Abſentes ex cauſa repreſaliarum recuperant omnia damna, & expenſas ab eo, qui dedit cauſam repreſalijs.*

48 *Repreſaliæ, ad hoc, vt legitimè concedantur, quæ debeant concurrere? remiſſiuè.*

49 *Canonicus, abſens à choro, ex cauſa infirmitatis, lucratur diſtributiones.*

50 Ca-

50 *Canonicus infirmus poteſt eligere per procuratorem.*
51 *Abſentia indifferens an excuſet à reſidentia? remiſſiuè.*
52 *Abſentia voluntaria habet omnes prædictas differentias.*
53 *Abſentia voluntaria laudabilis, quæ dicatur?*
54 *Abſentia militis voluntarij, vulgò vẽ*turiero, *dicitur voluntaria laudabilis.*
55 *Item abſentia cauſa ſtudij.*
56 *Abſens cauſa ſtudij habet multa priuilegia.*
57 *Abſens cauſa ſtudij habet reſtitutionem in integrum, & priuilegium electionis fori.*
58 *Donatio inter patrem, & filium, cauſa ſtudij valet, quia eſt donatio ob cauſam.*
59 *Pater cogitur donare filio cauſa ſtudij.*
60 *Intelligitur, ſi habeat bona, ſufficientia, & filius non habeat aliunde.*
61 *A dote ad ſtudium valet argumentum.*
62 *Cauſa ſtudij gaudet priuilegijs dotis.*
63 *Habet priuilegium tacitæ hypothecæ, & prælationis.*
64 *In dubio pro cauſa ſtudij reſpondendum.*
65 *Pro cauſa ſtudij poſſunt alienari bona, ſubiecta fideicommiſſo.*
66 *Adducitur ampliatio in patre naturali, & in fideicommiſſo tranſuerſalis.*
67 *In fideicommiſſo tranſuerſalis habet locum, quando hæres grauatus eſt obligatus ad alimenta.*
68 *Legatum cauſa ſtudij non admittit diminutionem.*
69 *Legatum cauſa ſtudij eſt potius cauſa doctoratus.*
70 *Legatum cauſa ſtudij dicitur pium.*
71 *Canonicus, abſens cauſa ſtudij in aliqua Vniuerſitate, lucratur fructus præbendæ.*
72 *Secus diſtributiones quotidianas.*
73 *Niſi præbenda conſiſtat in diſtributionibus: quia tunc lucratur duas partes.*
74 *Abſens cauſa ſtudij dicitur præſens, ſed non intereſſens.*
75 *Abſens cauſa ſtudij lucratur franchitiam in gabella farinæ.*
76 *Abſens cauſa ſtudij gaudet immunitate onerum perſonalium, & gabellarum ſignanter* Dohanæ *pro eius vſu.*
77 *Intellige in abſente in ſtudijs approbatæ Vniuerſitatis, aliàs ſecus.*
78 *Canonicus, aut alius beneficiatus, debet abeſſe cauſa ſtudij de licentia ſui Ordinarij.*
79 *Abſentia Lectoris, & Magiſtri obtinet priuilegia abſentium cauſa ſtudij.*
80 *Abſentia voluntaria vituperabilis, quæ dicatur?*
81 *Abſentia vituperabilis eſt pœna digna.*
82 *Quomodo debeat allegari abſentia inquiſiti citati, & quando debeat admitti, aut reijci hæc exceptio? remiſſiue.*
83 *Abſentia voluntaria indifferens, quæ dicatur?*
84 *Abſentia cauſa adimplendi votum, etiam dicitur laudabilis.*
85 *Abſentia cauſa mercaturæ, dicitur voluntaria indifferens.*
86 *Sic etiam abſentia cauſa venationis, aut recreationis.*
87 *Alia ad materiam abſentiæ remiſſiuè.*
88 *Explicatur* Rubrica *de abſentibus in ordine ad Numerationem.*
89 *Abſentia ordinaria in Numeratione perſonæ, alia eſt temporalis, alia perpetua.*
90 *Aliud eſt habitare, aliud domicilium habere in loco.*
91 *Poteſt quis eodem tempore duo contrahere domicilia diuerſis locis.*
92 *Abſens abſentia ordinaria, vel eſt originarius loci, vel exterus; & ſi exterus à loco Numerationis, aut fuit per accidens temporaliter, aut aliquando contraxit domicilium, & quæ inter ipſos ſit differentia?*
93 *Vnuſquiſque ad libitum poteſt mutare domicilium, præter vaſallum angarium, & perangarium.*
94 *Omnis ciuilitas eſt mutabilis, præter naturalem.*
95 *Effectus propriæ originis poſſunt ſuſpendi, aut tolli, & ciuilitas naturalis remanet ſine iuris effectu.*
96 *Priuilegium, conceſſum originarijs, non competit ciuibus, qui alibi tranſtulerunt domicilium.*

97 *Secus eſt ſi in priuilegio præſeruentur effectus naturæ, vt in ciuibus Neapolitanis.*

98 *Quod etiam habet locum in originarijs origine paterna.*

99 *Originarius non amittit forum originis per ciuilitatem albi contractam, nec obligationem erga Patriam, & Principem.*

100 *Originarius, etiam extra Regnum committit crimen læſæ Maieſtatis erga Dominum naturalem.*

101 *Poteſt aliquis eſſe ciuis in duobus locis, ſecundùm diuerſos effectus.*

102 *Poteſt aliquis habere forum domicilij, & forum originis, propriæ, vel paternæ.*

103 *Declaratur concluſio.*

104 *Poteſt aliquis ordinari ab Epiſcopo originis propriæ, vel paternæ, vel ratione domicilij, vel beneficij.*

105 *Habitans in aliquo loco pluribus modis poteſt dici, ſecundùm ſubiectam materiam.*

106 *Ciuis quis poteſt effici origine, manumiſſione, adoptione, domicilio, & allectione.*

107 *Incola quis dicatur?*

108 *Incola, & ciuis differunt ſecundùm veram acceptionem.*

109 *Incolatus, conſideratus in facto eſſe, idem eſt, ac ciuilitas contracta in domicilio, potiſſimùm in materia Numerationis.*

110 *Accola, quis dicatur?*

111 *Aduena quis dicatur, & quomodo differat à vagabundo?*

112 *Ex incolatu in Regno contrahitur ciuilitas, ſi in loco ſit numeratus, aliàs ſecus, licèt per longum tempus habitet.*

113 *Ciuis retinet ciuilitatem in loco Numerationis, vſque ad nouam Numerationem.*

114 *Pro exactione fiſcalium à foculari abſenti, & alijs contributionibus expediuntur prouiſiones Regiæ Cameræ.*

115 *Exterus contribuit in loco habitationis onus hoſpitij, ſi in loco Numerationis non ſubſtineat hoc onus.*

116 *Item in loco domicilij contribuere debet in ſolutione carolenorum quindecim, quæ erat pro foculari ordinario.*

117 *Solutio dictæ quantitatis debet bonificari ab Vniuerſitate, in qua eſt numeratus.*

118 *Item exterus debet ſoluere bonatenentiam pro bonis, quæ poſſidet in territorio domicilij, niſi adſit inter Vniuerſitates communio territorij.*

119 *Secus eſt in ſolutione fiſcalium: quia non tenet conuentio, vt numeratus in loco, ſoluat fiſcalia in loco domicilij.*

120 *Item habitans tenetur ad expenſas extraordinarias pro communi vtilitate, & ſi nullibi eſt numeratus, debet ſoluere, vt ciuis.*

121 *Ciuis ex domicilio, quomodo differat ab originario?*

122 *Ciuis ex domicilio aliàs dicitur municeps.*

123 *Definitio ciuilitatis remiſſiuè.*

124 *Ciuis quinque modis quis poteſt effici, origine, manumiſſione, adoptione, allectione, & incolatu.*

125 *Ciuis originarius, vel eſt ex propria, vel paterna origine.*

126 *Quis dicatur ciuis origine propria?*

127 *Propria origo omnibus præfertur.*

128 *Probatur ex libris Baptiſmi, & alijs documentis.*

129 *Vt contrahatur, an requiratur domicilium parentum, an ſufficiat ſi contingat ex accidenti?*

230 *Adducitur ſententia affirmatiua.*

131 *Adducitur negatiua, quæ eſt magis communis.*

132 *Conciliatur vtraque opinio.*

133 *Natus in loco per tranſennam, ſi ibi moram duxerit, & onera ſubſtineat, dicitur verè originarius origine propria.*

134 *Sic debet obſerari in Numeratione.*

135 *Quid in concepto in vno loco, & alibi nato, non ex accidenti? remiſſiue.*

136 *Pro adipiſcenda ciuilitate Neapolitana, ſufficit, vt quis ſit conceptus Neapoli, licèt alibi natus.*

137 *Ampliatur in filijs.*

138 *Originarius origine propria dicitur, etiamſi naſcatur in diſtrictu, aut caſalibus, ſubiectis Ciuitati.*

139 *Numerata ciuitate in oſtiaria, etiam nu-*

Digitized by Google

numerantur ſuburbia, & Caſalia, numeris ſubſequentibus.

140 *Deſtructis caſalibus, remanet onus fiſcalium Vniuerſitati principali vſq; ad nouam Numerationem.*

141 *Augmentum, & decrementum focularium ſpectant ad principalem Vniuerſitatem.*

142 *Vniuerſitas collectatur in genere, & non per ſingula corpora.*

143 *Fiſcalia caſalium exiguntur à principali Vniuerſitate.*

144 *Remanent ſub Iuriſdictione, & gaudent priuilegijs principalis Ciuitatis.*

145 *Caſale, ſi numeretur cum ciuitate, dicitur vnitum, nec poteſt ab ipſa ſeparari, & ſoluit promiſcue functiones fiſcales, & regitur ab vno Iudice.*

146 *Poteſt à ciuitate ſeparari.*

147 *Caſale in pœnalibus, & ſtipulationibus, non venit appellatione Vrbis.*

148 *Expoſitus dicitur originarius origine propria.*

149 *Expoſitus præſumitur natus in loco, in quo eſt expoſitus.*

150 *Expoſitus in Hoſpidali Neapolitano, poteſt impetrare priuilegium ex propria origine.*

151 *Limitatur in filijs expoſiti.*

152 *Ciuilitas propria etiam contrahitur per natiuitatem ſpiritualem.*

153 *Baptizatus in ciuitate Neapolitana, poteſt obtinere priuilegium, ac etiam eius filij, vti oriundi.*

154 *Quomodo dicatur ciuis originarius origine paterna?*

155 *An origo paterna extendatur ad auum paternum?*

Adducitur affirmatiua, & negatiua, quæ eſt verior, præcipuè in materia ſtatutaria.

156 *Spurius, & vulgò quæſitus, non habent originem paternam, ſed maternam.*

157 *Ciuis originarius, adhoc, vt fruatur priuilegijs ciuitatis, debet ibi morari, aut ſaltem ibi onera ſubire.*

256 *Ad quid teneatur exterus in loco habitationis?*

159 *Numeratus in aliquo loco ſub foculare, ſi in loco Numerationis ſit, qui ſubſteneat foculare, dicitur foculare acquiſitum in loco habitationis, & debet ſoluere vti cæteri ciues, & poteſt eligi ſyndicus, vel officialis Vniuerſitatis.*

160 *Non tamen tenetur ad collectas, ante impoſitas pro debitis antiquis.*

161 *Legatum agnatis deſcendentibus ex linea paterna conſequuntur agnati numerati, licèt aliò traſtulerit domicilium. & declaratur aſſertio* Dom. de Luca, & Galeot.

162 *Quomodo quis efficiatur eius manumiſſione?*

163 *Manumiſſus ab hærede, etiam præcepto teſtatoris, efficitur ciuis loci hæredis.*

164 *Limitatur in Regno, vbi requiritur, quod ſit numeratus, vt dicatur verè eius.*

165 *Sic in Republica Romana.*

166 *Ciuis allectione, quis dicatur?*

167 *Ciuis allectione quomodo quis efficiatur?*

168 *Ciuitates Neapolitana, Brunduſina, Litij, & Manfredoniæ, & aliæ habent priuilegium alliciendi ciues.*

169 *Ciuitas, recognoſcens ſuperiorem, an poſſit ciues allicere? remiſſiuè.*

170 *Ciuilitas allectione contrahitur ex munificientia Reipublicæ, Principis, vel officij conceſſione, & adducuntur plura exempla Rerumpublicarum, & Regnorum, & præcipuè Romani Imperij.*

171 *Prior allectus præfertur in honoribus poſteriori.*

172 *Roma dicitur communis patria.*

173 *Ciuis per allectionem dicitur verè ciuis.*

174 *Sed in Regno requiritur habitatio, & ſubſtentatio onerum.*

175 *Excipitur ciuis Neapolitanus, aut ſi ciuitas ſit immunis ab oneribus.*

176 *Allectio non poteſt inferre præiudicium Vniuerſitati, in qua ciuis eſt numeratus.*

177 *Quid, ſi fuerit aggregatus ex priuilegio Principis? remiſſiuè.*

198 *Ciuis allectione non conſequitur priuilegia, conceſſa originarijs, quando verba ſonant naturaliter.*

179 *Ciuis ex domicilio, quando quis efficiatur?*

180 *Quid*

Digitized by Google

180 Quid in Regno?

181 Contra ciuem ex domicilio, & ſoluentem opera non conceduntur repreſaliæ.

182 Domicilium quomodo contrahatur?

183 Quando dicatur quis eſſe in loco, animo permanendi, vel non?

184 Mercator, vel alius exterus, ſi emat domum, ducat vxorem, vel adſint alia adminicula, dicitur contraxiſſe domicilium in loco habitationis.

185 Animus permanendi in materia domicilij debet eſſe certus, & non vacuus.

186 In dubio præſumitur animus ex decennali habitatione.

187 Habitans in dubio præſumitur Ciuis.

188 Domicilij diuiſio in naturale, accidentale, & commune.

189 Poteſt quis habere duo domicilia.

190 In concurſu præfertur domicilium originis, niſi aliud fuerit à Iure, aut priuilegio, ſtatutum.

191 In Regno licèt numeratus ſit foculare in loco Numerationis, tamen reſpectu fori, vel ordinis, efficitur Ciuis domicilio, & incolatu decennali.

192 Ciuis ex incolatu, licèt alibi numeratus, poteſt cogi à Barone ad exercendum munus ærariatus.

193 Minor adhoc, vt contrahat domicilium, debet habere conſenſum Curatoris.

194 Incola, & habitans ad tempus, non poteſt expelli à Barone, & ratio.

195 Limitatur, concurrente iuſta cauſa; & hoc etiam conceditur Iudici.

196 An Notarius incola poſſit ſtipulare inſtrumentum contra Baronem loci incolatus, vel non, iuxta cap. Regni Ladislaus? adducitur ſententia affirmatiua.

197 Verba ſtatuti, correctoria iuris communis, ſtrictè intelligenda, & in proprio ſignificatu.

198 Explicantur verba dicti cap. Ladislaus.

199 In Statutis correctorijs, & pœnalibus non datur extenſio, etiam ex maioritate rationis.

200 Cap. Ladislaus non habet locum in obligationibus penes acta.

201 Confutatur opinio Reg. de Marinis.

202 Obligatio penes acta recipit fomentum ex præſentia Iudicis, vel eius præſumpto mandato.

203 Inſtrumentum, ſtipulatum à Notario vaſallo, pro, & contra conductorem Iuriſdictionis, eſt validum:

204 Ratio aſſignata cap. Ladislaus præſumpti timoris, non eſt adæquata.

205 Cap. Ladislaus non habet locum in fratre Baronis, vel in habente iuriſditionem criminalem.

206 Nec in conductore, & reijcitur Nouarius.

207 Ratio cap. Ladislaus non eſt fundata in iuriſdictione.

208 Explicatur latè opinio contrarium tenentium.

209 Adducitur doctrina Dom. Conſil. Petra, aſſerentis pro impedienda liquidatione inſtrumenti requiri fidem Baptiſmi, & Vniuerſitatis.

210 An diſpoſitio dicti cap. Ladislaus habeat locum in Notario Apoſtolico?

211 Adducitur ratio pro affirmatiua.

212 Adducitur contraria, vti verior, ex defectu iuriſdictionis.

213 Reſpondetur obiectioni contrariæ: quia Clericus dicitur ciuis in fauorabilibus, non in odioſis.

214 Inſtrumentum, ſtipulatum à Notario vaſallo pro Eccleſia contra Baronem, non probat; nec ſubſtinetur, ex dicto cap. Ladislaus.

215 Sic etiam inſtrumentum dotis, & reijcitur ratio Reg. Merlini.

216 Quod tempus requiratur in dubio, ad acquirendum domicilium, pro contrahendo matrimonio? remiſſiuè.

217 Ciuis qui efficitur, ex conſequutione Epiſcopatus, Parochiæ, Canonicatus, vel alterius dignitatis, reſidentiam requirentis.

218 Ciuis efficitur per conſequutionem ſimplicis beneficij, ad finem tantùm, vt poſſit ab Epiſcopo ordinari.

219 Sed debet præcedere aſſequutio beneficij.

220 Laicus non valet promoueri prima tonſura ab Epiſcopo loci beneficij; & ſi ordinetur, eſt ſuſpenſus.

221 Vxor efficitur ciuis loci viri.

222 Doctor, legens in aliqua Vniuerſitate, efficitur illius ciuis.

223 *Legitimatus dicitur ciuis loci paterni.*

224 *Conciuis etiam dicitur, qui ſtat ſub Imperio eiuſdem Principis.*

225 *Alia ad materiam acquirenda ciuilitatis remiſſiuè.*

226 *Obligatio ciuium erga patriam ex iure Naturali, & Ciuili.*

227 *Ciuis ex qualitate occulta trahitur ad dilectionem patriæ.*

228 *Adducuntur pro confirmatione plures authoritates.*

229 *Patrium ſolum valde conducit ad ſanitatem recuperandam.*

230 *Patria carere nil triſtius.*

231 *Ob abſentiam à patria multa priuilegia conceſſa ſcholaribus.*

232 *Qui ſine cauſa deſerit patriam, impius eſt.*

233 *Amor patriæ vincere debet amorem parentum, & filiorum.*

234 *Ciuis cum patria contrahit naturalem ſocietatem.*

235 *Ciuilitas dicitur qualitas obligatoria.*

236 *Et hypotheca patriæ cum prælatione omnibus, quibus debetur à natura obligatio, præter Deum.*

237 *Confirmatur pluribus authoritatibus, & rationibus.*

238 *Charitas erga patriam omnes ordines vincit, excepto Deo.*

239 *Ciuis pro ſalute patriæ, ſi vrgeat neceſſitas, tenetur morti ſe ſubijcere, quod confirmatur ex hiſtorijs, & Sacræ Scripturæ locis.*

240 *Ciuis poteſt cogi pro patria in bello iuſto morti ſe exponere.*

241 *Item hoſtibus obſidem ſe tradere, pro obſeruantia pacis.*

242 *Item tenetur ſuum caput offerre Tyranno pro ſalute patriæ.*

243 *Ius patriæ vincit Ius patriæ poteſtatis.*

244 *Sic etiam ius vaſallagij:*

245 *A iuramento fidelitatis vaſalli excluditur patria.*

246 *In pari electione præfertur patria Baroni.*

247 *Ciues tenentur ad ſonum Campanæ exire armati, & defendere patriam contra hoſtes, aut graſſatores.*

248 *Ciuis tenetur Officiali oppreſſo ſubuenire, & in caſu contrauentionis poteſt puniri.*

249 *Ciues ſolent eligi ab aliquibus Vniuerſitatibus Regni ad pugnandum cōtra Bannitos, & dicuntur fratres iurati.*

250 *Ciues tenentur mutuare pecuniam, pro emenda annona tempore careſtiæ, & ſuccurrere alijs patriæ neceſſitatibus.*

251 *Ciuis, ſi ſit diues, poteſt ad hoc cogi.*

252 *Ciuis poteſt cogi ad vendendum victualia ſuæ patriæ, & ad ipſa reuelandum.*

253 *Horrea ciues poſſunt manu militari tempore careſtiæ perſcrutari.*

254 *Ciuis tempore careſtiæ debet vendere in publico, & non priuatè victualia.*

255 *Ciuis tempore careſtiæ poteſt prohiberi, ne emat frumentum, in publico expoſitum, vltra indigentiam.*

256 *Ciuis poteſt prohiberi, mulcta indicta, ne extrahat victualia extra Ciuitatem tempore careſtiæ.*

257 *Ciues, & Vniuerſitas præferuntur in venditione fructuū, qui naſcuntur in territorio.*

258 *Vniuerſitas, emens frumentum, vel alia victualia, pro annona, ob timorem careſtiæ, poteſt cogere ciues ad emendum ſuperflua pro eodem pretio, licèt poſtea ſit diminutum.*

259 *Vniuerſitas, facta prouiſione de annona, poteſt prohibere ciuibus, ne aliunde emant victualia.*

260 *Barones, alijque potentes, permittentes extractionem victualium in caſu neceſſitatis, peccant mortaliter, & vaſallos grauant.*

261 *Ciuis cogitur tempore penuriæ inuenire frumentum, etiam in longinquis partibus.*

262 *Ciuis cogitur ad ſe obligandum ad beneficium creditoris, mutuantis pecuniam Vniuerſitati in cauſa neceſſitatis; & adducitur obſeruantia Regij Collateralis Conſilij.*

263 *Ciuitas poteſt expellere exteros, quādo victualia non ſufficiunt, ſic etiam in caſu obſidionis poteſt expellere inhabiles, ne ipſa conſumant.*

264 *Statutum, aut bannum, prohibens extractionem victualium in caſu penuriæ, an comprehendat perſonas Ecclesiasticas*

cleſiaſticas , & an ipſæ ligentur taxa pretij frumenti, facta ad adminiſtratoribus, vel à Iudice laico? reſoluitur cum diſtinctione .

265 *Non exiſtente periculo in mora, adeũdus eſt Iudex Eccleſiaſticus , pro confirmatione prohibitionis , & coactione Clericorum .*

266 *Perſonæ Eccleſiaſticæ peccant mortaliter contrauenientes taxæ , & alijs bannis, emanatis pro bono publico .*

267 *Ciuis tenetur in omnibus patriæ ſubuenire , & pro ea aſſumere defenſionẽ contra Baronem .*

268 *Ciuis poteſt comparere in iudicio pro defenſione Vniuerſitatis , ſine mandato .*

269 *Ciuis poteſt petere prælationem, ſicuti vniuerſitas , & petere demanium in caſibus, à iure permiſſis , & poteſt minor pars hoc petere, licèt Vniuerſitas renunciauerit, aut maior pars contradixerit; & ciues tenentur contribuere per æs, & libram .*

270 *Qui prodit patriam , committit crimen læſæ Maieſtatis .*

271 *Qui ſuſcipit defenſionèm patriæ , meretur pater patriæ appellari .*

272 *Benefactor patriæ poteſt impetrare franchitias ab Vniuerſitate .*

273 *Ciuitatis definito , & obligatio erga ſuos ciues .*

274 *Probatur aſſertio pluribus authoritatibus, & exemplis .*

275 *Ciuitas poteſt aſſumere defenſionem ſui ciuis, & in iudicio comparere, etiã pro ciue Clerico, quia eſt loco patris.*

276 *Patria debet ſuos ciues exteris præferre .*

277 *Publica officia ſunt impertienda ciuibus, & non exteris .*

278 *Probatur ex hiſtorijs , & authoritatibus in diuerſis nationibus .*

279 *Probatur concluſio , etiam ratione politica .*

280 *Doctor ciuis præfertur Doctori forenſi, etiam minùs idoneus .*

281 *Ciuis nobilis præfertur extero , etiam nobiliori .*

282 *Ciuis in concurſu beneficiorum, & Canonicatuũ, præfertur diœceſano, & diœceſanus extero .*

283 *Ciuis præfertur extero in diſtributione annonæ .*

284 *Item in ſubuentionibus , & eleemoſynis .*

285 *Ciuis Ludimagiſter , Medicus, Notarius, & huiuſmodi, præferuntur exteris in locatione operarum .*

286 *Ciuilitas , aut eſt particularis , aut vniuerſalis, quæ dicitur nationalis.*

287 *Ciuilitas nationalis conſideratur in genere generaliſſimo, & ſubalterno .*

288 *Diuiſio nationum ortum habuit poſt diluuium Noë .*

289 *Diuiſio linguarum prouenit ob ædificationem Turris Babylonis .*

290 *Ex diuiſione nationum reſultauit diuiſio Regnorum, Prouinciarum, & Rerum publicarum .*

291 *Romani in tribus partibus Orbis bella geſſerunt, & dominati ſunt .*

292 *Reſpublica Romana pro gubernio Prouinciarum mittebant officiales, qui dicebantur pro-Conſules, aut Prætores, ex qualitate Prouinciæ .*

293 *Auguſtus* Cæſar *poſt obtentum Imperium, reſeruauit ſibi aliquas Prouincias pro deſtinatione officialium , alias Senatui remiſit; ab ipſo deſtinati dicebantur Præſides , à Senatu pro-*Con*ſules .*

294 *Deſtinatus ab Imperatore erat ad beneplacitum , à Senatu officialis erat annalis .*

295 *Collapſo Romano Imperio Prouinciæ redierunt in ſtatu Regni, & Principatus .*

296 *Nomen Prouinciæ remanſit in pluribus Regnis , quando ſunt ſub vnica Monarchia, vt in Monarchia Inuictiſſimi Noſtri Regis* Catholici *.*

297 *In Regno Neapolitano , licèt adſint duodecim Prouinciæ, tamen non dicũtur propriè, & Præſides, miſſi, dicuntur ſubalterni .*

298 *Prouincia, de iure* Canonico, *illa dicitur, quæ habet ſub ſe plures Ciuitates, & Epiſcopos, ſubiectos Metropolitano.*

299 *Rex, poſſidens diuerſa Regna , non per modum vnionis, debet proprijs Regnorum legibus regere .*

300 *Regnicolæ Nauarræ, aut Caſtellæ, non habent communionem priuilegiorum,*

cum alio Regno Hiſpaniarum, vel vtriuſq; Siciliæ.

301 *Indultus Gregorij XV. Sereniſſimo Hiſpaniarum Regi conceſſus, pro præſentatione beneficiorum, non comprehendit* Comitatum *Barcinonæ, nec Principatum Cathaloniæ ſecundùm opinionem Rotæ.*

302 *Indultus, vt ſupra, extenditur ad Inſulas Baleares, vti Hiſpaniæ adiacentes.*

303 *Diuerſa Concilia Suprema inſtituta in Villa Matriti à Sereniſſimo Hiſpaniarum Monarcha, pro iudicandis cauſis ſuorum Regnorum.*

304 *Dictis Conſilijs aſſiſtunt Regentes, qui dicuntur Collaterales S. M. & reputantur vnum, & idem.*

305 *Inhærent Principi ſicut Stellæ firmamento.*

306 *Conſtituunt vnum corpus cum Principe, cuius ipſe eſt caput.*

307 *In dicto Concilio aſſiſtunt Regentes Nationales, & in illo Italiæ ſunt duo Regentes, quorum vnus eſt pro Regno Neapolitano.*

308 *Regens Supremi* Concilij *gaudet emolumentis, conceſſis Regentibus, Neapoli aſſiſtentibus.*

309 *Regens, aſſiſtens immediatè Principi, eſt dignior Regente, aſſiſtente Neapoli.*

310 *Vnumquodq; Concilium tractat de cauſis Proprij Regni.*

311 Cauſæ *Regni Neapolitani ex ſpeciali gratia, non poſſunt auocari in Supremo Italiæ* Concilio.

312 *Adducitur limitatio quando Princeps diſpenſat.*

313 *Regnicola, transferens domicilium ad aliud Regnum, non ſubiectum Regi, etiam committit crimen læſæ Maieſtatis, tam ſi offendat Regem originarium, quàm incolatus.*

314 *Vaſalli, committentis crimen læſæ Maieſtatis, bona, quæ poſſident in alieno Principatu, an ſpectet ad Principem offenſum, vel potiùs ad Principem, vbi bona ſunt ſita? latè differitur, & adducitur Deciſio.*

315 *Maiora officia in Regno ad præſcriptum numerum ſunt prouidenda Regnicolis, relictis alijs ad beneplacitum Suæ Maieſtatis.*

316 *Regnicola efficitur ex modis ciuilitatis contrahendæ.*

317 *Item Epiſcopatus, Archiepiſcopatus cum alternatiua ad Regiam nominationem.*

318 *Limitatur in officio Prothomedici, quod conceditur tantùm Regnicolis.*

319 *Repreſaliæ non debent concedi contra exterum, qui ciuilitatem contraxit in Regno.*

320 *Barones non poſſunt eligere officiales exteros à Regno, ſi non poſſideant ſtabilia in Regno.*

321 *Quomodo debet numerari abſens, aggregatus per ſpolium librorum, aut diligentias; & audiri Vniuerſitas in exceptione abſentiæ allegatæ, & admitti probationes ad finem deducendi?*

322 *An vniuerſitas, vbi habitat abſens, poſſit cogi ad inſtantiam vniuerſitatis, in qua foculare eſt aggregatum, ad faciendam fidem domicilij? & cõcluditur affirmatiuè.*

323 *Quid, ſi perſona allegetur abſens in loco alterius prouinciæ, ſeu repartimenti? & reſoluitur, quod Numerator debet mittere certificatoriam.*

324 *Si perſona ſit abſens in Ciuitate Neapoli, vel alia, immuni à fiſcalibus, reſoluitur quod debet certificari Regia Camera, & fieri aliæ diligentiæ.*

325 *In foculari abſentis diſcutiendum eſt, ſi abſentia fuerit temporalis, & in fraudem, vel animo contrahendi domicilium.*

326 *Vnicuique licet proprium deſerere domicilium, & aliò transferre, niſi ſit vaſallus angarius, & perangarius.*

327 *Abſens à Regno, aggregatus ex aliquo ſpolio, ſi diſceſſerit à patria in fraudem, eſt foculare; ſecus ſi diſceſſerit cũ familia, nec poſſidet bona.*

328 *Quomodo intelligatur illa conditio,* ſi poſſidet bona? *& reſoluitur quod debent eſſe redditus vltra vnciam, & adducitur Deciſio Reg.* Cameræ.

329 *Quid, ſi abſens reliquerit vxorem, & filios minores* 14. *annorum, ſine bonis, & habitauerit longiſſimo tempore extra*

Digitized by Google

extra Regnum, reſoluitur, quod debet deduci.

330 *Abſens per longum tempus extra Regnum, poſſidens bona, pro communi cũ fratribus, qui in Regno ſunt focularia, debet deduci.*

331 *Abſentia* 40. *annorum in dubio tollit animum reuertendi ad patriam.*

332 *Ex dicta longa habitatione debet deduci abſens, & aggregari, aut numerari in loco habitationis, mediante certificatoria, & adducitur Deciſio Reg. Cam. in duobus caſibus, vno in Doctore aggregato in Terra Aiellæ, & habitante in Ciuitate Theatina, & alio aggregato in Terra Fonſechæ, habitantibus per ſpatium* 40. *annorum.*

333 *Originarius abſens in* Ciuitate *Neapolitana, ad exercendum munus Procuratoris, aut Aduocati, aut aliud, ſi in loco originis reliquerit familiam, eſt foculare illius loci.*

334 *Secus ſi in loco originis, vel alio, non reliquit familiam, & habitauit per decennium, & adducitur Deciſio Regiæ Cameræ.*

335 *Abſens, aggregatus ex ſpolio antecedentis Numerationis, in qua eſt deſcriptus abſque vlla proteſtatione abſentiæ per decennium, & oppoſitione Vniuerſitatis, an in noua Numeratione poſſit opponi hæc exceptio, negatiuè reſoluit* Reg. Camera.

336 *Author impugnat, & explicat Deciſionem.*

337 *Minor, & Vniuerſitas habent reſtitutionem in integrum aduerſus confeſſionem erroneam, & rem iudicatam.*

338 *Quod ampliatur etiam contra Fiſcũ.*

339 *Tempus petendæ reſtitutionis in integrum currit à die ſcientiæ læſionis.*

340 *Reſtitutio in integrum competit contra rem iudicatam ex falſis probationibus, & confeſſione erronea.*

341 *Exterus à Regno, ſi numeretur in Ciuitate immuni, eſt foculare.*

342 *Numeratus in tribus locis ex ſpolijs, ſi ignoratur, vbi degat, an debeat aggregari in loco originis, vel ſit deducendus?*

343 *Adducitur reſolutio.*

344 *Valde diſpendioſum eſt perquirere omnes libros Numerationis Regni.*

345 *In dubio potior eſt cauſa originis.*

346 *Numeratus in duobus locis, cæteris paribus, tenetur ſoluere in loco originis.*

347 *Ciuis de tempore præterito, præſumitur de præſenti.*

348 *Aggregatus in patria ex ſpolio antecedentis Numerationis, vel alterius libri, & in alio loco, etiam ex antecedenti oſtiatim, & foculare confeſſatũ, debet deduci à loco originis.*

349 *Ampliatur, vt habeat locum ſi fuerit deſcriptus in libro taxæ, Baptiſmi, in loco incolatus.*

350 *Sublimita, quando abſens eſt aggregatus ex ſpolio ſcripturarum, in quibus interuenit, vti teſtis.*

351 *Quando duæ, vel plures Vniuerſitates contendunt pro deductione focularis, citantur omnes, & ſi non compareant, accuſantur contumaciæ, deinde fit diſcuſſio à Iudice, vel in Reg. Camera.*

352 *In dubio præualet Numeratio oſtiaria ſecluſa tamen fraude.*

353 *Numeratus in duobus locis, ſi in vtroq; remanſerit, in pari cauſa præualet locus originis.*

354 *Numeratus oſtiatim in aliquo loco ſolus, & in alio etiam oſtiatim cum familia, qui ſit originis, debet remanere in vltimo.*

355 *Secus verò è contra, quia in loco habitationis detinet familiam, & animũ contrahendi domicium.*

1 IN Numeratione accidit, numerari Ciues originarios, incolas, vel exteros abſentes, qui in oſtiaria non inueniuntur, ſed deſcribuntur poſt cõpletam oſtiariam intus Ciuitatem, & diſtrictum, ex diligentijs, factis à Regijs Numeratoribus in Numeratione antecedenti, aut libris Cataſti, Collectarum, Baptiſmi, Status animarum, Prothocollorum, Obligationum penes acta, & alijs ſcripturis, & aggregantur in libro Numerationis, & in lectura focularium allegatur à Deputatis vniuerſitatis eorum abſentia à loco; & deſcriptio ſupradicta fit à Regio Numeratore eo modo, & forma, qua reperi-

peritur perſona deſcripta in dictis libris, cum diſtinctione numerorum,ad finem, vt vniuerſitas poſſit ſe defendere, & reddere rationem dictarum perſonarum,quo in loco degant; & in diſcuſſione focularis,poſſit Iudex certum dare iudicium,an ſint focularia, & debeant remanere in loco, in quo habitant,vel in loco originis, aut domicilij præteriti, diſcuſſis ſcripturis,& iuribus vniuerſitatum, & Regij Fiſci,ad formam Inſtructionum, & decretorum Reg. Cam. vt infra, & monet Conſil. Theodor.*alleg.95.lib.1.*

2 Ad euidentiam huius Rubricæ præmittendum eſt primò, abſentem in iure pluribus modis accipi, de quibus Gloſ.& DD. *in l.abſentem,ff.de pæn.* Et
3 ſecundùm ſubiectam materiam abſentia diuerſos producit effectus, Bal.*in l. præſens, ff.de pact.* Alciat. *in d.l.abſentem*, Angel. *in l.final. Cod. de præſcript. dec.vel vigin.annor.* Balb. *de præſcript. 4.p.q.2.principal. n.3.* Felyn.*in cap.quoniam frequenter, n.10. vt lit.non conteſtat.* Dec.*in cap.cùm omnes, nu.43. de conſtitut.* Sforza Odd.*de reſtitut.in integrum,p.1.qu.5.art.6.*

4 At in materia noſtra ille dicitur abſens, qui ſe abſentauit à loco, & aliò tranſtulit ſe adhabitandum cum ſua familia,animo permanendi, Bart.*in l. 1.§.1.n.7.ff.de liber.agnoſcen.* Felyn.*loc. cit.*Odd.*vbi ſup.n.32.* diximus, *cum familia, &c.* quia,ſi hic familia careat,& domicilio, & ſit abſens vagando,& nil poſſideat,dicitur vbique,& nullibi pre-
5 ſens, & vbique abſens:ſic etiam ſi abfuerit relicta familia, quia hic non dicitur verè abſens ob animum reuertendi,Specul.*tit.de præſcript.nu.3.* Bal. & Angel. *in d.l.final.num.2.* Balb.*qu.2. num.4.* & primus dicitur vagabundus, Odd. *loc. cit. num.33.* de quo in titulo præcedenti.

6 Præmittendum ſecundò, quod abſens à loco, vel eſt originarius ciuis, vel ex domicilio illius loci, ex antecedenti Numeratione, aut exterus, qui poſt Numerationem venit cum familia ad habitandum, vel animo permanendi,aut per tranſennam, ſed deinde in oſtiaria non eſt inuentus, quia diſceſſit, de primis ſunt Textus *in l.1. ff. ad municip.& in l.1. & tot.tit. Cod.de incol.lib.10.*de ſecundis *in d.l.1. & in l.ciues, Cod.eod.*& ſi non animo permanendi habitet, ſiue inueniatur præſens, ſiue abſens,dicitur aduētitius,vt in Rubrica ſequenti; hinc in diſcuſſione grauaminum, alia apponitur rubrica ciuium abſentium, ſcilicet de originarijs abſentibus, alia exterorum, ſcilicet de exteris abſentibus, vt ſæpius practicatum vidi in Reg.Camera, etiam in gradu reclamationis.

7 Præmittendum tertiò,quod abſentia eſt genus, & primò diuiditur in ordinariam, ſiue realem, & extraordinariam, ſiue perſonalem; abſentia ordinaria, ſiue realis,illa dicitur,quæ fit de vno loco ad alium cum tranſlatione totius familiæ, vt ſi ciuis vnius Terræ ad aliam transferat domicilium, vt diximus ſupra; & dicitur abſentia
8 localis, quia locus attenditur principaliter,& non perſona,quæ aliquando per accidens poteſt abeſſe, & tamen dicitur præſens ratione domicilij ex animo reuertendi,Bal.& Angel.*In l.1. nu.1.Cod.quib.non obijc.long.temp.præſcript. & d. l.fin.* Sforz. Odd.*loc.cit.art. 7.nu.46.* Extraordinaria,ſiue perſonalis,eſt illa, quando à loco fit à perſona per accidens,relicto tamen domicilio; & dicitur extraordinaria,ſiue accidentalis, quia ordinariè nemo præſumitur proprijs laribus ſe abſentare, ſed ex accidenti; & diſtinguitur à præcedenti, quia in prima ſupponimus domicilium translatum, ſecus in ſecunda, Odd.*loc.cit.n.47.*Bart.*in l.hæres abſens, §.proinde,& in l.prædium, §.affini, ff.de fund.inſtruct.*latè Thor. *in compend.deciſ.p.3.verb.ciuis in ciuitate,col.2.*

9 Et quia ex varijs cauſarum figuris poteſt perſona extraordinariè, & accidentaliter abeſſe; ideo hæc abſentia diuiditur in neceſſariam, & volunta-
10 riam: Neceſſaria eſt quæ non ſponte aduenit, ſed ex iuſſu Superioris,legis, aut ſtatuti; & hæc etiam ſubdiuiditur
11 in laudabilem,culpoſam,& indifferentem: laudabilis illa dicitur, quæ præmium,

mium, & honorem meretur, vt ſi quis iuſſu Principis ex cauſa legationis abfuerit, aut militiæ, aut Magiſtratus ſubeundi, aut patriæ defendendæ, aut alia publica vtilitate, vt DD. *in l.ſciēdum,§.ordine,ff.de legat.* Bal.*in l.cùm non alia, Cod.quomod.& quand.iud.* vt de cauſa legationis eſt Textus *in l.ſed & ſi,§.finali, ff.de legat. & Cod.eod.lib.*10.*& decret.de offic.delegat.* Valenz.*lib.*4.*conſ.*4. Sic ſunt oratores, qui mittun-
11 tur ad Principem congradulationis, vel alterius publici negotij cauſa, *l. qui mittuntur,ff.quib. ex cauſ.maior. & ind.tit.C.de legat.lib.*10. vndè his competit remedium reſtitutionis in integrum, DD.*in dictis iuribus,*Odd.*loc.cit.*
13 *art.*10.*n.*33.*&* 37. & quomodo debet fieri electio Legati per Vniuerſitatem pro recurſu ad Principem? vide Textū *in l.fin. Cod.de legat.lib.*10. Marcel.de
14 Maur.*alleg.*1.Sanfelic.*dec.*135.& Legatus, miſſus ex electione non affectata, recuperat omnia damna paſſa in eius abſentia, et ſi in via capitur ab hoſtibus, tenetur mittens redimere, *l.eum duobus, §.damna,& §.quidem, ff.pro ſocio,l.Paulus reſpondit,ff.de legat.*
15 Secus ſi electio ſit affectata, vt diſtinxerunt Bal. *in l.ſi ſeruus communis, §.vt verò,n.*5.*ff.de furt.* Petra *ad Capyc. dec.*125.*num.*7.*& dec.*180.*num.*2. *& ad Grammat.dec.*3.*nu.*7. Valenz.*conſ.*170. *nu.*6.*lib.*2.Coſt.*de port.rat.qu.*64.Maur. *loc.cit.* Franc.Stefan. *dec.*7. *num.*6. de Pont.*dec.*17.Franc. *dec.*146. Hieron.de Lauren.*dec.*126. Thor.*in compend.deciſ.*
16 *verb.captus ab hoſtibus*; & an lector lucretur ſalarium ob abſentiam ſupradictam, durante abſentia? vide Giurb.
17 *obſeru.*30.*lib.*1. Sic etiam abſentia magiſtratus ſubeundi cauſa, *d. l. qui mittuntur, §.ſimiles*, Gaſp.Valaſc. *in l.imperium,num.*186.*ff.de Iuriſd. omn.iudic.* Odd.*loc.cit.art.*10. *nu.*34. Caſtill.*deciſ.* 105.*nu.*29.Maſtrill.*dec.*173.*nu.*17.*&* 53. Amat.*lib.*1.*var.cap.*46.*n.*4.Capyc.Latr. *dec.*102. *lib.*1. Conſil.Petra *Rit. M.* C.
18 260.*nu.*54.& ideo dicitur neceſſaria, quia Officialis debet perſonaliter aſſiſtere in loco gubernij, cùm ſit electa induſtria perſonę, *l.finali,ff.de offic.eius, cap.fin. §.hijs autem, de offic. delegat.§. adhuc prohibemus, auth. vt nulli iudic. &c.*

19 Sed quanto tempore poſſit officialis abeſſe à loco gubernij, & relinquere locuntenentem, & ex qua cauſa? vide Viu.*dec.*356.Capiblanc.*in prag.*5. *de Baron.nu.*16. Franch.*dec.*98. & quid
20 ſi officialis per longum tempus abfuerit ex iuſta cauſa, cui competat electio locuntenentis? Maſtrill. *de magiſtrat.lib.*1.*cap.*9. *nu.*24. Capiblanc.*de*
21 *Baron.par.*2.*cap.*18. *nu.*4. & quid in cauſis meri Imperij, & an acta, facta coram locuntenente, valeant? Sanfe-
22 lic.*dec.*362.*par.*3. & in Regno officialis Regius non poteſt abeſſe à loco gubernij per longū tempus ſine licentia Principis, ex Ritu M.C.7. & in Audi-
23 toribus prouincialibus eſt pragm.7.8. & 17.*de offic.Iuſtitiarij*; & quid in offi-
24 cialibus Baronalibus, & qua pœna puniantur? & alia ad materiam, vide Viu.*dec.*37.*nu.*14.*& dec.*356.*lib.*1.Gizzarel.*dec.*30.Danz.*de pugn.DD.de offic. Audit.cap.*1.*nu.*6.Conſil.Rocc. *lib.*2.*reſponſ.*65.*à nu.*13. Conſil.Petra *d.rit.*7. *à num.*1.

25 Sic etiam abſentia Magiſtratuum, qui mittuntur contra bannitos, qui in Regno dicuntur Commiſſarij generales Campaneæ, *dicta l.qui mittuntur, §.quæſitum,*Azo *in ſumm. Cod.de milit. teſtament.nu.*4. & DD. *vbi ſupra*: Sic
26 etiam abſentia cauſa militiæ, Afflict. *dec.*284. Odd. *loc.cit.* & nos latiùs ſuo
27 loco. Eodem priuilegio gaudet abſentia duorum Canonicorum pro ſeruitio Epiſcopi, aut vtilitate Eccleſiæ: quia, licèt ſint obligati ſeruire in choro, ſecundùm Textum *in cap.de cætero,& in cap.ad audientiam,de cleric.non reſidentib.* vbi Innocent. & Abb.& nouiſſimè doctiſſ. Gonſalez; attamen ex
28 dicta cauſa abſentes, etiam ſi habeant curam animarum, lucrantur fructus Præbendæ, etiam ſi præbenda conſiſtat
29 in diſtributionibus quotidianis: quia diſtributiones pro duabus portionibus ſunt loco præbendæ, dempta tertia parte, quæ retinet naturam diſtributionum, quæ dantur intereſſentibus,

bus,nè Diuinus cultus diminuatur, ex diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.24.cap.12.*

30 Vnde hac abſentia Canonicus lucratur fructus præbendæ,nō verò quotidianas diſtributiones, Fagnan.*in dicto cap.de cætero,à nu.*11. Antonell.*de loc.legal.lib.1.cap.13.q.3.*

31 Si tamen abſentia ſit cauſa comitandi Epiſcopum ad viſendum limina Apoſtolorum, vel fuerit ab eodem miſſus ex dicta cauſa, aut pro euidenti vtilitate Eccleſiæ,in qua hàbet præ-

32 bendam, aut pro negotijs Capituli, aut ſi abſit à choro propter exercitiū curæ animarum, aut aſſiſtentiam Epiſcopo, Pontificalia exercenti, aut ſit Canonicus pœnetentiarius, aut præbendam theologalem obtinens, durante exercitio audiendi confeſſiones, aut legendi, vel ſi comitetur Epiſcopū in viſitatione, quia tunc Canonicus, aut alia dignitas, etiam lucratur quotidianas diſtrubutiones, *capit.cùm non deceat,de election. in* 6. Fagnan. *loc.cit. & in cap.licèt, de præbend. à num.*158. Antonell.*loc.cit.q.*4. *nu.*22. *& de regimin.Eccleſ.lib.*3.*cap.*16.*à n.*16. Moneta *de diſtribut.quotid.p.*2.*q.*4.5. *&* 6. Pat. Dian.*p.*10.*tract.*16.*reſol.*54. & ad Materiam Rota *p.*9. *recent. tom.*1. *dec.*117. Barb.*ad Triden.ſeſſ.*24.*cap.*12. *de reformat.nu.*101.*& ſequent.*

33 Sic etiam familiares Pontificis, in cuius ſeruitijs, & obſequio permaneant, qui non comprehenduntur in edictis,legibus,conſtitutionibus,& Sacri Concilij Tridentini diſpoſitionibus, ad reſidentiam obligantibus, & propterea, non incurrunt in pœnas, contra non reſidentes inflictas *in cap. cùm dilectus*, vbi Canoniſtæ, cum Fagnan.*de cleric. non reſid. & in cap. licèt, de præb.à num.*27. Duran.*dec.*44.Rota *p.*18.*recent.tom.*2.*dec.*420.*à n.*7.

34 Limitatur tamen ſi Canonicus abfuerit pro ſeruitio Eccleſiæ conſtituto ſalario: quia,licèt fructus præbendæ lucretur, non tamen diſtributiones quotidianas,Nauarr.*in manual.cap.*25. *à n.*124.Antonell.*loc.cit.nu.*25. quid ſi

35 Canonicus ſe abſentauerit iuſto timore, vt puta quia expulſus à Principe? vide Ciarlin. *lib.*3. *contr. cap.*288. vbi latè de materia,& nouiſſimè Panimol.*dec.*20.*nu.*3.*tom.*1.

36 Sed an Epiſcopo,aut Cardinali,qui eſt de Collegio Doctorum, ſi abſit in examine doctorandi,debeantur munuſcula, ſolita dari illis de Collegio,qui ſunt præſentes,& quid in Regijs Conſiliarijs,Præſidentibus Regiæ Cameræ, & Regentibus Regiã Cancellariã, vide Theodor.*allegat.*49. Montan.*contr.* 31. Sanfelic. *in add. ad dec.*324.*tom.*2. Iul.Capon.honorandum præceptorem meum recolendæ memoriæ, *lib.*1.*contr. cap.*24. qui ſcripſit pro Eminentiſſimo Cardinali Filomarino, Velanz. *cap.*4. *lib.*1.Conſil.Petra *Rit.M.C.*7. *num.*16. quid de Canonico,aut beneficiato abſente pro ſeruitio Regis, aut cauſa officij? vide Velanz.*loco citato.*

37 Alia abſentiæ laudabilis,& neceſſariæ cauſas eſſet longum recenſere, vide apud DD.citatos,& ſignanter Odd. *q.*6.*p.*1.Petra *d.Rit.*7.

38 Abſentia neceſſaria culpoſa dicitur illa, quæ iuſſu Superioris cauſatur in pœnam,aut ob timorem pœnæ,ob aliquod delictum commiſſum, *vt in l.ſi cui,& l.ſi qua,*§.1.*ff.quib.ex cauſ.maior.* ſic eſt abſentia excommunicati,banniti,relegati,exulati,carcerati, miſſi ad triremes, vel ad bellum, ex condemnatione delinquentis; & contumacis;

39 ſed excommunicato ex cauſa abſentiæ conceditur in integrum reſtitutio, ſi lædatur, Canoniſtæ *in cap.cùm inter, de except.*Abb.*in cap.*1. *de præſcript. columm.*4.Odd.*de reſtit.integr.par.*1.*qu.*7.

40 *art.*2. dummodo non ſit negligens ad obtinendam abſolutionem; immo ſi Canonicus fuerit iniuſtè excommunicatus, vel carceratus, lucratur quotidianas diſtributiones tempore carcerationis, vel excommunicationis,Fagnan.*in cap.licèt, à nu.*153. *de præbend.* Gonzal.*in cap.de cætero*, *de cler.non re-*

41 *ſid. nu.*7. Si fuerit in prima inſtantia abſolutus, ac etiam ſi in prima inſtantia fuerit condemnatus, ſed deinde abſolutus in gradu appellationis per ſententiam, tranſactam in rem iudicatam

42 tam, Fagnan. *loc. cit. num.*154. Sic etiam ſi quis iuſtè fuerit carceratus à Iudice pro delicto, ex quo ex informatione vrgebant indicia, & deinde tractu temporis ſit abſolutus, vel quia tortus, non fuit confeſſus, vel quia in defenſionibus euacuauit indicia, etiam lucratur diſtributiones, Monet. *de diſtribut. par.*2. *qu.*5. *nu.*81. Bonae. *de hor. canonic. par.*2. §.1. *à nu.* 2. Ciarlin. *lib.*3. *controu. cap.*228. *n.*25.

43 Et his omnibus abſentibus conceditur reſtitutio in integrum ex clauſula generali *ſi qua iuſta*, vt de miſſis ad triremes, & relegatis probat Odd. *loco citatò*.

44 Sed quid in Officiali annali inquiſito, ſi deinde labatur tempus poſt abſolutionem, num ſit reintegrandus? vide Franc. *deciſ.*419. Capiblanc. *in pragm.*5. *de Baron. à nu.*87. *tom.*1. Sanfelic. *deciſ.*316. *lib.*2.

45 Abſentia neceſſaria indifferens eſt, quæ nec præmium, nec pœnam meretur, vt ſi quis neceſſariò, ſed non publica abſit vtilitate, vt ſi in itinere ſit captus à latronibus, aut detentus per vim priuato carcere, aut ex
46 cauſa repreſaliarum; ſic etiam abſens cauſa magni litigij, aut curande infirmitatis; quibus omnibus competit in integrum reſtitutio, DD. *in*
47 *d.l.*1. Odd. *loc. cit. qu.*6.7. *&* 8. immo captus ex cauſa repreſaliarum, non ſolùm habet reſtitutionem in integrũ, ſed etiam recuperat omnia damna, & expenſas, ab eo, qui dedit cauſam repreſalijs, Moron. *de bell. treg. & pace, p.*2. *qu.*23. *nu.*2. Maſtrill. *deciſ.*564. *nu.*9. Thor. *in compend. deciſ. p.*2. *verb.*
48 *captus ab hoſtibus*. Quæ autem requirantur ad cõceſſionem repreſaliarum? Dexart. *deciſ. Sardin.*85. & de illarum materia vide Arias de Meſ. *lib.*2. *variar. cap.*21. 22. 23. *&* 24.

49 Et Canonicus, abſens ex cauſa infirmitatis, etiam lucratur diſtributiones quotidianas, Canoniſtæ *in capit. cùm percuſſio, de cler. ægrotant.* ſignanter Fagnan. *num.*11. *& in dicto. capit. licèt, à num.*136. *capit. vnic. de cler.*
50 *non reſid. in* 6. Sic etiam poteſt facere electionem per procuratorem in Collegio, quæ aliàs fieri nequiret; *capit. quia propter*, §. *illud, de electiou.* Garz. *de benefic. par.*5. *cap.*9. *à num.* 226. Rota *apud Mantic. deciſ.*268. *cap. ægroto*, 6. *qu.*3. *cap. querelam, de procurat.* Gloſ. *in d. capit. quia propter, verb. vel propter infirmitatem*, Lauor. *variar. lucubrat. tit.*4. *cap.*17. *à n.*34. Rota *part.*14. *recent. deciſ.*371. *num.*5. *& dec.*474. *num.*6. & alia de clerico ægroto, vide in titulo Decretalis; &
51 quando ex abſentia indifferenti quis excuſetur à reſidentia? vide Fagnan. *in d cap. licèt, à num.*150. Barb. *loc. cit. num.*105. Couarr. *lib.*3. *variar. c.*13. *à num.*8.

52 Omnes ſupra enumeratas differentias agnoſcit abſentia voluntaria, quæ eſt illa, quæ nullius iuſſu, ſed ſponte,
53 ſit; Et quidem abſentia voluntaria laudabilis eſt illa, quæ ſuſcipitur ſponte, vel propter bonum Reipublicæ, vel Principis, principaliter, vel ſecundariò, vel propter aliquam laudabilem cauſam: ſic eſt militia, ſponte ſuſcepta, tales ſunt milites,
54 vulgò dicti *Venturieri*, Odd. *loc. cit. art.*3. *&* 4. ſic abſentia cauſa ſtudij,
55 §. *final. in proœmio Inſtitut. & l.*1. *Cod. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib.* 10: quia intereſt Reipublicæ doctis hominibus repleri, *cap. cùm ex eo, de elect. in*6. de militibus ſuo loco ali-
56 qua notabimus; De ſcholaribus abſentibus cauſa ſtudij, quod gaudent multis priuilegijs, & prærogatiuis, de quibus *in l. nec cùm, ff. quib. ex cauſ. maior.* & DD. *in auth. habita, Cod. ne fil. pro patre, & in l.*1. *ff. ſolut. matrim.* Odd. *loc. cit. art.*14. & noſtri Regni-
57 colæ *in capit. Regn. inter virtutes*; & ſignanter vltra beneficium reſtitutionis in integrum, habent illud electionis fori, ſiue agant, ſiue conueniantur, Carleual. *de iudic. lib.*1. *tit.*1. *diſp.* 2. *qu.*6. *ſeſſ.*5. *à num.*479. & ſic refert deciſum per S.C. in anno 1664. Conſ. Staiban. *in nouiſſ. Addit. ad reſolut.*92. *à num.*72. *lib.*1.

58 Nec non, licèt donatio, facta à patre filio in poteſtate, non teneat,

Q valet

valet tamen cauſa ſtudij, Cutell. *de do-*
nat. contemplat. matrim. diſtur. 2. p. 11. à
num. 3. licèt poſſit reuocari, ſi filius
ſtudijs non vacet, quia eſt donatio
ob cauſam, Cutell. *loc. cit. num. 15.*
Barboſ. *in l. 1. num. 64. ff. ſolut. matrim.*
59 Immo cogitur pater pro hac cauſa
donare, tum fauore publico, tum
quia ſtudium litterarum venit appel-
latione alimentorum, *l. ſi quis à libe-*
ris, §. *vim tantùm*, *ff. de liber. agno-*
ſcend. Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 2.*
cap. 22 num. 8.
60 Quod intellige, ſi pater habeat bo-
na ſufficientia, & filius non habeat
aliunde, Crauett. *conſ. 126. nu. 8.* Mer-
lin. *loc. cit. num. 9.* Cutell. *num. 28.* &
61 valet argumentum à dote ad ſtudium.
Gloſ. *in l. ſed Iulianus*, §. *proinde*, *verb.*
ſolebat, *ff. ad Macedon.* Caſtreſ. *conſ.*
242. *colum. 2. lib. 2.* Barboſ. *loc. cit. nu.*
26. Menoch. *lib. 3. præſump. 30. nu. 22.*
Mangil. *de imputat. qu. 31. num. 2.* Cu-
tell. *nu. 22.* Rota *apud Mantic. deciſ.*
62 335. Et gaudent omnibus priuilegijs
dotis, DD. citati, Coraſ. *in d. l. 1. nu. 22.*
Roman. *nu. 7.* Barboſ. *num. 24.* Rebuff.
de priuil. ſcholar. priuil. 60. Gratian.
diſcept. 25 : num. 24. & præcipuè ta-
63 citæ hypothecæ, & prælationis, Bar-
boſ. *vbi ſupra, num. 25.* Gratian. *num.*
17. Flor. de Men. *lib. 1. variar. qu. 8.*
§. *1. num. 70.* Rodrig. *de priuil. credit.*
64 *par. 1. art. 3. num. 18.* & in dubio pro
cauſa ſtudij eſt reſpondendum, Bar-
65 boſ. & Gratian. *vbi ſupra*; & pro cau-
ſa ſtudij poſſunt bona, ſubiecta fidei-
commiſſo, alienari, iuxta terminos
auth. res quæ, *Cod. commun. de leg.*
Curſ. iur. *in d. auth. num. 13.* Intrilliol.
de ſubſtit. cent. 3. qu. 73. num. 402. Fu-
ſar. *eod. tract. qu. 540. num. 2.* Menochij
Additio *ad cap. 73. à nu. 45. & cap. 92.*
à num. 137.
66 Immo habet locum in patre natu-
rali, & in fideicommiſſo tranſuerſali,
quod non eſt in dote, Fuſar. *qu. 140.*
num. 2. & 5. Staiban. *loc. cit. num. 54.*
67 *& d. reſol. 92. num. 139*; intellige ta-
men, ſi tranſuerſalis ſit obligatus ad
alimenta; quia debet ſubminiſtrare
ſecundùm eorum rationem, & ad

metam alienare, Fuſar. & Staib. *loc.*
cit. Cutell. *d. partic. 11. num. 49.* Et ſic
68 legatum cauſa ſtudij nullam admittit
diminutionem, Rebuff. *d. tract. pri-*
69 *uil. 134.* etiam ſi concurrat cum lega-
to, facto Doctoribus, quia potior eſt
cauſa ſtudij, vt refert deciſum Staib.
in Addit. ad d. reſol. 92. num. 144. &
70 hoc dicitur legatum pium, Ripa,
& Socin. iun. *in d. l. 1.* Rimin. iun. *conſ.*
117. *num. 13. lib. 2.* Molfeſ. *conſ. 13. nu.*
16. lib. 1. Cutell. *loc. cit. num. 11.* Ti-
raquellus *de priuileg. piæ cauſæ, verſ.*
item relictum cauſa ſtudij, vbi Additio.
71 Sic Canonicus, abſens in ſtudijs
generalibus de licentia Ordinarij, lu-
cratur fructus præbendæ, *capit. tuæ*,
de cler. non reſid. vbi Canoniſtæ, Fa-
gnan. *in d. capit. de cætero, num. 22. &*
72 *in d. cap. licèt, à num. 6.* licèt ſecus ſit
quoad diſtributiones quotidianas,
quas tantùm lucrantur intereſſentes,
niſi à Iure aliud ſtatuatur, DD. *vbi ſu-*
pra, & eſt Textus *in cap. ſuper ſpecula*,
de maigſtrat. Ricc. *collect. 445. &*
3318. Gratian. *diſcept. 283. num. 12.*
Tondut. *qq. & reſolut. benefic. cap. 102.*
p. 1. num. 15. Corrad. *de diſpenſat. lib.*
5. cap. 6. à num. 21. Barboſ. *ad Trid.*
ſeſſ. 21. cap. 3. de reformat. num. 8.
73 Niſi, vt diximus, præbenda conſi-
ſtat in diſtributionibus: quia tunc ſo-
lùm tertia pars relinquitur pro inter-
eſſentibus, & duæ partes dantur Ca-
nonico abſenti, Fagnan. *in cap. olim*,
num. 51. de verb. ſignific. & in d. capit.
74 *licèt, à num. 17.* & ſic debet intelligi
Regens de Marinis *lib. 1. quotid. cap. 4.*
num. 6: ratio eſt, quia abſens cauſa
ſtudij, licèt non habeatur pro inter-
75 eſſente, habetur tamen pro præſente;
Hinc gaudet immunitate in gabella
farinæ, & in mea patria ſolet conce-
di medietas, Viu. *dec. 88. num. 5.* Ca-
rol. de Craſſ. *de effect. lib. clericat. effect. 3*
num. 306. Pignatell. *conſul. 434.* & de-
clarauit pluries Sacra Congregatio, ſi-
gnanter *in vna Salernitana 2. Iulij*
1630. in Baren. 25. Maij 1638. in To-
lentina 2. Maij 1651. apud Pignatel.
76 *loc. cit.* Ac etiam immunitate onerum
perſonalium, & gabellarum, ſignan-
ter

Digitized by Google

ter Dohanæ, & iuris fundici, pro re-
bus, deſeruientibus ad vſum, ex *capit.*
Regni inter virtutum, ſecundum ordi-
nem Nigri, *num.6.*
77 Diximus *in ſtudijs generalibus*, ſcili-
cet à Pontifice, Imperatore, vel alio
Principe, ſuperiorē non recognoſcen-
te, & Iura Imperij habente, inſtitutis,
Caſſan. *in catal. glor. Mund. p.10.con-
ſid.32.* vt ſunt ſtudia, ſeu Achademiæ
Vrbis, *l. vnic. Cod. de ſtud. liberal. Vrb.
Rom. lib.11.* Salamanticæ, Sorbonæ,
Luteriæ Pariſiorum, Neapolis, Pata-
uiæ, &c. de quibus Caſſan. *loc. cit.*
Cobell. *de not. Cardinalat. capit.15.*
Petreyd. *in ſua Republ. litterar.* Pat.
Mendoz. Ieſuit. *de Iur. Achadem.* ſe-
cus verò in alijs ſtudijs, & Achade-
mijs, non approbatis, & facultate do-
ctorandi carentibus, Canoniſtæ *in
dicto capit. ſuper ſpecula.*
78 Diximus etiam *de licentia Ordina-
rij*: quia Canonicus, aut alius bene-
ficiatus, obligatus ad reſidentiam,
non poteſt aliter abeſſe, ex Conſtitu-
tione Pij V. anno 1564. & ſolet con-
cedi per quinquennium ex Decreto
S. C. l. de quo Fagnan. *in d. cap. licèt,
nu.7.* & Toudut. *d. cap.102.*
79 Quæ diximus de abſentibus cauſa
ſtudij, habent locum in Lectoribus, &
Magiſtris, actu legentibus, *capit. fin. de
magiſtrat. l. medicos*, vbi DD. *Coc. de
profeſſor. & medic. lib.10.* Iaſ. *in d. l.1.
num.46.* Menoch. *de arbitrar. caſ.237.*
& de hac materia latè agunt Orat.
Lutt. Rebuff. Iacob. Benn. Petr. Leſ-
naud. *de priuil. Focular. inter tract. tom.
18.* Interpret. *in d. l.1.* & noſtrates *in
dicto capit. Regn. inter virtutum, & in
capit. grande.* Sunt aliæ cauſæ abſentię
voluntariæ laudabilis, de quibus DD.
vbi ſupra, & præcipuè Oddus.
80 Abſentia voluntaria vituperabilis
eſt illa, quæ ſponte ſuſcipitur, ex cau-
ſa, opprobrio digna, aut in damnum
Reipublicæ; talis eſt abſentia vaga-
bundi, de qua ſupra, graſſatoris, in-
quiſiti, qui citatus legitimè Iudici
non obtemperauit, & dicitur contu-
max, *tot. tit. ff. ſi quis ius dicent. non
obtemper.* & eſt Textus *in l.4.5. ff. quib.*
81 *ex cauſ. maior.* & hæc abſentia pœna
digna eſt, & omni legum auxilio de-
ſtituta, DD. *in l. non verè, ff. quib. ex
cauſ. maior. & l. vltima, ff. de in integr.
reſtitutionibus.*
82 Quomodo debeat allegari excep-
tio abſentiæ inquiſiti, legitimè ci-
tati, à quibus, & quando debeat ad-
mitti, & an à denegatione exceptio-
nis abſentiæ detur appellatio? & alia
vide apud DD. *in l. intra accuſatorem,
in l. penultima, §. ad crimen, ff. de publ.
iudic. & in l. reos, Cod. de accuſation.*
Farin. *in prax. qu.11.* Iul. Clar. *in §. fin.
qu.32.* Guazzin. *ad defenſ. reor. defenſ.
12. c.1.* Noſtrates *cap. in Regn. poſt com-
miſſum, & in Rit. M. C. 266. & 269.*
Danz. *de pugn. DD. tit. de abſent. tom.
2.* Scial. *in prax. foriudicat. cap.8. à nu.
87.* Franc. *dec.327. & dec.589.* vbi
Addentes, Tap. *in dec. Sacr. Conſ.16.
& 17.* Sanfelic. *dec.31. & 33.*
83 Abſentia voluntaria indifferens eſt
illa, quæ neque laude, neque iniu-
ria, digna eſt, talis eſt abſentia pe-
regrinationis per regiones cauſa eru-
ditionis, Bal. *in l. ab eo, Cod. quomod.
& quan. Iudex*, Gloſ. *in l.9. ff. de procur.*
Curtius *in l.1. num.68. ff. de offic. eius:*
84 ſic abſentia cauſa deuotionis; ſed, ſi
ſit cauſa voti adimplendi, dicitur
etiam laudabilis, Odd. *de reſtit. in in-*
85 *tegr. p.1. qu.7. art.13. num.116.* eſt etiā
indifferens abſentia cauſa mercaturæ
ad proprium commodum, Gloſ. &
Bart. *in l. final. ff. de reſtit. in integr.*
Valaſc. *in l. imperium, num.188. ff. de*
86 *iuriſdict. omn. Iudic.* ſic abſentia cau-
ſa recreationis, aut venationis, DD.
in d. l. vltim. Comeſ. *in §. rurſus, In-
ſtitut. de actionib. num.31.* Pariſ. *conſ.
99. num.11. lib.4.* Canoniſtæ *in capit.
quoniam contra, §. porro, vt lite non
conteſt. & in cap. irrefragabili, de offic.*
87 *delegati.* Alia de hac materia vide
apud DD. *vbi ſupra*, & Interpretes
ad titul. ff. quib. ex cauſ. maior. Alciat.
in l. abſentes, ff. de verb. ſignif. Farin.
qu.99. num.28. Baiard. *ad Clar. q.34.*
Vrſell. *in examin. apum, concluſ.8.
verb. abſens*, Paciuchell. *in tract. de
diſtant. cap.12. à num.14.* quia hacte-

Digitized by Google

nus allata ſufficiunt pro ornatu noſtræ Rubricæ.

§. I.

88 IN hac Rubrica agitur de abſentibus abſentia ordinaria, non autem extraordinaria; & ſic de illis, qui aliò tranſtulerunt domicilium, quia de alijs ſuo loco agemus.

89 Abſentia ordinaria in terminis noſtris diuiditur in temporalem, & perpetuam: temporalis illa dicitur, quãdo quis ſe confert cum familia ad habitandum, non animo permanendi, & contrahendi domicilium, ſed alia de cauſa, vt ſunt mercatores, officiales, coloni, &c. Perpetua, quando quis cum familia, & bonis, ſe transfert, animo permanendi, & contra-

90 hendi domicilium. In prima acceptione dicitur quis in loco habitare, in ſecunda domicilium habere, quod valde differt, DD. *in l. 1. §. habitare, ff. de ijs, qui deijecer. vel effuder. l. domicilium, l. aſſumptio, ff. ad municip. l. ciues, Cod. de incol. lib.* 10. latè Loccin. *in cap. licet, à num.* 27. *de for. compet.* Rouit. *in pragm.* 1. *num.* 9. *de immunit. Neap.* Carleual. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *num.* 11. & in prima acceptione habitantes appellant noſtri aduentitios, de quibus infra in eorum rubrica, & eſt Textus *in l. cùm neque, Cod. de incol. lib.* 10. de ſecundis noſter erit ſermo, vt infra *nu.* 105.

91 Aduertendum tamen eſt, quod non implicat in Iure, quod quis poſſit duo domicilia eodem tempore in duobus locis contrahere, *l. aſſumptio, §. viris prudentibus, & l. Labeo, ff. ad municip.* Gloſ. *in l. ſi quis, C. de municip. & originar. lib.* 10. Intellige tamen ſi in duobus locis viciſſim habitet, Velanz. *conſ.* 37. *num.* 28. *lib.* 1. Quid verò agendum ſit in materia Numerationis in hoc caſu? infra dicemus.

92 Aduertendum ſecundò, quod abſens abſentia ordinaria, pluribus modis poteſt accipi, vt diximus *ſupra*: vel enim eſt originarius abſens, vel eſt exterus; & ſubdiuiditur, aut exterus, qui nunquàm habitauit in loco, ſed aliquando fuit per tranſennam, aut per accidens, cauſâ alicuius negotij, & reperitur in ſpolio ſcripturarum, ſcilicet prothocolli, libri obligationum, in quo interuenit vt principalis, aut teſtis, aut ex aliqua diligentia Numeratoris, & aggregatur in Numeratione; aut eſt exterus, qui aliquando in loco domicilium contraxit, & pro foculari fuit deſcriptus in antecedenti Numeratione, & hi omnes dicuntur exteri abſentes: quæ differentia valde conducit in noſtra materia, ad dignoſcendum, an ſit foculare in eo loco, à quo ſe abſentauit: multoties enim accidit, vt exterus in aliquo loco moram ducat ad tempus, & deinde diſcedat, ſed inuenitur notatus in libris matrimonij, Baptiſmi, gabellarum, &c. quandoque per tranſennam, & inuenitur in prothocollis, &c. quandoque reperitur in antecedenti Numeratione: & omnes ſupradicti, quia non inuenti in oſtiaria, aggregantur poſt ipſam in libro Numerationis: qui enim deſcribuntur poſt Numerationem dicuntur *aggregati*, latè Theodor *allegat.* 95. & nos diximus aliàs.

93 Aduertendum tamen eſt tertiò, quod vnicuique datur facultas mutandi domicilium quòcunque libuerit, dummodo non ſit vaſallus angarius, perangarius, *l.* 1. vbi DD. *Cod. de incol. lib.* 10. *l. incola, ff. ad municip.* Afflict. *dec.* 384. *num.* 15. Reg. Moles *in dec. Reg. Cam. tit. de Ciuilit. Neapol. acquiren. §.* 8. *qu.* 1. 4. & 7. Ganauer.

94 *dec.* 46. 47. & 48. vnde dici ſolet, quod ciuilitas, contracta ex domicilio, & alia quæcunque, præter naturalem, eſt mutabilis; ſed ciuilitas naturalis, quæ natiuitate contrahitur, eſt immutabilis, *§. ſed & naturalia, lib.* 1. *Inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuili, l.* 6. *ff. ad municip. l.* 7. *Cod. de adoptionibus*: implicat enim, vt quis ſit natus, & non natus, in eodem loco, vt benè Cagnol. *in rubr. ff. de origin. Iur. prope fin.* Rip. *in tract. de peſt. p.* 2. *de priuileg. contr. peſt. num.* 180. Onded.

conſ.

Digitized by Google

conſ.5. num.43. lib.1. Vincent. Bonden. *collect. legal. cap.44. num.38. & 62.* Sanfelic. *dec.74. num.6.* Velanz. *conſ.55. num.36. lib.1.* Thor. *in ſupplement. dec. verb. ciuilitas originis.* Dominic. de Rub. *certam. forenſ. lib.1. cap.10. allegat. ad num.72.*

95 Verum tamen eſt, quod effectus ciuiles propriæ originis poſſunt ſuſpendi, aut tolli, ſi originarius efficiatur ciuis alterius loci per priuilegium, domicilium, &c. quia eſto illa ſubſtantia naturalis ortus non mutetur, remanet tamen ſine effectu ciuili: quia, ſicut lex per illam nonnaturalem ciuilitatem, inducit ciuilitatem fictam, ſic etiam effectus inducit ciuiles, *ex l. filius, Cod. de municip. lib. 10.* ſic Onded. *d. conſ.5.* Caſtrenſ. *in l. fiue eodem, num.6. ff. de offic. aſſeſſor.* Cephal. *conſ.13. num.46. lib.1.* Ruin. *conſ.200. num.11.* Roland. *conſ.79 nu.2.* Riminald. *conſ. 353. num.145.* Surd. *conſ.154. num.15.* Menoch. *conſ.340. num.46* Bertazol. *conſ. ciuil.124. nu.7.* Afflict. *dec.384. num.14.* Dexart. *deciſ. Sardin.67. d nu.3.* Rota *apud Merlin. dec.353. num.57. ap. S. M. Alexand.*

96 *VIII. dec.227. num.8.* & ideo priuilegium conceſſum, originarijs, non competit eis, qui à loco originis receſſerunt, & aliò domicilium tranſtulerunt, aut ciuilitatem contraxerunt, Gaill *pract. obſeru. cap.36. num. 7. lib.2.* Gratian. *diſcept.559. num.33.*

97 Velanz. *vbi ſupra, num.4.* tamen ſecus eſt quo ad effectus naturæ, qui etiam poſſunt reſeruari à priuilegio, & ſtatuto originarijs, vt in priuilegijs Ciuium Neapolitanorum, & filiorum, alibi habitantium, Thor. in *comp. deciſ. par.2. ver. ciuilitas patris, & p.1. verb. Ciuis Neapolitanus, col.3.*

98 qui effectus naturæ habet locum, non ſolùm in propria origine, ſed etiã in paterna, Afflict. & Mol. *loco citat.* Rouit. *conſ.48.* vbi Add. *num.8. & conſ.49. lib.1.* Rota *ap. Celſ. dec.312. num.2. & p.13. recent. dec.261. num.5.* & latè Carleual. *loco cit. à num.127.* vbi DD. citati diſputant, quando ciuis originarius, alibi habitans, gaudeat prærogatiuis ſuæ patriæ.

99 Hinc infertur primò, quod ciuis originarius non amittit forum originis per habitationem, & ciuilitatem, alibi contractam, Carleual. *loco cit. n.57. & 63.* Thor. *in comp. deciſ. verb.*

100 *Ciuis Neapolitanus col.3.* Nec obligationem erga ſuam patriam, & Principem naturalem; vnde etiam extra Regnum committit crimen læſæ Maieſtatis erga Dominum naturalem, Carleual. *vbi ſupra, num.130.* Dexart. *loco cit. nu.5.* vbi latè.

101 Infertur ſecundò, aliquem poſſe eſſe ciuem in duobus locis, ſecundùm diuerſos effectus, Gratian. *diſcep.623. num.25.* Cyriac. *controuerſ.275. nu.19.* Rota *ap. Burat. deciſ.804. num.3. & dec.819. num.7. ap. Celſ. deciſ.196. nu.*

102 *6. & par.8. recent. dec.272.* Intellige tamen, ſi quis contraxit forum domicilij in loco, eidem Principi ſubiecto, ſecus, ſi diuerſo: quia, tunc non poteſt in duobus locis ciuilitatem retinere, Amaia *in l.7. Cod. de incol. lib.10.* Ratio eſt, quia ciuis dicitur membrum Reipublicæ, atque implicat prorſuſque moſtroſum eſt, vnũ membrum duo habere capita, aut corpora, & in plura officia diſtrahi ſenſus: dum nullius imperium exaudiunt, & in tot functionibus ſe ſe partiri, aut diſcerpere non poſſunt, vel ſub ipſa operum multitudine ſuccumbunt, vel obiectorum, in contraria rapientium, mutuis pugnis intermoriuntur, Arniſ. *de republic. cap.5. ſect. 7. num.25. citatus à* de Rub. *loco ſupra allegato.*

103 Infertur tertiò, quod aliquis poteſt habere forum domicilij, & forum originis, propriæ, vel paternæ, in quibus poteſt conueniri, *l. hæres abſens, §. ſi quis tutelam, §. proinde, & §. illud ſciendum, & l. ſi fideicommiſſum, §. ſed reſcriptum, ff. de iudic. l.1. l. aſſumpto, §. filius, l. libertus, §. patris, l. incola, ff. ad municip. l.1. l. origine, & l. vltim. Cod. de municip. & orig. lib.10. cap. licèt, de for. compet.* Carleual. *de iudic. lib.1. tit. 1. diſp.2. qu.1.2:* quia

104 non repugnat, poſſe aliquem diuerſis

uerſis locis forum contrahere, & poteſt ordinari ab Epiſcopo originis, propriæ, vel paternæ, domicillj, vel beneficij, Marant. *lib. 4. contr. cap.4.* vbi etiam diſputat, an poſſit variare ordinatus ab vno Epiſcopo ad alium, & ab vno minores, ab alio maiores ordines ſuſcipere.

105 Ad maiorem ampliationem noſtræ materiæ ſciendum eſt, quod in
Iure ſunt plures perſonarum ſpecies,
quæ in aliquo loco habitant, & ſecundùm eorum qualitates, & alias
circunſtantias ſpecificantur, & plu-
106 ra ſortiuntur vocabula: aliqui enim
dicuntur *Ciues*, quos origo, manumiſſio, adoptio, domicilium, & al-
lectio facit, vt *in d. l. ciues, & in l.*
municipales, ff. de verb. ſign. vbi DD.
107 & nos fuſiùs *infra*; alij *incolæ*, &
ſunt, qui, à propria patria profecti, ad
alium locum ſe tranſtulerunt, vel in
eius ſuburbijs, aut territorio, animo
ibi perpetuò permanendi, vt *in l. pupillus, §. incola, ff. de verbor. ſign. ex*
d. l. ciues, vbi DD. Alciat. *lib. 2. prætermiſſ.* Bud. *in pand. in d. l. incola*,
Rouit. *in pragm. 1. de immun. Neapol.*
108 *num. 9.* & differunt incolæ à ciuibus,
ſecundùm veram acceptionem in
fieri, vt *in tit. ff. ad municip. & de incol.* & diuerſa ponuntur rubrica, vt
in Cod. de incol. lib. 10. & Cod. de municip. & originar. Capiblanc. *in pragmat. 8. de Baron. par. 2. à numer. 224.*
109 & habetur in *d. l. Ciues*, vbi incolatus domicilium facit, licèt ex incolatu contrahatur ciuilitas, potiſſimùm
in Regno noſtro, & in materia Numerationis; & ſic, ſi conſideretur incolatus in facto eſſe, eſt idem cum
ciuilitate, Reg. Moles *dec. Reg. Cam. tit. de exact. & funct. fiſcal. §. 3. qu. 8. num. 44.* Rouit. *vbi ſupra, & conſ. 48. 49. lib. 1.* vbi Addentes, Carleual. *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. qu. 1.*

110 Alij dicuntur *accolæ*, & ſunt qui ſe conferunt in territorio non animo contrahendi domicilium, ſed colendi agros, vel aliquod miniſterium faciendi, Vall. *lib. 3. cap. 55.* Liu. *lib. 1. hiſtor. l. ſi ita legatum, ff. de legat. 3. l. ex facto, §. verum, ff. de hæred. inſtit.* Alciat. *lib. 2. prætermiſſorum.*

111 Alij dicuntur *aduenæ*, & ſunt, qui per tranſennam morantur, vt ſunt hoſpites, & peregrini, DD. *in d. l. pupillus, §. incola, & in l. peregrè, ff. de acquir. poſſ.* & accipiuntur in bonam partem, ad differentiã vagabundi, & de his Gloſ. *in d. l. pupillus, verſ. contulit.*

112 Aduertendum tamen eſt, vt diximus, quod tunc ex incolatu in Regno
contrahitur ciuilitas, cùm quis remanſit in vltima Numeratione pro focu-
113 lari, aliás ſecus: quia, licèt habitet per
longum tempus, ſed alibi ſit numeratus, vt ciuis, reſpectu functionum fiſcalium, onerum, & priuilegiorum,
dicitur ciuis in loco Numerationis, &
non in loco domicilij, vſque ad nouam
Numerationẽ, Moles *loc. cit.* de Marin.
lib. 1. quotid. cap. 63. & arreſt. Reg. Cam.
114 *372.* & ideo pro focularibus abſentibus expediuntur prouiſiones à Regia
Camera, vel à Prouincialibus Quæſtoribus pro exactione focularis abſentis infra decennium, ex de Marin. *arreſt. 401.* & pro contributione in hoſpitando, idem de Marin. *arreſt. 516.*
115 licèt, ſi in loco, vbi eſt foculare, non
ſubſtineat hoc onus, debeat contribuere in loco domicilij, *ex arreſt. cit.*
Thor. *in compen. dec. p. 1. verb. focularia,*
116 & in loco domicilij debet ſoluere
carolenos quindecim, quod eſt focu-
117 lare ordinarium; & hæc ſolutio deducitur à quantitate, debita pro foculari vniuerſitati, in qua eſt numeratus,
vt Regia Camera *apud de Marin. ar-*
118 *reſt. 576.* & ſi poſſidet bona, debet ſoluere bonatenentiam in loco domicilij, vbi ſunt ſita, de Marin. *d. cap. 63.* Add. *ad Rouit. conſ. 48. nu. 45. & 46. lib. 1.* niſi tamen inter vniuerſitatem domicilij, & vniuerſitatem, in qua eſt numeratus, adſit communitas territorij: quia tunc debet ſoluere in terra, in qua eſt numeratus, de Marin. *arreſt. 432.*

119 Limita in ſolutione fiſcalium: quia ipſa tenetur ſoluere in loco, vbi eſt numeratus, non obſtante quacunque cõ-

uen-

uention cõmunionis, Regia Camera,
*apud de Marin.arreſt.*304.
120 Item habitans tenetur ſoluere ex-
penſas extraordinarias, quæ fiunt in
loco habitationis pro communi vtili-
tate, ſcilicet pro refectione pontium,
fontium, horologij, viarum, murorum,
pro ſalarijs Medici, ludimagiſtri, pro
eleęmoſina Pręducatoris, & huiuſmodi,
de Marin. *d.cap.63.nu.7. & arreſt.*576.
Add.*ad Rouit.d.conſ.48.nu.46.*& ſi nul-
libi eſt numeratus, debet ſoluere hæc
omnia, vti cęteri ciues, de Marin.*loc.cit.
& d.arreſt.*576. Thor. *in compen. deciſ.
p.3.verb.vniuerſitas*, Scial. *de for.com-
pet.cap.3.nu.16.* & hoc vti foculare ac-
quiſitum, Add. *ad Rouit. loc.citato*, &
pro exactione focularis abſentis, de-
ductis carolenis quindecim, exſpe-
diuntur prouiſiones à Regia Camera,
ex *pragm.8.de commiſſ.*§.7.
121 Ciuis ex domicilio minor eſt, ſi cõ-
paretur cum originario, Carleual. *vbi*
122 *ſupra*; ſed tamen venit appellatione
ciuis, & dicitur municeps, quaſi mune-
ris particeps, *l.1.ff.ad municip.* & diffe-
rentiam inter ciuem originarium, &
ciuem ex domicilio, vide apud Alexan.
conſ.16. nu.8. lib.5. Aret. *conſ.75.*Natt.
*conſ.253.lib.2.*Carleual. *loc.cit.num.*81.
Ricc.*collect.*1898. Rotam *apud Garrill.
dec.32.66.& 102. & par.7. recent.deciſ.
232.par.8.dec.67.par.15.dec.361.par.17.
dec.95. & par.18. tom.2. dec.695.* Emi-
nem.de Luca *de canon.diſcurſ.*31.

§. SECVNDVS.

123 DIximus, quod ciuis pluribus
modis poteſt quis fieri, & ac-
quirere ciuilitatem (omittimus defi-
nitionem, de qua vide Ariſtot.*lib.3. de
Reipub. cap.1. & 2.* Vlpian. *in l.1.§.1.ff.
ad municip.*Carleual.*de iudic.lib.1.tit.1.
qu.2.diſp.2.à num.75.* Simanc. *de repub.
lib.1.cap.13.nu.11.*Velanz.*conſ.37.n.24.*
124 *lib.1.*) & quinque enumerantur à
I.C. *in l.1.ff.ad municip. & in l.prouin-
ciales, ff.de verb. ſignif.* & ab Imperat.
in d.l.ciues; primus origine, ſecundus
manumiſſione, tertius adoptione,
quartus allectione, quintus incolatu,
latè, Socin. ſen.*in cap. vlt. de for. com-
pet.*Carauit.*Rit.M.C.301.à nu.16.*Hon-
ded.*conſ.5. à nu.1.* Gratian. *diſcept.*75.
Rouit.*conſ.*48. vbi Addẽtes & *conſ.49.
lib.1.*Carleual.*d.q.2.*Mõtan.*lib.1.contr.*
125 *cap.30.*& alij *infra*. Ciuis originarius,
vel eſt ex origine propria, vel paterna:
126 Ciuis origine propria eſt, quando
quis naſcitur in aliquo loco, *d.l.1.ad
municip.d.l.ciues, & l.origine propria,
Cod.de municip. lib.*10. Amaia *in d.l.ci-
ues*, Honded.*conſ.5.nu.3.lib.1.* Menoch.
conſ.80.lib.9. Gratian. *diſcep.*75. Rota
127 *par.13.recent.deciſ.261.n.2.*& hæc eſt
vera, & propria ciuilitas, quæ omnibus
præfertur, Roland. *conſ.79.vol.3.*Tap.
128 *dec.Conſ.Ital.14.à nu.5.* & probatur
per fidem Baptiſmi, per teſtes, &
alios modos, Maſcar.*de probat.concluſ.
1141.nu.21.*Rota *apud Mantic.dec.132.
nu.6.& par.2. recent. dec.399. nu.1. &
par.4.tom.2.dec.583.nu.4.* Conſil.Petra
*rit.166.nu.32.*Daxart.*dec.Sardin.*62.
129 Sed quæſtio eſt, an hæc natiuitas
debeat eſſe ex domicilio parentum in
loco, an ſufficiat, ſi contingat ex acci-
130 dentali tranſitu? & ſufficere quan-
libet natiuitatem in loco, tenẽt vterq;
Imol.Iaſ. & alij, *in l.huiuſmodi, §.lega-
tum, de legat.3.*Amaia *in d.l.ciues*, Grã-
mat.*conſ.ciuil.27.28.lib.2.*Marzar.*conſ.
43.à nu.5.*Crauett.*conſ.441.nu.3.*Surd.
conſ.343.nu.22. lib.3. Ciarlin.*lib.2.con-
trou.cap.149.* Barboſ. *in l.hæres abſens,
§.proinde, num.12. ff.de iudic.* Maſcard.
concluſ.1146.nu.5. Altograd. *conſ.27.
28.lib.2.*Caren.*reſol.*239.
131 Contrariam ſententiam, quæ vide-
tur magis communis, ſcilicet requiri
natiuitatem domicilio paterno, &
non caſualem, ex Textu *in l.filius, Cod.
de municip.& origin.lib.*10.tenent Bart.
Ioan.de Plat.Bald.Alberic.& Angel.*in
d.§.legatum*, Afflict.*dec.384. nu.4.* Car-
leual. *nu.95.* Pazc. *de iur.ſiſtend. cap.5.
nu.17.*Laudenſ.*conſ.47.nu.1.lib.1.* Boer.
dec.13. nu.51. Cyriac. *lib.2. contr.292.
nu.31.*Anton.Fab. *in Cod. lib.16. tit.19.
defin.20.nu.4.*Ricc.*collect.*269. Ceuall.
*commun.contr. commun. lib.2. qu.458.à
nu.8.*Paſchal. *de patr. poteſt.par.13. c.2.*
Mar.Antonin. *lib.1. variar. reſol. vlt.*
cap.

*cap.*33.Mart.*vot.*27.*nu.*10. Barboſ.*de poteſtat.Epiſc.p.*2. *allegat.*4. *nu.*7.& 18. Coſt.*de retrotract.tit.*4. *cap.*2. Bellon. *de poteſt.eor.quæ fiunt in continenti,cap.* 202.*nu.*13.Andreol.*contr.*209.*à nu.*46. Griuell.*dec.Dol.*123.*nu.*27. Royz *deciſ. Lituan.*3.*nu.*181.Rota *par.*1. *diuerſ.dec.* 327.*nu.*3. & *ap. Merlin. dec.*63. *nu.*16. Gannaucr.*dec.*6.*à nu.*10.ex Theologis Enrig. *de ſacram. ordin. lib.*10. *cap.*22. Sanch.*de matrim.lib.*3. *diſput.*23. *nu.*3. Dian.*lib.*8.*tract.*2.*reſol.*11.

132 Vtraque tamen opinio poteſt ſaluari, & conciliari, ſcilicet, vt prima procedat, ſi ciuilitas refundatur ad ſtatum naturæ:quia,vt diximus,implicat,quem eſſe, & non eſſe natum in vno loco;ſecunda reſpectu effectus ciuilis,vt optimè Hondcd. *loc.cit.*Giurb. *obſeru.*67. Petra *conſ.*25. Dexart.*deciſ. Sardin.*62.*per totam*, & *dec.*67.*num.*3. Gannauer. *vbi ſup.* Andreol. *loc.cit.nu.* 45.Bonden.*de iur.contr. cap.*44. *nu.*38. 62. Verum tamen eſt, quod, ſi quis in

133 loco natiuitatis accidentalis domicilium contraxerit, prima opinio abſolutè, & vniuerſaliter procedit:quia duo vincula magis ligant,vt benè Menoch.*loc.cit.nu.*13.Maſcard. *concl.*1146. *nu.*11. Capiblanc.*in pragm.*8.*de Baron. par.*2.*nu.*336. Cephal. *conſ.*246. *nu.*20. Riminal.*iun.conſ.*363.*nu.*253. Marz.*loc. cit.* Altogr. *conſ.*28. *nu.*38. *lib.*2.præcipuè ſi ibi onera ſubſtiueat, Roland. *conſ.*79.*nu.*29.30. Rota *poſt tract.Merlin.de legitim.dec.*154. *à num.*5.nec diſſentitur Gannauer. *dec.*47.*nu.*8. Moles *vbi ſup.* & hæc debent obſeruari in

134 cauſa Numerationis; & ſic colligo, quod filius poteſt habere diſtinctum domicilium à patre, *l.placet,ff.ad municip.*Barboſ.*vbi ſupra*.

135 Quid in concepto in vno loco, ſed alibi nato non accidentaliter? vide Ricc. *in gloſ. ad priuileg. Colleg. Neap. nu.*67.Add.*ad Rouit.conſ.*48. *nu.*7.*lib.*1.

136 & quod in materia ciuilitatis Neapolitanæ adipiſcendæ habeatur ratio de conceptione, pluries Regia Camera *ap. de Marin. arreſt.*360. 363. 423.

137 579.licèt alibi ſit natus;immo extēditur ad filios, conceptos ad obtinendum priuilegium, vti oriundos,vt eadem Regia Camera *ap. de Marin. arreſt.*626.latè Thor. *in compen.dec.p.*3. *verb.ciuis, in ciuitate conceptus*, & *in ſupplem.verb.ciuis conceptus*.

138 Ampliatur primò,vt etiam dicatur ciuis origine propria, ſi naſcatur in diſtrictu,Suburbijs, aut Caſalibus Ciuitatis,*l.qui ex vico, ff.ad municip.l.qui in continentibus,ff.de verb.ſignif.cap.Rodulphus, de reſcript.* Azo *in ſumm. Cod. de munic.& originar.* Bal.*conſ.*183.*vol.* 2.Carlcual.*loc.cit.nu.*109. Gratian.*dec.* 96.*nu.*5.Velanz.*conſ.*79. *lib.*1. Prat.*lib.* 1.*diſcept. cap.*16. *à nu.*9. Rota *part.*18. *recent. dec.*431.*à nu.*11. *tom.*2. Gratian. *diſcept.*217.*à nu.*10.

139 Hinc quando numeratur Ciuitas, numerantur etiam Suburbia, & Caſalia in eodem libro,numeris ſubſequē-

140 tibus; & deſtructis Suburbijs,& Caſalibus, non per hoc liberatur caput principale, à ſolutione functionum fiſcalium, & aliorum onerum, ſecundùm Numerationem, & hoc vſque ad nouam Numerationem, Luc.de Penn. *in l.omne territorium, nu.*3.*Cod de cenſib.* & *cenſit.lib.* 11. Velanz. *conſ.*100.

141 *num.*18. Vnde augmentum, & decrementum, ad Ciuitatem principalem ſpectat,Capan.*de iur. releu.qu.*31:

142 ratio eſt, quia vniuerſitas collectatur in genere, & non per ſingula corpora,& Caſalia,tanquam membra,dependent ab vno capite, vt in Caſalibus Ciuitatis Auerſæ, Conſentiæ, Litij,&c.*l.nulli*, §.*quod ſi ex vico*, *Cod.de*

142 *Epiſc.* & *cleric.* Hinc ſimul,& promiſcuè ab ijs exiguntur onera fiſcalia, Loſcus *de iur.vniuerſit.par.*3. *cap.*3.*nu.* 11.Andr.de Georg.*allegat.*15.Marcian.

144 *conſ.*15.*à nu.*4.*lib.*1. ab vno Iudice reguntur,Staiban.*conſ.*17.& gaudent priuilegijs Ciuitatis,Lanar.*conſ.*41.*nu.*14. Velanz. *conſ.*79. Maur.*allegat.*36. Capiblanc. *de Baron. pragm.*8.*p.*1.*nu.*58. Franc.*dec.*316.*nu.*4. Gizzarel.vbi Add. *dec.*74.Rouit. *conſ.*10. *nu.*10. *lib.*2. Galeot.*lib.*2.*contr. illuſtr. cap.*20. de Luc. *ad Franch.d.dec.à n.*3. Thor.*in compen. dec. verb.ſuburbia ciuitatis*, Girond.*de explicat.priuileg.nu.*52. & 238. & *conſ.*

47.*nu.*

47. *num.* 2. 3. *tom.*2. latè proſequitur Conſil.Rocc. *in tract. de offic.rubric.*12. *cap.*7.§.7.*à nu.*81. vbi quando Caſale
145 cenſeatur vnitum cum Ciuitate, etiam vt non poſſit ſeparari à Baronia; & quod ſit ſignum vnionis, ſi numeretur vnitum,& promiſcuè ſoluit functiones fiſcales,& deſtinatur vnus Capitaneus pro exercitio Iuriſdictionis, *nu.*93.95.de Pont.*conſ.*132. *nu.*6.7.*lib.* 2.Prat. *loc.cit.num.*34. Marcian.*loc.cit.*
146 *nu.*5; poteſt tamen Caſale ſeparari à Ciuitate,& territorio,quo caſu fit diuiſio functionum fiſcalium iuxta Numerationem, & pro bonis, Thor. *in ſuplem.verb.bonatenentes*, de licentia tamen Principis.
147 Sed aliquando Caſale, & ſuburbia non veniunt appellatione Ciuitatis principalis, vt in ſtipulationibus ſi dicatur *promitto dare in Ciuitate*, Rota *par.*9.*recent.dec.*439. *à nu.*3. *tom.*2. quid in pœnalibus, vide Rouit. *dec.*11. *nu.*18. de Luca *vbi ſupra*, Rotam *apud Peutig. dec.*229.*& par.*18. *recent.deciſ.* 429.*tom.*2.*nu.*16.*& dec.*395.*à nu.*5. vbi latè,Galeot.*vbi ſupra*,idem Rouit. *dec.* 63.*nu.*19.
148 Ampliatur ſecundò in expoſito, vt dicatur ciuis origine propria in loco, in quo eſt expoſitus: quia nullam aliam originem poterit demonſtrare, Bar.*in l.*1.§.*finali,nu.*21. *ff.ad municip.* Angel. *in l.hæres abſens*,§.1.*num.*17.*ff. de iudic.* Boer. *dec.*41. & præſumitur natus in
149 loco, vbi eſt expoſitus, Cannauer. *dec.*36.Nouar.*de elect. for.ſeſſ.*2. *qu.*39. *nu.*32. vbi ampliat,etiam ſi alibi habitet,Anton.Fab.*in Cod. tit.de verbor.ſignif.defin.*20. Amaia *in d.l.ciues,nu.*20. Montan.*contr.*31.*nu.*29.Add.*ad Rouit. d.conſ.*48.*nu.*14.
150 Hinc expoſitus in hoſpitali Ciuitatis Neapolitanæ poteſt impetrare priuilegiũ Ciuilitatis, vti ortus,Regẽs Mol. *dec.Reg.Cam. tit.de ciuilit. Neapolit.acquiren.*§.8.*qu.*5.Cannauer. *loc.cit.* & pluties eſt decisum in Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*261. 509.672. *&* 778.
151 Licèt non poſſint eius filij obtinere hoc priuilegium ex origine paterna, nè concurrant duo ſpecialia, Nouar.& Mol.*loc.cit.* Montan. *d.contr.*30. *nu.*19.Thor. *in compen. dec.par.*2. *verb. ciuilitate Neapolitana*.
152 Ampliatur tertiò,vt etiam contrahatur ciuilitas per natiuitatem ſpiritualem, ſcilicet per Baptiſmum,in loco, vbi quis fuit baptizatus, Luc.de Pen.*in d.l.ciues,nu.*3. Gonſal. *ad regul. Cancell.gloſ.*9.§.1. *à num.*106. Gratian. *diſcept.*75.*nu.*16.*lib.*1. Carleual. *loc.cit. nu.*111.Montan. *d.controuerſ.*30.*nu.*20. Scial.*de for. comp.cap.*3. *num.*24; ideo
153 quę poterit baptizatus obtinere priuilegium in Ciuitate Neapolitana, vti ortus,& eius filij vti oriundi,Thor. *in comp.dec.par.*2. *verb.ciuilitas Neapolitana*,Reg.Mol.*loc.cit.qu.*4. de Marin. *arreſt.Reg.Cam.*403. *&* 538.
154 Ciuis originarius origine paterna eſt, quando quis eſt ortus à patre alterius loci,vt, verbi gratia, ſi quis,ortus Litij, habeat patrem ortum Neapoli, dicitur ciuis originarius origine paterna,Bar.*in d.l.filius*, Carleual.*loc. cit.nu.*51.*&* 53.& DD. *vbi ſupra*, Epiſcop.Marant.*p.*4.*contr.cap.*4.*nu.*2.
155 Sed an habeat locum, ſi quis habeat auum,in cuius poteſtate quis naſcitur? & habere locum, tenent DD. citati; contrariam ſententiam tenent Gloſ.*in l.aſſumptio*, §.*filios*, *ff.ad municip.verb.non domicilium*, Alex. *conſ.*16. *num.*9. *vol.*5. Vrſil. *ad Afflict. dec.*384. Nouar. *de elect.for.qu.*39. *nu.*15. & tenet Sacra Congregatio, quæ non admiſit nepotem ad ordines ex origine auerna, *apud Nicol. in prax. Iur. Canon.tom.*2.*lib.*1.*tit.*11. *verſ.vel etiam*, & hæc videtur verior opinio, in materia præcipuè ſtatutaria, & in odioſis, vt Montan.*d.contr.*30.*nu.*19.
156 Limitatur tamen, non habere locum in ſpurijs, aut vulgò quæſitis, qui tantùm ſequuntur originem maternam,*l.eius,qui,ff.ad municip.* Anton. Fab.*in ſuo Cod.lib.*9.*tit.*30. *defin.*24.*nu.* 7.*&* 8.Carleual.*vbi ſup.nu.*101.Cannauer.*dec.*36.*nu.*20.Quid in filio naturali, aut legitimato? vide Rotam *ap. Merlin.dec.*792.*&* 832.Franc. *dec.*452. vbi Reuerendus de Luca.

157 Ciuis originarius,de quo hactenus
diximus, adhoc, vt gaudeat prærogatiuis, & priuilegijs, conceſſis ciuibus
alicuius loci, debet in loco morari,aut
ſaltem in eo onera ſubire, Afflict.dec.
484.nu 5.& 13.Maſcar.d.concl.1141.nu.
22.Carleual.vbi ſupra,nu.112. Velanz.
conſ.37.num.24. lib.1. Gratian. diſcept.
141. nu. 21. Bonden. vbi ſupra, num.11.
Gratian. contr.lib.1.diſcept. cap.14.n.17.
Reuert. dec.297. vbi Add. Rota par.4.
recent.tom.3. dec.740. nu.22.par.5.dec.
177. nu.55. & par.6. dec.160. num.28.
158 Dexart. d.dec.62.nu.17. & in Regno
reſpectu onerum ſeruatur, vt ſemper
dicatur ciuis, vbi eſt numeratus,licèt
alibi habitet, & in loco Numerationis
debet ſoluere, in quo remanſit foculare, onera fiſcalia, aliaque, indicta ab
vniuerſitate reſpectu bonorum, & in
loco habitationis ſoluet, vt exterus,
carolenos quindecim, bonatenentiam
pro bonis, quæ ibi poſſidet, & expenſas pro communi vtilitate, Regens
Mol.de exact.ſunct.fiſcal. §.3.q.8.n.47.
de Marin. lib.1. quotid. cap.63. Add.ad
159 Rouit.conſ.cit.nu.46.Si tamen ſit numeratus in aliquo loco ſub foculare,
& in loco Numerationis adſit aliquis,
qui ſubſtentet onus focularis, vel nullibi quis reperitur numeratus, tunc
dicitur foculare acquiſitum in loco
habitationis, & debet ſoluere onera
vti cæteri ciues, & ſic etiam induſtriã,
& partem colonicam, Thor. in comp.
dec.par.1. verb.vniuerſitas, & verb.ciuis Neapolitanus, col.5.& par.3.ſect.3.
verb.Vniuerſitas an poſſit,Cannauer.deciſ.46. Regia Camera apud de Marin.
arreſt.66. 71.88. & 576. & hic etiam
gaudet priuilegijs, & exemptionibus,
vti cæteri ciues, & poteſt eligi Syndicus, & de gubernio vniuerſitatis, Regia Camera apud de Marin.arreſt.151;
ſed tamen hic nouus ciuis non teneatur ad collectas,ante impoſitas, Salernit.deciſ.32. Thor. in comp. deciſ.par.3.
verb.ciuis nouellus.
160 Ex ſupradictis cautè intelligenda
ſunt, quæ nouiſſimè tradit poſt hæc
ſcripta viſus Reuer. D. Carol. Anton.
de Luca lib.2.de linea legal. art.31. de
161 legato,facto agnatis,& cognatis,deſcendentibus ex linea paterna, & materna, de tali Terra, vt illud non conſequantur, ſi agnati alibi tranſtulerint
domicilium: quia debet intelligi,ſi in
propria patria non ſint numerati, ſed
in loco domicilij; ſecus verò ſi ſint numerati, & ad alium locum tranſtulerint domicilium. Nec obſtant tradita à
Reg.Galeot.ab ipſo allegato lib.2.controu.10: quia ibi plura concurrebant,
& ciuilitas prætendebatur ex origine
aui; ſecus autem in caſu, in quo ſupponitur propria origo, quæ eſt immutabilis, & Numeratio, quæ debent vincere locum domicilij, ex ſupra addu-
162 ctis. Ciuis manumiſſione quis efficitur,quando,exiſtens in ſeruitute, manumittitur in aliqua Ciuitate,aut Terra, & dicitur ciuis Terræ manumiſſionis,DD.cum Bart. in d.l.1. & in d.l.ciues,Amaià ibidem, Petr.Gregor.de Republic. lib.4. cap.3. nu.22. Franc.Marc.
dec.880.par.1.Montan.dict.contr.30.nu.
17.Scial.de for.compet. cap.2.num.50.&
cap.3.nu.6.Carleual.loc.cit.nu.110; & ſi
163 fuerit manumiſſus ab hærede præcepto teſtatoris in alio loco, quàm
vbi teſtator obijerit, efficitur ciuis loci hæredis, ſi ibi fuerit manumiſſus,
Amaia loc.cit.nu.56. Add. ad Rouit.vbi
164 ſup.n.4; ſed tamen,vt diximus,in Regno, requiritur, vt ſit numeratus ibi:
quia ſi alibi, efficitur ciuis loci Nu-
165 merationis ad inſtar Reipublicæ Romanæ, in qua manumiſſus non conſequabatur iura ciuilitatis, niſi eſſet
aggregatus in Tribu Romana, DD.in
l.patronus,de legat.3.Couarr. lib.4. variar.cap.1.
166 Ciuis adoptione, eſt quando quis
adoptatur,aut arrogatur ab aliquo, &
dicitur ciuis loci patris adoptantis,
Bart.& DD. in d.l.1. & in d. l.ciues, &
ciuilitas durat, durante adoptione, l.
ſed ſi ijs,ff.ad municip. Scial.Montan.&
Carleual. loc.cit. Caren. variar. reſol.
cap.239.nu.9.
167 Ciuis allectione quis efficitur per
aſſumptionem ad aliquam dignitatē,
vel officium exercendum in Ciuitatē,
Gloſ.in d.l.ciues,verb.allectio, quam
ſe-

ſequuntur *ibidem* Luc. de Pen. et Ioan. de Platea, Bar. *in l.1. ff. ad municip. nu.* 16. Cannauer. *dec.* 38. *num.* 12. Montan.

168 *loc. cit. nu.* 16. vel quando ab aliqua Ciuitate conceditur ciuilitas ex priuilegio alliciendi, vt in Regno habet hoc priuilegium Ciuitas Neapolitana, Brunduſina, Ciuitas Litij, et Manfredoniæ, Bart. *vbi ſupra, & in l. 3. §. hac verba, ff. de negot. geſt.* Alexan. *conſ.* 157. *nu.* 13. *vol.* 2. Dec. *conſ.* 352. *volum.* 1. Afflict. *vbi ſupra*, & Regens Mol. *tit. de ciuilit. Neapol. acquiren.* §. 8. *qu.* 1. *nu.* 10. Rouir. *in pragm.* 1. *de immunitat. Neapol.* Montan. *vbi ſup.* Lotter. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 25. *art.* 78. Rota *par.* 9. *recent. dec.* 127. *num.* 9.

169 Sed an Ciuitas, recognoſcens ſuperiorem, poſſit ſine priuilegio allicere ad ciuilitatem? vide Ioſeph Ludouic. *deciſ. Lucenſ.* 40. Regent. de Pont. *conſ.* 105. *lib.* 2. Thor. *in ſupplem. deciſ. verb. ciuis allectus*.

170 Item contrahitur hæc ciuilitas ex largitione Reipublicæ, aut Principis, vel priuilegio, vel officij conceſſione, alicui impertitis ob merita: ſic paſſim antiquitus reperies apud Hiſtoricos, Principes, & inſignes Reſpublicas ex allectione ciuilitatem donaſſe, ſic Siculos Giliſippum allexiſſe, refert Diodorus ſiculus *lib.* 13. *hiſtor.* Thucidid. *lib.* 6. *de bell. Peloponenſ. lib.* 6. *in fine, & in lib.* 7. ſic Calcidenſes Braſſidem, idem Diodor. *lib.* 12. Aſiaticos Liſandrum, Caliſtratum, Ageſilaum, Plutarc. *tom.* 1. *in Liſand. & in Ageſil.* Ioan. Bapt. Pign. *de Princip. lib.* 2. ſic Numa Pompilius ex agro Sabino à Romanis Rex fuit inauguratus, Plutarc. *in eius vita*, Luc. Flor. *lib.* 1. Dioniſ. Alicarnaſ. *lib.* 2. *hiſtor.* Oroſ. *lib.* 4. Eutrop. *lib.* 1. Plin. *de vir. illuſtrib. cap.* 3. ſic Tarquinium Priſcum ex Anxio, Tit. Liu. *lib.* 1. *hiſtor.* Luc. Flor. *lib.* 1. Eutrop. *vbi ſupra*, Alicarnaſ. *lib.* 3. & Plin. *in dict. tract. lib.* 6. & expulſis Regibus, Marcus Perpenna, natione græcus, Conſul fuit creatus, Liu. *lib.* 4. *hiſtor.* ſic Cornel. Bald. Candidat. Eutrop. *lib.* 4. Liu. *lib.* 5. *cap.* 5. ſic multi Imperatores, quorum præcipui fuerunt Nerua ex Oppido Narnienſi, Numelius victor, & Traianus ex Hiſpania, vt Dio *in Nerua*; Immo paſſim Romanos, tam tempore naſcentis Reipublicæ, quàm florentis, plures exteros ad ciuilitatem allexiſſe, legimus, ob ingentia ſeruitia; & tandem maximè aucta fuit Ciuitas, & Imperium, & primus omnium allectione Ciues Romanos fecit Romulus, primus Romanorum Rex, vt Plutar. *in Romulo*, Alicarnaſ. *loc. cit.* Cicer. *in orat. pro Luc. Bald.* ibi: *Sine vlla dubitatione maximè noſtrum fundauit Imperium, quod Princeps ille, creator huius Vrbis, Romulus, fœdere Sabino docuit, etiam hoſtibus recipiendis augeri hanc Ciuitatem oportere*, & Tacit. *lib.* 11. *annal.* ibi: *Manent poſteri eorum, nec in amore in banc patriam nobis concedunt*, & inferiùs: *At conditor noſter Romulus tantùm ſapientia valuit, vt pleroſque populos eodem die hoſtes, & deinde ciues habuerit*, Hinc Rutil. Numant. *lib.* 1 *itiner. verſ.* 62. ſic de illo cecinit.

Feciſti patriã diuerſis gentibus vnã,
Profuit iniuſtis, te dominante, capi:
Dumque offers victis proprijs conſortia Iuris
Vrbem feciſti, quod priùs Orbis erat.

Et Claudian. *de laudab. Stillicor. lib.* 3. ſic de Vrbe cecinit.

Hæc eſt in gremium, cunctos quæ ſola recepit,
Humanunque genus, communi nomine fouit
Matris, non dominæ, ritu, ciueſque vocauit,
Quos domuit.

Et Prudent. *lib.* 2. *in ſym.*

Ius fecit commune pares, & nomine eodem.
Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.
Viuitur omnigenis in partibus haud ſecus, ac ſi
Ciues congenitos concludant mœnibus vnis.

Et ſucceſſiuè florentiſſima illa Reſpublica, & poſtea Imperatores, plures nationes, & ciuitates in ſuos ciues allexerunt, & primò Italos, alioſque prouinciales, ſecundò Aſiaticos; ſic fe-

ciſſe Claudium Cæſarem, teſtatur Tacit. *lib.12. annal.* Guid. Pancirol. *lib.2. theſaur. variar. lect.* Sicon. *lib.2. de Iur. antiq. prouinc. cap.1.* Bulleger. *de Imper. Roman. cap.5.* & concedebatur Ius Latij, ſeu Italicum, & deinde Ius ciuilitatis Romanæ, Aſcon. Petitan. ad Marc. Tull. *in Orat. ad leg. Piſan.* præuia tamen maxima in Senatu diſcuſſione, & concurrente magna cauſa, ſcilicet ob ingentia ſeruitia in Republica, aut ingenti pretio, nè Romanus ſanguis colluuie peregrinorum vileſceret, Tacit. *lib. 3. annal.* his verbis teſtatur: *Ambobus* (de Iulio Floro, & Iulio Sacrouiro loquitur) *& maiorum bona facta, eòque Romana Ciuitas olim data, cùm id rarum, nec niſi virtuti pretium eſt, &c.* & hoc etiam ſeruaſſe Auguſtũ, teſtatur Sueton. *in eius vita, cap.40.* & ante Claudij orationem Iura Ciuitatis Gallis concedere Romanos renuiſſe, refert idem Sueton. *in Claud. cap.25.* Tacit. *lib.11. annal.* Alexand. ab Alex. *lib. 4. dier. genial. cap.10;* Immo cum exteris matrimonia prohibuiſſe, Amaia *lib.2. variar. iur. cap.5. nu.14.* & de conceſſione, & allectione nationis Italicæ, quæ prima fuit, referunt Sicon. *lib. 1. de antiquit. Iur. Ital. cap.4. & 21.* Luc. Flor. *in epithom.* Tit. Liu. *lib.80. hiſtor.* Tacit. *lib.13. annal.* Panuin. *de Roman. Imper. cap. de Iur. Ciuitat. Roman.* Volfang. Lazz. *de Republic. Roman. lib.2. cap. 1.* & de Samnitis, & Capuanis Liu. *lib. 7. hiſtor. decad.1.* & de alijs nationibus Vlpian. *in l.1. & vltim. ff. de cenſib;* & Imperator *in §. final. auth. vt libertas de cætero, &c.* talis fuit Ciuitas Tarſenſis, vt teſtatur diuus Paulus *in actib. Apoſtolor. cap. 22.* latè proſequuntur Hernig. Amiſ. *de Republic. cap.5. de different. vrb. & ciuit. ſeſſ.2. nu.18.* Amaia *lib.2. obſeru. Iur. cap.15.* Solorzan. *de Iur. Indiar. tom.1. lib.2. cap. 2.* Barboſ. *l.2. §. legat. à nu.20. ff. de iudic.* Guttier. *lib.3. practicar. qq. cap.13. à nu.4.* Calcanet. *lib.2. de Iur. public. nu.12.* Perreyr. *deciſ.2. nu.13.* Cuiac. *lib.10. obſeru. cap. 35. & lib.4. cap.5.* Larr. *dec.62. nu.2.* Velanz. *conſ.200. à nu.5. lib.2.*

171 Et qui prior erat in ciuilitate, prior erat in honoribus, vt teſtatur Tacit. in materia præcedentiæ legati, *lib.3. annal.* Enric. Hippon. *antiquit. Roman. lib.1. cap.2. §.3.*

172 Hinc Roma communis patria fuit appellata, *l. Roma, ff. ad municip.* & Reſpublica, ac Orbis Romanus, *l. in orbe, ff. de ſtat. homin. l.1. C. de eunuch.* Amaia *lib.1. obſeru. cap.1. nu.82. & 85. & in dicta l. ciues, nu.81.* ſic etiam quia Princeps ibi aderat omnium nationum ſubiugatarum, & hodie eſt in Eccleſiaſticis, & laicis Curia Principis, ſcilicet Põtificis, Amaia *in d. l. ciues, à n.93.* Pereyr. *dec.2.* Add. *ad Rouit. conſ.48. nu. 31. lib.1.* hinc exulatus à patria, cenſetur etiam à Ciuitate Romæ, Tap. *tom.5. Iur. Regn. in prag.1. de relegat. nu. 6. & 7.* Thor. *in comp. dec. par.1. tom.3. verb. exulatus,* Danz. *tom.2. de pugn. DD. cap.7. nu.7. tit. de arm. per camp.* & de ea cecinit Claudian. *loco citato:*

. . Nexuque pio longingua reuinxit.
Huius pacifici debemus moribus omnes,
Quod veluti patrijs regionibus vtitur hoſpes,
Quod cuncti gens vna ſumus.

173 Et Ciues per allectionem dicuntur verè Ciues, & gaudent omnibus prærogatiuis, Ciuitati conceſſis, DD. *in d. l. ciues,* Cyriac. *lib.2. contr.203. nu.32. & contr.205. nu.58.* Amar. *conſ.31. num.7.* Rouit. *conſ.62. lib.2.* Galeot. *lib.2. contr. cap.13. nu.3.* Conſil. Staib. *in addit. ad reſol.92. à num.53.* Thor. *in comp. deciſ. par.2. verb. ciuis alicuius Ciuitatis,* Capiblanc. *in pragm.8. de Baronib. lib.2. cap.62. nu.15.* Nouar. *de grauam. vaſall. par.3. grauam.65.* Domin. Conſil. Petra *rit. Mag. Cur.85. nu.3.* Seſe *dec.90. n.2.* Rota *apud Merlin. poſt tract. de legitim. dec.24. nu.5. & par.6. recent. dec.292.*

174 Requiritur tamen, vt habitent, & Ciuitatis onera ſubſtineant, & in Regno vt non ſint alibi numerati, vt diximus de alijs, Bald. *conſ.60. num.3. lib.1.* Caſtrenſ. *in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* Anchar. *conſ.169. n.2.* Socin. ſen. *conſ.241. nu.5. lib.2.* Ruin. *conſ.200. nu. 12. lib.2.* Riminal. iun. *conſ.353. num.83. lib.4.* Gratian. *contr. lib.1. diſcept. forenſ.*

cap.

*cap.14.nu.16.*Rota *par.8.recent.dec.227.*
*nu.51.*Reuert.*dec.297.* vbi de Marinis,
Conſil.de Roſ.*conſult.9.nu.23.*
175 Excipitur Ciuis Neapolitanus, ac
etiā ſi aliqua ciuitas ex priuilegio ſit
immunis ab oneribus, Thor.*loc.citato:*
176 Ratio eſt, quia aliàs electio prędiudi-
caret vniuerſitati, quæ onus ſubſtinet,
vnde vſque ad nouā Numeratione ſol-
uit fiſcalia, vbi eſt numeratus, Thor. *in*
177 *cōpend.dec.verb.ciuis allectus*; Quid ſi
ex Regia conceſſione, an gaudeat præ-
rogatiuis? vide eund.Thor.*loc.cit.verb.*
ciuis allectus, & verb.ciuis allectus non
gaudet, Nouar. *in prax.elect.for.ſeſſ.2.*
& 39.nu.23.
178 Declaratur concluſio, quando pri-
uilegium, aut ſtatutum de immunita-
te, vel alijs prærogatiuis, loquitur per
verba ciuilia, non verò naturalia: quia
tunc tantùm comprehenduntur origi-
narij, Gloſ.*in l.1.ff.de tutor. & curat.*
*dat.*Bal.*in auth: ſed omnino, Cod.ne vxor*
pro marito, Boer. *dec.13.nu.14.* Anton.
Fab.*in Cod. tit.de verb.ſignif. definit.17.*
Capiblanc. *vbi ſup. nu.11.*Tapia *deciſ.*
Suprem.Conſ.14.nu.6: quia verba priui-
legij, & ſtatuti ſunt ſtrictè interpe-
tranda; Tap. *loc.cit.* Regen.de Marin.
*lib.2.quotid.cap.326.*Add.*ad Rouit.conſ.*
62.lib.2.
179 Ciuis ex domicilio fit, quando quis
moratur in aliquo loco animo, perpe-
tuò ibi permanendi, & licèt in ſtricta
acceptione dicatur incola, vt Carle-
180 ual.*loc.cit.nu.8.*tamen in Regno dici-
tur ciuis, ſi vbi domicilium contraxit,
ſit numeratus, Rouit.*conſ.48.lib.1.* &
ſemper erit talis (licèt domicilium
reliquerit) vſque ad nouam Numera-
tionem, & ibi, vt ciuis, debet ſoluere
onera, vt pluries diximus, ex Regen.
Mol.& de Marin.*cap.63. & arreſt.151.*
*& 576.*Ganauer.*dec.46.* & ideo contra
181 contrahentem domicilium, & ibi
onera ſoluentem, non conceduntur
repreſaliæ, Dexart.*dec.Sardin.85.*
182 Domicilium contrahitur ab eo,
qui in aliquo loco larem, ac fortuna-
rum ſuarum ſummam conſtituit, vnde
rurſus non ſit diſceſſurus, vt *in d. l. ci-*
183 *nes*, vbi Amaia; & ad conſtituendum
domicilium, requiritur habitatio, &
animus permanendi, Vermiliol. *conſ.*
176.num.4.& conſ.177. & quidem, ſi
animus ſtatim explicetur verbis, aut
facto, reſultante ex habitatione, aſ-
portatione familiæ, & emptione do-
mus, aut ſtabilium, contrahitur mo-
mento, nullo tempore expectato, *l.*
eius, §.final.l.domicilium, ff.ad municip.
vbi DD.Viu. *lib.2. commun.opin. opin.*
89. Soc. *in cap.vltim.nu.15. de for.com-*
*pet.*Surd.*conſ.174. nu.10.* Sanch.*de ma-*
trim. lib. 3. diſput.23. tom. 1. Andreol.
contr.428.à nu.62. & contr.364. à nu.
*14.*Gratian.*diſcept.181.*Rouit.*in pragm.*
12.nu.4.de Baron.& in pragm.1.num.9.
de immunit. Neapolit. Add. *ad Rouit.*
conſ.48.à nu.32.lib.1. Conſil.Staib. *vbi*
ſup.nu.18. Fagnan. *in cap.ſignificauit, de*
Paroch. nu.54. Rota *par.8. recent.deciſ.*
172.nu.4. Si verò quis tantùm habitet,
ſed non habuerit animum permanen-
di, nunquam contrahit domicilium,
eſto habitet per centum annos, Staib.
loc.cit.nu.32. quod erit ſi hoc expreſsè
declarauit, Hodier.*ad Surd.deciſ.329.*
*nu.3.*Andreol.*contr.239.nu.39.* aut ta-
citè, & facto, quod colligitur ex qua-
litate habitationis, aut perſonæ, vt in
ſcholari, mercatore, officiali, famulo,
&c.Pariſ.*conſ.53.num.93.lib.1.* Roland.
conſ.39.nu.51. lib.3. Luc.de Pen.*in l.2.*
*Cod.de incol.lib.10.*Vermil.*loc.cit.* Rota
par.9.recent. tom.1, dec.312. num.17.&
par.18.recent.dec.431.à nu.1.tom.2.
184 Licèt ſecus ſit, ſi mercator, aut
alius exterus, emat domū, ducat vxo-
rem, aut concurrant aliqua adminicu-
la, quæ deſtruant illam præſumptio-
nem, excluſiuam animi permanendi,
Pariſ.*conſ.12.nu.16.& 20.lib.3.* Fagnan.
vbi ſup.nu.53. Rota *par.5. recent.deciſ.*
135.à nu.10.& par.8. dec.172. num.10.
Velanz. *vbi ſup.nu.19.* Conſil.Staib. *in*
185 *additi. ad dictam reſol. nu.66*; & ani-
mus permanendi ad contrahendum
domicilium debet eſſe certus, & non
vacuus, aut dubius, Fagnan.*in cap.præ-*
ſentata, nu.3.de teſtib. Sanch. *vbi ſupra,*
Bondon.*de iur.contr.cap.44.nu.7.* Rota
apud San.Mem.Alexand.VIII.dec.145.
186 *nu.30.* ſi tamen ſumus in dubio, an
quis

Digitized by Google

quis habitet animo permanendi, vel
non; conſtabit animus ex decennali
habitatione, Roland. conſ. 29. nu. 51. lib.
3. Surd. conſ. 371. nu. 4. Staib. & Rouit.
loc. cit. Add. ad Ludouiſ. dec. 279. nu. 26.
Rota par. 5. dec. 137. nu. 5. & d. par. 8. loc.
cit. num. 3. Add. ad Rouit. d. conſ. 48. nu.
187 37. Immo in dubio habitãs præſumi-
tur ciuis, donec contrariũm probetur,
l. finali, Cod. ad municip. Bart. in l. de iure,
nu. 2. ff. eod. Angel. in l. ſi eum exceptio-
ne, §. in hac, ff. de eo, quod met. cauſ. Fe-
lin. in cap. quoniam, nu. 3. de offic. ordi-
nar. Bott. conſ. 18, à nu. 7. Menoch. de
præſumpt. lib. 6. præſumpt. 30. Ceuall.
commun. contr. commun. qu. 458. Velanz.
d. conſ. 37. nu. 29. lib. 1.
188 Domicilium autem triplex eſt, na-
turale, accidentale, & commune, DD.
in d. l. aſſumptio, Gaill lib. 2. obſeru. cap.
36. Gratian. diſcept. 181. Add. ad Rouit.
& Staiban. loc. cit. Farinac. in fragm.
verb. domicilium, Pilaia dec. Pontiſ. dec. 3.
nu. 86.
189 Et quod quis poterit habere duo
domicilia, diximus ſupra, ex l. Labeo, &
l. aſſumptio, §. viris, Gratian. diſcept. 623.
190 nu. 25. ſed in concurſu præfertur do-
micilium originis, de Marin. d. cap. 63.
nu. 2. Capiblanc. de Baron. in pragm. 10.
nu. 75. Add. ad Rouit. d. conſ. 48. num. 44;
& effectus ciuis per incolatum, gau-
det, vti cæteri ciues, Alexand. conſ. 20.
nu. 10. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 129. num. 4.
lib. 1. Alciat. in l. prouinciales, ff. de verb.
ſignif. Surd. conſ. 59. nu. 5. Gaill obſer. 35.
Mart. de ſucceſſ. leg. par. 2. qu. 4. art. 8.
nu. 21. & 22. Rota par. 9. recent. dec. 127.
tom. 1. n. 6. & par. 13. dec. 261. nu. 2. Staib.
loc. cit. Tap. dec. 14. Nouar. de grauam.
vaſal. par. 3. grauam. 65. niſi aliud fue-
rit cautum per ſtatutum, aut priuile-
191 gium, vt ſupra diximus. Et in Regno
tunc habens domicilium, ſeu incola-
tum, efficitur ciuis, quando eſt nume-
ratus, vel eſt foculare acquiſitum, Ro-
uit. conſ. 48. & 49. ſed reſpectu fo-
ri, vel ordinis, ſufficit tantùm domi-
cilium, vt Carleual. Barboſ. & alij, ſu-
pra citati, & incolatus decennij vt
gaudet priuilegijs, de Marin. arreſt.
192 536. & hic, licèt alibi numeratus, po-
teſt cogi à Barone ad exercendum
munus ærariatus, de Marin. arreſt.
193 544; & minor, ad finem contrahendi
domicilium, vltra ſuum conſenſum, de-
bet habere illum ſui Curatoris, & Iu-
dicis decretum, Andreol. contr. 239.
num. 36.
194 Incola autem, immo habitans ad
tempus, non poteſt à Barone Loci ex-
pelli, Staib. cit. contr. 92. in add. num. 6:
quia eſt contra bonum publicum, &
æquitatem naturalem, Bart. in cap. 1.
verb. dominus, nu. 1. de forma fidelitatis,
Surd. conſ. 174. nu. 10. lib. 2; Secus ta-
195 men eſt, ſi adſit vrgens cauſa: quia
tunc poterit etiam hoc facere Iudex
Loci, vt puta, ſi quis fuerit ſeditioſus,
turbans publicam quietem, valde ri-
xoſus, & inquietus, publicus latro, le-
no, aut meretrix, valde ſcandaloſa, &
iuuenibus nobilibus obnoxia, Peguer.
dec. 4. & 12. Maſtrill. de magiſtrat. lib. 3.
cap. 15. Capiblanc. ſingular. 73. Couar.
lib. 2. variar. cap. 8. Borrell. de Magiſt.
lib. 3. cap. 13. Mut. ſup. pragm. Sicil. tit. 27.
Auendan. de exequut. mand. lib. 2. cap.
6. Ricc. collect. 2013.
196 Sed quæſtio eſt, an Notarius inco-
la, in terminis cap. Regn. Ladislaus, poſ-
ſit ſtipulari inſtrumenta pro, vel con-
tra Baronem Loci incolatus, & com-
prehendatur in prohibitione dicti ſta-
197 tuti? & videtur non comprehendi:
quia ſumus in materia ſtatutaria, &
correctoria Iuris communis, à quo non
prohibetur Notarius vaſallus prò, &
contra dominum ſtipulari, laté Mol-
feſ. in conſuet. Neapol. tom. 2. par. 10. q. 2.
Gait. de credit. cap. 3. tit. 1. nu. 834. & ſic
verba dicti capituli ſunt intelligenda
ſtrictè, & prout ſonant, & in proprio
ſignificatu; ſed dicta verba loquuntur
198 de vaſallis originarijs, ibi: *Nos etiam
creauimus multos Notarios publicos, non
quidem demaniales, ſed de Terris Co-
mitum, Procerum, & Baronum, noſtræ
Siciliæ Regni oriundos*, & inferiùs *Non
per Notarios de Terris dictorum Ma-
gnatum, Comitum, & Baronum, ordinã-
dos, vel in eis, aut ipſarum altera Ter-
ra, ſiue alijs commorantes*; tantùm verò
abeſt, vt dicta verba intelligantur de
inco-

incolis, quantùm loquuntur per ver-
ba naturalia, originem importantia.
Cõfirmatur: quia in ſuperioribus ver-
bis eſt ſermo de originarijs, & extendi-
tur, *ſiue illi in terra Baronis, ſiue alibi*
commrati fuerint, ex quibus colligi-
tur, quod de originarijs tantùm loqui-
tur, qui, aliò transferentes domici-
lium, non amittunt ciuilitatem, quia
aliàs incola, ex nouo incolatu, non di-
ceretur ciuis primi Baronis, ergo ſi-
gnum eſt, voluiſſe intelligere de ciui-
bus originarijs, vel ſaltem de ciuibus
per Numerationem: quia verba legis
exorbitantis debent accipi in proprio
ſignificatu, *capit. cùm dilectus*, §. *quia*
nobis, *de conſuet*. Socin. *conſ.31. vol.1.*
Ancharan. *conſ.91*. Gaill *lib.2. practic.*
cap.124.n.7. Neque dicas, quod eadem
militat ratio in Notario incola, ſcili-
199 cet timoris, & reuerentiæ: quia re-
ſpondetur, quod in ſtatutis, non fit
extenſio, non ſolùm ex identitate, ſed
200 nec etiam ex maioritate rationis, vt
DD. *vbi ſupra*. Confirmatur, quia in
terminis dicti Capituli *Ladislaus* non
fit extenſio de inſtrumento ad obliga-
tionem penes acta, confectam à Nota-
rio vaſallo, Actuario Curiæ, vt docue-
runt Franc. *dec.118.* vbi add. Gait. *de*
credit. loc. cit. nu.832. & 842. Ann. *in*
addit. ſui patris ad ſingul.244. Ricc. *col-*
lect.2315. & alij apud Conſil. Petra
201 *rit. Mag. Cur. 728. num.6.* Quic-
quid ſcripſerit in contrarium Re-
gens de Marin. *lib. 2. quotid. cap.149.*
qui contrariam probat ſententiam
ex eo quod obligatio fuit recepta à
Notario vaſallo, non vti Actuario, ſed
vti Notario: quia hoc eſt extra termi-
nos quæſtionis, quia Notarius non vti
Notarius, & in formam inſtrumenti,
ſed vti Actuarius ſtipulatur obligatio-
nem, vti actum Iudicialem voluntariæ
Iuriſdictionis, & vti Notarius non po-
teſt ſtipulari obligationes penes acta,
niſi habeat annexum officium Actua-
rij, & vti talis præſumitur ſtipulatus,
vt actus valeat, iuxta tradita *in l.3. ff.*
202 *de milit. teſtam.* & hæc obligatio re-
cipit fomentum, & calorem à Iudice,
in cuius præſentia, vel ſaltem manda-
to præſumpto, obligatio ſtipulatur, vt
Add. *ad Franc. loc. cit. nu.4.* Conſil. Pe-
tra *d. rit.228. nu.5*; ſi ergo procederet
dicta concluſio, quod valeat obligatio,
nulla alia poſſet reddi ratio, niſi illa,
quæ aſſignatur à Præſidente *in d. deciſ.*
118. nu.3. quod in materia dicti ſtatu-
ti non ſit extenſio de inſtrumentis ad
ſcripturas iudiciales, quam veram
agnouit Rota *par.8. recent. dec.225. &*
par.9. dec.92. tom.1. non obſtante, quod
maior ratio ſtatuti concurrat in obli-
gatione penes acta, ſcilicet qualitas
203 vaſalli, & officialis Baronis; immo
doctiſſimus Regens de Marinis probat,
inſtrumentum, ſtipulatum à Notario
vaſallo, pro, & contra conductorem
illius Loci, eſſe validum, *lib.1. quotid.*
cap.280. nu.3. & in Add. ad Reuert. de-
204 *ciſ.386. nu.3.* licèt ratio timoris, quã
aſſignat, iudicio meo, non ſit ſufficiens:
quia aliàs poſſet habere locum in
205 fratre, vel conſanguineo Baronis, vel
in Barone, habente tantùm Iuriſdi-
ctionem criminalem, quibus etiam de-
betur reuerentia, & poſſunt inducere
timorem, quod non admittunt Capyc.
dec.27. Franc. *dec.131.* Capiblanc. *de*
Baron. pragm.8. par.2. nu.265. de Luca
ad Franch. dict. dec.118. à nu.17. & dec.
631. nu.16. Conſil. Petra *rit.166. nu.23*,
nec etiam admiſit Eminen. de Luca
de feud. diſcur.29. in Vxore Baronis,
quẽ refert Reuer. de Luca *in appendic.*
206 *ad Franc. dec.631.* Sed illa eſt, quia
in dicto Capitulo *Ladislaus* fit men-
tio de Baronibus, Comitibus, &c. quo-
rum appellatione non veniunt condu-
ctores, nec debet fieri extenſio de vna
perſona ad aliam, quicquid in contra-
rium in hoc caſu firmauerit Nouar.
lib.2. qq. forenſ. cap.45. nu.8. & Reuer. de
Luca *loco citato.*

207 Nec contra principalem conclu-
ſionem obſtat, quod diſpoſitio dicti
Capituli ſit fundata in Iuriſdictione,
quæ etiam poſſet exerceri contra ha-
bentem domicilium, vt Pat. de Roſſ.
ap. de Luca dict. dec.631: quia, ſi hoc eſ-
ſet, Notarius exterus, qui poſſet con-
ueniri in terra Baronis, ratione
rei ſitæ, contractus, vel quaſi contra-
ctus,

ctus, aut deſtinatæ ſolutionis, vel alia cauſa, non poſſet inſtrumenta ſtipulari, pro, vel contra Baronem, quod prorſus repugnat diſpoſitioni dicti Capituli; ergo ſequitur, quod illa diſpoſitio, fundata in reuerentia, & timore domini, à Iure communi exorbitans, debet intelligi, & comprendere, illos Notarios, qui ſint ciues, & vaſalli, prout ſonat, & non de incolis.

208 Et licèt videantur tenere contrarium Mart. *dec.Piſan.*186. Ricc. *collect.* 2315. de Marin. *lib.*1. *quotid. cap.*280. *&* *in Add. ad Reuert. dec.*386. Nouar. *qu.* 156. Conſil. Petra *d. rit.* 166. *nu.*27. qui plures Deciſiones S.C. adducit; tamen vel eorum opinio ex ſupradictis non eſt in Iure ſubſtentabilis, vel eſt intelligenda de Notario incola, effecto ciue per Numerationem, & non de illo, qui, licèt habeat domicium, tractatur, vt exterus in Terra Baronis: quia non incolatus, ſed ciuilitas, quem efficit vaſallum, argumento *leg. generaliter, §. vxori, ff. de vſufruct. legat.* aliàs vaſallus originarius, alibi habens domicilium, poſſet ſtipulari inſtrumenta Baronum, quod eſt falſum ex verbis dicti Capituli, ibi, *vel in alijs commorantes, &c.* Incola enim, non effectus ciuis, differt à ciue, & vaſallo, vt ſæpius diximus *ſupra*, & probat Capiblanc. *in d. pragm.*8. *p.*2. *num.*246. & optimè congruunt ea, quæ tradit Hippolyt. Vann. *apud Rouit. conſ.*49. *lib.*1. & idemmet Domin. Petra *in rit.*166. *num.*27. qui etiam videtur in ſua ſententia ſupponere, ex incolatu fuiſſe contractam ciuilitatem, ibi: *quique incola ciuis loci domicilij conſtituitur*, & ex Rouit. *d. conſ.*48. docet, incolam tractandum eſſe, vti ciuem; & tamen ipſe Rouitus ſupponit, eſſe in loco numeratum, aliàs habetur, vt exterus, vſque ad nouam Numerationem, vt ſæpius dixi-

209 mus. Hinc ad probandum hanc exceptionem idemmet Dom. Petra *in d. rit.*166. *nu.*32. *in fine*, ad impediendã liquidationem inſtrumenti, docet, quod requiruntur fides baptiſmi, & Vniuerſitatis, præſentatæ Curia pro Tribunali ſedente, ex Maſcard. *concluſ.* 1087. *nu.*7. Genou. *de ſcript. priuat. l. l.* 5. *qu.*2. Capyc. Latr. *dec.*166. *num.*35. & nos diximus *ſupra*; vnde in facti contingentia benè eſt cogitandum.

210 Sed an diſpoſitio dicti Capituli *Ladiſlaus* procedat in Notario Apoſtolico ciue in illis caſibus, in quibus in Regno poteſt ſtipulari inſtrumenta, ſcilicet inter perſonas eccleſiaſticas, in ſpectantibus ad ſpiritualia, & cauſas pias, vt Rouit. *in pragm.*2. *de contract. n.*12. Ricc. *collect.*1322. Danz. *de pugn. DD. tit. de inſtrument. cap.*2. *nu.* 7. Vrſill. *ad Affict. deciſ.*245. Molfeſ. *de conſuet. Neapol. par.*10. *q.*10. *nu.*12. Gait. *de credit. cap.*3. *tit.*1. *n.*45. *&* 483. Thor. *in compend. deciſ. par.*1. *verb. inſtrumentum, & par.*2. *eod. verbo*, Add. *ad Rouit. conſ.*66. *à nu.*22. *lib.*2.

211 Et videtur dicendum, habere locum: quia clericus, ſeu Notarius Apoſtolicus, dicitur verè ciuis, licèt mutauerit ſtatum, Bar. *in l.*1. *ff. ad municip.* Oltrad. *conſ.*22. Anchar. *conſ.*341. Alexandr. *conſ.*41. *nu.*4. *lib.*7. & dicitur eſſe de reſtrictu domini temporalis, Rota *par.*18. *recent. tom.*1. *dec.*85. *nu.*5. & faciunt tradita per de Marin. *loc. cit. n.*4.

212 Contrariũ tamen mihi magis probatur, tum ex ratione defectus Iuriſdictionis, tum quia in perſonis Eccleſiaſticis non militat ratio metus, cùm Eccleſiaſtici defendantur à ſuis Prælatis: & denique, quia hoc eſt ſtatutum laicale, & reſtringeret libertatem perſonis Eccleſiaſticis, quam habent de Iure communi ſtipulandi inſtrumenta, & ſic nullius momenti, ad tradita per Canoniſtas *in capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtitut. & in capit. nouerit, de ſentent. excom.* DD. *in auth. caſſ. & irrit. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Marc. Antonin. *lib.*1. *variar. cap.*9. Sperell. *deciſ.*12. *&* 13.

213 Nec facit ratio adducta, quod Clericus dicatur ciuis, ex DD. adductis, cum Surdo *conſ.*301. *nu.*7. Prato *lib.*2. *forenſ. cap.*27. *nu.*17: quia hoc ſibi vindicat locum in fauorabilibus, non verò in odioſis, vt declarat Bar. *loc. cit.* Roman. *ſingul.*446. Sperell. *loc. cit. &* *dec.*11. *num.*7. nec in caſu poteſt applicari

cari

cari doctrina Regentis de Marinis: quia
ibi loquitur, quando Notarius laicus
vaſallus inualidè ſtipulatur, & ſic ſup-
ponit inualiditatem in Notatio; ſecus
verò data habilitate, conceſſa à Iure
communi, & in caſibus Regiæ pragm.
2. *de contractibus*, quę nõ poteſt per an-
tecedens, vel per ſubſequens ſtatutum
tolli, & infirmari, ex traditis per Ro-
tam *part.9. recent. dec. 92. num. 3. & ap.
Roiaſ. dec.* 198. vbi, determinando quæ-
ſtionem, an Capitulum *Ladislaus* ha-
beat locum pro, & contra Baronem,
214 docet, quod ideo inſtrumenta, confe-
cta per Notarium vaſallum, non pro-
bant, nec etiam pro Eccleſia: quia per
ſtatutum eſt inhabilitata perſona No-
tarij, Regali iuriſdictioni ſubiecta; ergo,
data habilitate, non poteſt tolli ex vi
ſtatuti, diſponentis de perſona ſubie-
cta; & Eccleſiæ minimè fit præiudiciũ,
ſi eius inſtrumentum non probat: quia
potuit per alium Notarium habilem
ſtipulari, vt Rota *loc. cit.* Hæc occurrunt
in quæſtione, à nemine ex Regnicolis,
quos vidi, agitata, ſub correctione re-
ctiùs ſentientis.

215 Sed an dictum Capitulum habeat
locum in cauſa dotis? & videtur ne-
gatiuè reſpondendum, ex doctrina Sa-
licet. *in l. finali, Cod. de iur. dot.* quia fa-
uore dotis caſus ſtatuti in eius præiu-
dicium non complectuntur, niſi facta
ſpeciali mentione, *l. 3.* vbi Gloſ. & Bar.
Cod. de ſilent. lib. 11. Gabriel *commun.
concluſ. tit. de leg. & conſtit. concluſ. 1.
nu.* 10. & videtur ſentire, licèt in alijs
terminis, Merlin. *lib. 2. controuerſ. cap.*
59; tamen contraria opinio eſt verior,
ex inhabilitate Notarij vaſalli confi-
ciendi, & ſtipulandi quæcunque inſtru-
menta: & rationibus adductis à Mer-
lino optimè occurrit nouiſſimè doctiſ-
ſim. Conſil. Petra, Aui opinionem de-
fendens, *in Rit. Mag. Cur.* 167. *à nu.* 16.
quæ non repetuntur, nè alienos labo-
res vſurpare videar. Alia ad materiam
vide apud DD. citatos, & Epiſc. Ma-
rant. *lib. 3. controu. cap.* 99.

216 Sed quod tempus requiratur in du-
bio (vt reuertamur ad noſtram mate-
riam,) vt quis dicatur contraxiſſe do-
micilium in aliquo loco, ad finem cõ-
trahendi matrimonium, & vt decimis
poſſit vrgeri à Parocho, & habitanti
Sacramenta miniſtrari? vide Velanz.
conſ. 37. à nu. 40. lib. 1. Vermil. *conſ.* 176.
& 177. Fagnan. *in cap. ſignificauit, de
Paroch. à nu.* 18.

217 Præter enumeratos ciuilitatis ac-
quirendæ modos, adſunt alij quoad
certos effectus: & primò per conſe-
quutionẽ dignitatis Epiſcopatus, Pa-
rochiæ, Canonicatus, vel alterius, re-
ſidentiam requirentis, Bar. *in d. l. 1. nu.*
14. Oltrad. *conſ.* 32. Angel. *conſ. 23. nu.* 2.
Surd. *conſ. 301. nu.* 7. Boer. *deciſ. 269. nu.*
20. Capiblanc. *in pragm. 12. de Baron.
tom. 2. cap. 74. num.* 4. Conſil. Prat. *lib. 2.
forenſ. cap. 27. nu.* 20. de Marin. *lib. 1. quo-
tid. cap.* 220. Graſſ. *de effect. clericat. in
prælud. nu.* 396. Bellect. *diſquiſit. cleric.
tit. 1. §. 20. nu.* 15. Rota *par. 9. recent. tom.
1. dec. 127. nu.* 7.

218 Sic per conſequutionem ſimplicis
beneficij in aliqua Ciuitate, vel Dioe-
ceſi, quis efficitur ciuis, tantùm ad fi-
nem, vt poſſit ab Epiſcopo Loci bene-
ficij ordinari, *capit. nullus, de tempor.
ordinat. in 6.* Sacrum Concilium Tri-
dentinum *ſeſſ. 23. cap. 9. de reformat.*
obſeruata tamen vltima conſtitutio-
ne SS.D.N. Innocentij XII.

219 Debet tamen præcedere inſtitu-
tio; vnde, ſi quis fundaret beneficium
pro laico, nondum clericato, non po-
terit initiari prima tonſura ab Epiſco-
220 po loci beneficij, & ſi ordinetur, erit
ſuſpenſus, vti ordinatus ab alieno Epi-
ſcopo, Gratian. *lib. 3. diſcept. cap. 410. nu.*
10. de Luca *de linea legal. lib. 2. cap. 98.
à nu.* 2. vbi Sacræ Congregationis De-
cretum adducit.

221 Vxor etiam efficitur ciuis loci ſui
viri, Bald. *conſ. 139. lib.* 5. Surd. *dec.* 330.
num. 22. Gratian. *diſcept. 623. à nu.* 11.
Staib. *loc. cit. nu.* 58. Rot. *par. 18. rec. tom.
2. dec. 557. num.* 13.

222 Item Doctor, legens in aliqua Vni-
uerſitate, vel Medicus, conductus ad
medicandum in aliqua Ciuitate, dici-
tur ciuis illius loci, Ioan. de Platea *in
d. l. ciues, nu.* 2. Regens Tap. *d. dec. 14.
nu.* 4. Intrigl. *ſing.* 97.

223 Item legitimatus dicitur ciuis loci paterni,Luc.de Penn.*in d.l.ciues*.

224 Et denique poteſt dici conciuis cum aliquo,ſi ſub eodem exiſtat imperio, vt ſunt Neapolitani, & Hiſpani, ſubiecti Imperio Noſtri Monarchæ, (cuius Auguſtiſſimam Domũ D.O.M. dignetur ſeruare incolumem pro bono Reipublicæ Chriſtianæ) ex *l.3.Hyſpan.tit.5. nou.recopil.* Borel. *de magiſt. edict.cap.5.nu.*23. vide alia apud Pilaia *deciſ. Pontiſ.lib.1.dec.3.nu.*8.

22 Ex hactenus deductis modis acquirendi ciuilitatem multa poſſent inferri in materia ſtatutorum, contractuũ, & legum, de Ciue verba facientium; ſed omittuntur, quia extra materiam, ideo benignus lector poterit recurrere ad DD.in diſcurſu citatos,& Rotam *p.18.rec.tom.2.dec.*529.

226 Sed tamen aliqua diſſerere duximus de obligatione Ciuium erga patriam,& è contra: & primò, quod hæc obligatio deſcendit ex Iure Diuino, Gentium,& Ciuili,& vinculo Charitatis,ſuadente Natura, & quidem ſympatice, & qualitate penitus occulta, ſuauiter raptante ciuem ad patriæ di-
227 lectionem, vnde à Scæuola *in l. qui habebat, de legat.*3. Suauiſſima nuncu-
228 patur, & Ouid. *lib.1. de Pont.eleg.*4. cecinit:

Neſcio, qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores, non ſinit, eſſe ſui.

Idem:

Dulcis amor Patriæ, quo non præſtantius vllus.
Dulcis amor patriæ, dulce videre ſuos.

Et Virgil.*Eclog.*1:

Nos patriæ fines, Nos dulcia liquimus arua.

Euripid.*in phænice*.

Patria, vt decet, chariſſima mortalibus;
Neque exprimere poſsũ, quàm chara.

Appian.*lib.*11.*Eyneget.*

Non igitur ſolis chara patria eſt hominibus,
Sed etiam rapidarum deſiderium quoddam inſtillatum eſt animis ferarũ:

Quod confirmauit Caſſiador. *lib.8. epiſt.*31.ibi: *Feris datum eſt, agros, ſiluaſque quærere; hominibus autem focos patrios ſupra cuncta diligere,& lib.1.epiſt.*21.Hinc Vliſſes poſt longam peregrinationem patrium optauit ſolum, licèt inter ardua poſitum ſaxa, & immortalitati renũciauit,teſte Senec.*lib.9.epiſt.*67.& Marc.Tul. *lib.2.de legib.* ibi: *Siquidem etiam ille ſapientiſſimus vir, Ithacam vt videret, immortalitatem, ſcribitur, repudiaſſe:* & Ouid. *lib.1.de Pont.eleg.*4:

Non dubia eſt Ithaci prudentia, ſed tamen optat,
Fumum de patrijs poſſe videre focis.

Confirmatur ex Vlpian. *in l.1. ff.de cenſ.* & Imperatore *in l.fin. Cod.ſi ſeru. export.ven.* vbi Gloſ. *verb. Italia*, & DD.Alciat.*lib.4.diſpunt.cap.*18.Caſſan. *in catal. glor. mund.par.*11. *conſid.* 24. *& par.12.conſid.17.nu.*13. Tiraquel.*ad ll.connub.lib.7. nu.*66. Velanz. *conſ.*36. *à nu.56.lib.*1. Erraig.Arniſ. *de Republic. tit.de abdicat.Ciuit.cap.5.ſeſſ.9.num.*19. Solorz.*de Iur.Indiar. lib.2. cap.16.tom.1.& lib.1.cap.5.nu.70.tom.*2.

229 Et patrium ſolum valde ſaluti cõducere, immo infirmos ad ſanitatem recuperandam adiuuare, teſtantur Medici apud Zachiã *qq. medicolegal.lib.*5.
230 *tit.4.qu.*5.& è contra nil triſtius, aut miſeratione dignius, quàm patria carere, affirmant Senec. *lib.vnic.de conſolat.ad Albin. cap.16. & de conſolat. ad Eluiam,cap.*6. Liu.*lib.5.hiſtor.* Euripid. Cicer. *in Paradox.* Nicol. Anton. *de exil.lib.1.cap.4.nu.*2. Marc.Tul. *lib.1.de Orat.* Iuſt.Lypſ. *de conſtant.c.*10.AEne. Silu.*epiſt.*90.Diuus Augu.*lib.1.de liber. arbitr.* & ex noſtris Amaia *in l. 4. nu. 13. Cod.de iur.fiſc.lib.*10. vnde meritò Imperator *in auth.habita,Cod.nè fil.pro patre*, ob volũtarium exilium à patria, multa ſcholaribus elargitus eſt priuilegia, de quibus DD.& Horat.Lut. *de priuil.ſcholarium*.

232 Ex hijs ſequitur, quod qui ſine cauſa patrium ſolum, aut reliquerit, aut non diliget, impius dici debet, & peior feris, quæ proprium nidum, & receptaculum diligunt, *l.vnica, Cod.ſi curial.*

curial.relict.patr.lib.10.vbi Gloſſ.verb.
demoſtrauerint, Amaia in l.curiales, nu:
8.Cod.de decurion.lib.10. Gotofred.in
233 cap.Theodoſius, tit.de contr. empt. &
amor patriæ non ſolùm debet eſſe
æqualis amori parentum, & filiorum,
l.veluti, ff.de Iuſtit.& Iur.(homo enim
naſcitur Deo, patriæ, ſibi, & parenti-
bus, & deinde proximo, l.1.§.generali-
ter, ff.de ventr. in poſſeſſ. mittend.l.poſt-
liminium, §.filius, ff.de captiu. l.minime,
ff.de religioſ.& ſumptib.funer. Cic.lib.1.
de offic.) ſed etiam illum vicere debet,
taliter vt magis patriæ, quàm parten-
tibus, & filijs, teneatur, Nact. conſ.597.
nu.18.lib.3. Decian. reſponſ.82. nu.15.
volum.5. Arniſ.de Republic.cap.5.ſeſſ.8.
nu.4.Mager. de Aduocat.armat.cap.13.
à nu.251.Franc.Tanner.de Roman.Im-
per.verſ.bellum, nu.195.
234 Ciuis nanque cum patria ſocie-
tatem naturalem contrahit, quæ dici-
tur publica, ſiue bonum publicum, & á
235 Bartholo qualitas obligatoria, in
l.1.§.aſſumptio, ff.ad municip. Ioann.de
Plat.in l.2.nu.2. Cod.de municip. & ori-
236 gin.lib.10. & à Bal.patriæ Hypothe-
ca in l.adoptionem, nu.3. Cod.de adoptio-
nib.Cæphal.conſ.451. nu.126. volum.4.
Carleual.de Iudic.diſput.2.q.2. nu.124.
erudit. Dominic. de Rub. certam. fo-
renſ.cap.10. nu.74. vbi latè; & Ius pa-
triæ omnibus præferri, habetur in d.l.
poſt liminium, §.filius, latè Amaia in d.
l.ciues, Arniſ.de Repub. cap.5. ſeſſ.8.cit.
vnde Plutar.in Citon.laudauit dictum,
ſcilicet: an ſic es ſapiens, vt te latuerit,
& patri, & matri, & progenitoribus Pa-
triam eſſe anteponendam? & cecinit Lu-
cil.

Commoda præterea Patriæ tibi prima
putare,
Deinde parentum.

Idem confirmat Plutar. in Opuſc.an
ſit geren. Reſpublic.tom.2. lit.R. Cicer.
lib.3.de offic.cap.31.ibi: *Quid ſi tyranni-
dem occupare, ſi patriam prodere conabi-
tur pater, ſilebit nè filius? immo verò ob-
ſecrabit patrem, nè id faciat, ſi nil profi-
ciet, accuſabit, minabitur, etiã ad extre-
mum, ſi ad perniciem Patriæ res ſpecta-
bit, Patriæ ſalutem anteponet patris ſa-
luti, &c.*

237 Et dat rationem inferiùs. quia Pa-
tria omnibus præſtat officijs, & confir-
mat lib.1.nu.36. ibi: *vnicuique noſtrum
chari ſunt parentes, chari liberi, propin-
qui, familiares, ſed omnes omnium cha-
ritates Patria vna complexa eſt, &c.*
Valer.Maxim.lib.5.cap.6.confirmat his
verbis: *quia euerſa domo, interdum Rei-
publicæ ſtatus manere poteſt; Vrbis rui-
na Penates omnes ſecum trahat, neceſſe
eſt, &c.* latè Corad.Brun. de ſedit.q.13.
num.5. Dom.Conſil.Petra Rit.M.Cur.
175.lib.3.à nu.44.
238 Hinc Reipublicæ ſalus vitæ ante-
ponenda, cùm ſit, excepto Deo, ſupra
239 omnes ordines Charitatis: & ciuis
pro ſalute Patriæ mori, ſi neceſſitas
vrget, tenetur, quod plures Etnicos
feciſſe, referunt Hiſtoriæ profanæ, ſci-
licet, Codrum, Temiſtoclem, Filenos
fratres Carthaginenſes, Spartium,
Ancorum Midæ filium, Meneceum
Thebanum, Orphei filium, Lutium
Brutum, Curtium, Mutium Scæuolam,
Publium Decium, Attilium Regulum,
Marium, Scipiones, & alios apud Iu-
ſtin. Tucid. Tit. Liu. Plutarch. Emil.
Prob.teſte Ioann.Rauiſ.de Charitat. in
patr.tit.7.ſic Sacræ Hiſtoriæ, vt Geneſ.
cap.14.& Reg.1.cap.17.de Dauid, & de
Iudicta c.13. Reg.23.24.& 26.& lib.2.
cap.10.11.& 12.lib.3.cap.15.& 16. Za-
char.cap.14. Oſeæ, cap.10. Maccabeor.
lib.1.cap.3. & 4. hanc ſententiam latè
probant D. Thom.2.2. quæſt.70. art.3.
Laym.Theolog.moral.par.3.tract.3.cap.
1.num.4. Domin. de Rub. loc.cit.Pater
Dian.tom.5.tract.4.reſolut.23.
240 Hinc deducitur primò, Ciuem poſ-
ſe cogi pro patria in bello iuſto mor-
ti ſe exponere, l.nullus, Cod.de curſib.
public. lib.12. Solorzan. de Indiar. Iur.
lib.1.cap.13.nu.63.
241 Necnon pati, ſe obſidem dari ho-
ſtibus patriæ pro obſeruatione pacto-
242 rum, Larr.dec.9.p.1.nu.1.immo, ſi Ty-
rannus, obſidens patriam, adeo ipſam
ſtrinxerit, vt ſit in eius manu ipſam
ſubiugare, & deſtruere, & promittat
deſiſtere, ſi caput Ciuis innocentis
tradatur, poteſt Ciuitas ipſum offer-
re; & ipſum præſentare pro ſalute

ſuæ patriæ, vt communiter Theologi,
ſignanter Molin. de Iuſtit. & Iur. tom.
10. tract. 2. diſput. 25. Pat. Dian. loc. cit.
Facund. in precept. decalog. cap. 12. n. 11.
Cardinal. de Luca de iuſtit. & iur. tom.
1. diſput. 10. ſect. 4. & 5. Laym. loc. cit. &
ex noſtris Solorzan. vbi proximè, &
Larr. allegat. fiſcal. 114. par. 2.
243 Deducitur ſecundò, maioris po-
tentiæ eſſe Ius patriæ, quàm patriæ
poteſtatis, l. honor, §. 1. ff. de muner. et ho-
nor. Alberic. in d. l. veluti, Andr. in cap.
1. nu. 10. ſi de feud. defunct. fuer. controuer.
Rouit. conſ. 73. nu. 4. lib. 1. Corrad. in
templ. Iudic. lib. 1. cap. 1. Arniſ. polyt. cap. 5.
244 num. 12. Sic etiam vincere Ius vaſal-
245 lagij, quod habēt Barones: quia à Iu-
ramento fidelitatis, quod præſtant
vaſalli, excluditur patria, Rouit. loc. cit.
246 num. 7. Et in pari clectione patriæ,
& Baronis, de ciue pro ſeruitijs, præ-
fertur Ciuitas, etiam, ſi electio Baronis
ſit anteriot, vt in puncto electionis
AErarij facta à Barone, & ab Vniuer-
ſitate in alio officio, conſuluit Rouit.
loc. cit. quem ſequuntur Nouar. de
grauam. vaſallor. tom. 2. grauam. 25. &
Dom. Conſil. Petra rit. M.C. 45. nu. 5.
& latè rit. 275. a nu. 44. lib. 3. vbi erudi-
tè multa ad materiam congerit.
247 Deducitur tertiò, Ciues teneri ad
ſonum Campanæ exire armatos con-
tra hoſtes parriæ, aut publicos graſſa-
tores, pragm. 1. de perſequ. malefactor.
vbi Rouitus, & alij, Nouar. de grauam.
vaſall. tom. 1. grauam. 330. Thot. in com-
pen. dec. par. 1. verb. Ciues omnes, Capi-
blanc. in pragm. 19. de Baron. num. 44.
248 Dom. Conſil. Petra rit. 12. nu. 3; & pa-
riter tenentur præſtare auxilium offi-
ciali, oppreſſo à bannitis, vel alijs, Ca-
pyc. dec. 149. Thor. loc. cit. verb. Ciues
præſentes, & in caſu controuentionis
poſſunt puniri. Quæ autem cauſæ ex-
cuſent ciuem, ſi non exierit, aut auxi-
lium non præſtiterit, vide Cyriac. lib. 3.
249 contr. cap. 487. & in aliquibus locis
eliguntur Fratres iurati ab Vniuerſi-
tate ad metam foculariorum, ſcilicet
ad rationem quinque pro centenario,
contra bannitos, Danz. de pugn. DD.
cap. vnic. de prærogatiu. Fratr. iurat. No-
uar. de grauam. vaſal. lib. 1. grauam. 127.
num. 5.
250 Sic etiam tenentur in omnibus ne-
ceſſitatibus patriam adiuuarę, & ſi-
gnanter mutuare pecuniam pro emen-
da annona tempore careſtiæ, & pro
alijs neceſſitatibus, ſi ſint locupletes,
251 & poſſunt cogi, Blaſ. in ſilu. memorab.
cap. 5. nu. 16. Vaſq. lib. 1. contr. illuſtr. in
præfation. cap. 6. Auend. de exequut.
mandat. lib. 2. cap. 14. Coſt. de remed. ſub-
ſidiar. remed. 75. nu. 6. Capiblanc. ſingu-
lar. 71. & in Addit. Ricc. dec. 126. par. 3.
Capell. Tholoſ. dec. 446. Regens de Pon-
te de poteſt. Proreg. tit. 2. de annona, à nu.
6. Nouar. de grauam. vaſall. lib. 1. gra-
uam. 21. Excob. de ratiocin. cap. 25. Prat.
252 lib. 1. pract. cap. 37. & poſſunt cogi ad-
uendendum victualia ſuæ patriæ, & ad
253 reuelandum frumentum; & poſſunt
tempore penuriæ eorum horrea ma-
nu militari perſcrutari, Franciſ. Marc.
254 dec. 230. par. 2. & vendere in publi-
cum victualia, & non priuatè, Luc. de
Pen. in l. 1. Cod. ne ruſtica, num. 1. lib. 12.
255 Petr. de poteſt. Princip. nu. 17. & prohi-
beri ciues, ne vltra indigentiam fru-
menta expoſita in publicùm emant,
nè alijs fiat præiudicium, Franciſc.
256 Marc. loc. cit. & né extrahant à pro-
pria patria victualia in caſu indigen-
tię, indicta pœna arbitraria, Capiblanc.
in pragm. 1. de Baron. à nu. 304. & in
pragm. 3. tom. 2. cap. 19. nu. 7. Mar. Surg.
de Neap. illuſtrat. cap. 14. nu. 22. de Mare
257 ad Gizzarell. deciſ. 74. & tam Ciues,
quàm Vniuerſitas, pręferuntur in ven-
ditione frumentorum, quæ naſcuntur
in territorio, Couar. lib. 3. variar. cap.
4. nu. 6. Cancer. lib. 1. var. cap. 11. n. 56.
258 Et, ſi patria emar frumentum, &
alia victualia pro annona, ob timorem
ſterilitatis, & deinde ſint ſuperflua,
& pretium diminutum, poteſt cogere,
ciues ad emendum pro eodem pretio,
né ciuitas ſir in damno, Gizzar. de Ma-
re, & Capibl. loc. cit. de Pont. de poteſt.
Proreg. tit. 2. de abundant. Ciuit. nu. 14.
Mut. ſup. cap. Regn. Sicil. tit. 26. Mex. in
pragm. de Taſapan, concluſ. 1. à num. 75.
Gratian. deciſ. 184. in addit. à num. 2. &
259 poteſt probibere ciuibus ſub pœna,
nè

nè illa aliunde emant, Montanar. *in pragm.2.nu.72. de adminiſtrat. vniuer-*
260 *ſit.* &, ſi Barones, aut aliæ perſonæ potentes, hæc impediant, aut extractionem permittant in caſu neceſſitatis, peccant, & vaſallos grauant, Bonacin. *de contract.qu.1.punct* 1.*nu.6.* Gennenſ. *in manual.Paſtor. cap.68. nu.2.* Nouar. *de grauam.vaſall. lib.1. grauam.*143. & latè ad materiam de Ponte *citatus*, Muſcatell. *in prax.crim.tit.de extrat.extra Regn.& controban.* vbi Prat.adde Rocc. *de offic. cap.57. tit.de Annonæ Præfect. inſtit.à nu.96.*
261 Ex eadem ratione cogitur ciuis tempore penuriæ ad inueniendum frumentum, etiam in regionibus longinguis, Thor. *in compend.deciſ.par.1. verb. Ciuis penuriæ tempore*, de Marin.
262 *loco citato*: Necnon ad ſe obligandū ad beneficium creditoris mutuantis pecuniam vniuerſitati, pro eius indigentijs, etiam captis pignoribus, dummodo ciuis ſit diues, & habilis:& ideo per Collaterale Conſilium expediuntur prouiſiones, vt ciues adſtringantur ad ſe obligandum, aliàs in eorum contumacia habeantur pro obligatis, Regent.de Pont. *de poteſt. Proreg. tit.de diuerſ.prouiſ. fier.ſolit.* de Marin. *lib.2.*
263 *quotid.cap.59.nu.7.* &, ſi vrgeat penuria, poſſunt exteri expelli, nè conſument victualia, Regen. de Pont. *de poteſt.Proreg.d.cap.2.§.2.nu.2.* & etiam eſt polytica militaris, quando ciuitas obſeſſa caret victualibus, quia expellit inhabiles.
264 Sed an ſtatutum, aut bannum, prohibens tempore penuriæ extractionē victualium, comprehendat perſonas Eccleſiaſticas? ſic etiam taxa pretij frumenti, facta à Iudice laico, vel adminiſtratoribus? Relictis diſputationibus, verior eſt opinio, vt non vi ſtatuti, ſed tantùm directiua, & naturali ratione, comprehendatur ob publicū bonum: perſonæ enim Eccleſiaſticæ ſunt ciues, & pars Reipublicæ, & vti tales gaudent omnium ciuium prærogatiuis, Surd.*deciſ.*129.Valaſc.*conſult.*100.Maſtrill.*deciſ.*49. Prat.*lib.1. pract. obſ.cap.37.nu.30.*Rocc. *vbi ſup.num.98.* Nouar. *de grauam. vaſall. grauam.*32. Capiblanc. *in pragm.*11. *de Baron.tom. 1.nu.126.*& nos diximus *ſupra*; ſic in puncto docet Cardin. Belarm. *lib.1.*
265 *contr.tom.2.cap.*28. Hinc in caſu penuriæ adeundus eſt Iudex Eccleſiaſticus, vt prohibitionem confirmet, vt feciſſe Diuum Carolum Borromeum in Ciuitate Mediolani, teſtatur Sperell.*dec.13.*Ciarl.*lib.1.contr. cap.31.* qui *nu.14.* adducit determinationem Sacræ Congregationis Immunitatis, Canoniſt. *in cap.Eccleſia Sanctæ Mariæ, de conſtit.* Duard. *in bulla cæn. can.15. qu.17.à nu.47.* Ricc.*in prax.Archiepiſc. tit.de ſtatut.laicor. reſolut.92.*Genuenſ. *in ead.prax.cap.74.*Dian.*par.1. tract.2. reſol.8.& par.4.tract.1. reſol.52.& par. 6.tract.3.reſol.7.* ex noſtris Regens de Marin.*lib.1.quotid.reſol.31. & 55.n.11. & in addit. ad Reuert. dec.222. & 130.*
266 Franc.*vbi* de Luca,*deciſ.9.* Et Clerici, & aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, contra facientes, peccant, & ab eorum Ordinarijs debent puniri: quia operantur contra bonum publicum, vt DD.*vbi ſupra*, Barboſ. *de Iur. Eccleſ. vniuerſ. tom.1.cap.39. §.5. num.49.* & alij *apud Pilaia deciſ.Pontif. lib.1. dec.11.nu.156.* Sperell.*dec.13.nu.13.*
267 Et denique Ciuis, vt *ſupra* diximus, in omnibus indigentijs ſuæ patriȩ tenetur ſuccurrere, *dicta l.vnica,Cod. ſi Curial. relict. Ciuit.lib.*10. & tenetur pro patria contra Baronem aſſumere defenſionem, *l.3.Cod.de his, qui ſpont. muner. ſuſcip. lib.* 10. Oltrad. *conſ.*38. Auendan. *de exequut. mandat. cap.4. nu.31.*Fontanel.*de pact.nuptial.clauſ.4. gloſ.10. num. 90.* Capiblanc. *ſingul.20.* Nouar. *de grauam.vaſall.lib.3.prælud.*
268 6. & poteſt comparere in iudicio, etiam ſine mandato pro dicta defenſione, & recuperare expenſas ab vniuerſitate, quia eſt actio popularis, Capiblanc. *loc.cit. & in pragm.3. tom.2.de Baron.qu.14.nu.10. & pragm.11.tom.1. nu.249.*Nouat.*vbi ſupra*, Galeot.*lib.2.*
269 *contr.cap.43.*& qui prodit patriam, peior eſt fera, & committit crimen lȩſȩ Maieſtatis, *l.1.& 2.ff.ad l.Iul.Maieſt.* Gloſ. *in l.fallaciter*, *Cod. de abolit.* ſed quo-

quomodo hoc procedat, vide DD. *in dictis Iurib.*& Angel. *de maleſ. verb. hai tradito la patria*, vbi *Add.* Certū tamen eſt, quod eſt peior, quàm parricida, ex rationibus adductis; &, ſi in aliquo patriæ præiudicat, tenetur ad reſtitutionem, & ex hac cauſa multi in Gehenna cruciantur, vnde Virgil. 6. *AEneid.*

Vendidit hic auro patriam, dominūq; potentem Impoſuit.

270 Item ciues poſſunt petere prælationem, quando venditur, aut locatur Terra: & hoc fauore libertatis, & hoc Ius prælationis competit ciuibus, ſingulis vti ſingulis, ideoque non afficit contradictio maioris partis, Rouit. *in prapm.* 63. *à nu.* 20. *de offic. procur. Cæſar.* Ann. *conſ.* 53. *lib.* 1. Nouar. *lib.* 1. *forenſ. cap.* 120. & non obſtante renunciatione Vniuerſitatis, quæ non præiudicat ciui in petitione dictæ prælationis, maximè ſi non adſit aſſenſus, Thor. *in cōpen. deciſ. par.* 1. *verb. demanium*, Nouar. *lib.* 1. *forenſ. cap.* 106. *à nu.* 8. & vnuſquiſque ciuis tenetur contribuere per æs, & libram, licèt ſit abſens, in pecunia, croganda pro dicta prælatione, Nouar. *lib.* 1. *forenſ. cap.* 19. Alia in materia prælationis, & prouocationis ad demanium, vide apud Addentes *ad Capyc. Latr. dec.* 174. *lib.* 2. Prat. *lib.* 2. *diſcept. cap.* 25. Caſat. *prærogr. qq. cap.* 33. *&* 34.

271 E contra, qui ſuſcipit defenſionem patriæ, meretur eius pater appellari, *l.* 3. *Cod. de his, qui ſpont. muner. ſuſcip. lib.* 10. & æternæ ciuium memoriæ mādari; & eius poſteri, vti de fideli, & zelanti proſapia, ſunt in honoribus ciuitatis præferendi, *l. ſi cohortalis, Cod. de cohortib. lib.* 12. Capiblanc. *in d. prag.*

272 11. *à nu.* 251. & poſſunt benefactores patriæ franchitijs, & alijs prærogatiuis gaudere, mediante publica concluſione vniuerſitatis, & probatis meritis non requiritur Regius aſſenſus, Teſtaſ. *de eſtim. tit.* 4. *cap.* 4. *à num.* 57. Roland. *conſ.* 5. *lib.* 1. *à nu.* 8. Oſaſc. *dec.* 95. *à n.* 25. Maror. *lib.* 1. *diſcept. cap.* 39.

273 Eadem Charitate tenetur patria, ſuos proſequi ciues, quia dicuntur correlatiui: Ciuitas enim nihil aliud eſt, niſi quædam hominum multitudo iure ſocietatis viuens, Petr. Greg. *de Republic. lib.* 1. *cap.* 3. Galeot. *lib.* 1. *illuſtr. cap.* 43. *nu.* 12. & meritò Scipio AEmil. dixit, *malle ſe ciuem ſeruare vnum, quàm mille hoſtes interficere*; & Iul. Cæſ. *de bell. Ciuil.* dixit, *ſe, ne vnius quidē militis interitu, ingentem hoſtium ſtragem empturum eſſe*, & Plutar. in *Lucul.* Cōmendauit, quod *mallet vnum ab hoſtibus Romanorum eripere, quàm omnes*

274 *ſibi res hoſtium vindicare*, & Senec. *de clement. lib.* 1. *cap.* 26. docuit, *nullum ornamentum Principis faſtigio dignius pulchriuſque eſſe, quàm illa Corona, ob Ciues ſeruatos, &c.* Reſpublica nanque Romana coronabat ciuem ad inſtar triumphantis, qui cōciuē à mortis periculo liberauerat, & dicebatur corona ciuica, quę ex Quercu, ſacra Ioui, & Iunoni, vrbium tutelaribus, cōficiebatur, & Tacit. *lib.* 15. *annal.* his confirmauit: *Si ſingulis manipularibus perpræcipua ſeruati ciuis corona Imperatoria manu tribueretur*, Plin. *natural. hiſtor. lib.* 16. *cap.* 4. Plutar. *in Coriol.* & noſter Alciat. *in Emblemat.* 200. cecinit:

Grata Ioui eſt Quercus, qui nos ſeruatque, fouetque,
Seruanti ciuem querna corona datur.

Et Lucanus:

Seruati Ciuis referentem præmia Quercum,

Et Claud. *lib.* 3. *de laudib. Stillicor. verſ.* 72:

Mos erat in veterum Caſtris, vt tempora Quercu
Velaret, validis fuſo, qui viribus hoſte
Caſurum potuit morti ſubducere ciuē.

Et hanc laudem Senatum tribuiſſe Auguſto, refert Dio. *lib.* 53. *hiſtor.* ſcilicet, quod eſſet perpetuus hoſtium victor, & Ciuium ſeruator, & Ouid. *lib.* 3. *de triſtibus:*

Cauſa ſuperpoſita ſcripto teſtata Coronæ
Seruatos ciues indicat huius ope.

Et eadem Corona decorandum Marcum Tullium, decreuit Senatus, petente Lucio Gelio Cenſore, teſte Aul. Gel. *lib.* 5. *noctium atticar. cap.* 6: quia eius opera fuit detecta, & vindicata atrociſſima Catelinæ coniuratio.

275 Ex

275 Ex dicta concluſione colligitur primò, poſſe patriam ſuorum ciuium defenſionem aſſumere, etiam in Iudicio, Galeot. *loc.cit.* Capiblanc. *in pragm.3. de Baron.tom.2.qu.*14, contra Baronem, vel alium opprimentem, Capiblanc. *in pragm.*19. *de Baron. tom.*2. *cap.*100. *nu.*9. Thor. *in compen. dec.par.3.ſeſſ.*5. *verb.Vniuerſitas audiri an debeat*: quia vniuerſitas, & patria eſt loco patris; Bald.*conſ.*282.*nu.*3.*lib.*1. Menoch.*conſ.* 28. *num.*32, etiam ſi ciuis ſit clericus: nam etiam poteſt eius defenſionem aſſumere, quia, vt diximus, etiam eſt veré ciuis, & in puncto firmauit Rota *par.*18. *recent. deciſ.*85.*nu.*7. Quid in cauſa criminali iniuriarum, vel alia vide Thor. *in compen. deciſ.par.*2. *verb. vniuerſitas an poſſit querelare*.

276 Colligitur ſecundò, quod patria debet Ciues præferre exteris, aliàs diceretur Tyramna, Ariſt. *lib.*5. *polytic. cap.*11; & ſic declaraſſe in Senatu Mall. Conſ.contr.Lut.Ann.Setin.refert Liu. *lib.*8. *hiſtor.* latè Arniſ. *lib.*1. *de Republic.cap.*5.*de diuerſ.ciuib.n.*43. & *lib* 2.

277 *de corrupt.Reipublic.cap.*5. Iure igitur meritò omnes nationes publica munia exercenda Ciuibus contulere, exteris

278 excluſis, vt de Athenienſibus, & Lacedemonijs, Plutar. *in Ligur.* Alex. ab Alex.*lib.*4.*dier.genial.cap.*10. de Romanis Tit. Liu. *lib.* 23. *hiſtor.* Alicarnaſ. Diodor. Siculus, & alij; de populis habitantibus inter Egyptum, & Syriam, idem Diodor. *lib.*3.*hiſtor.* de Cartaginenſibus Ian. Ligl. *in otio ſemeſtr.lib.*7. *cap.*10. de Germanis Mynſinger. *lib.*4. *obſer.*30. de Hyſpanis Couarr. *pract. qq.lib.vnic.cap.*35. *nu.*5. Gregor.Lop. *tit.*20.*par.*2. *gloſ.*16. Burg. de Pax *ad l.* 2.*Thau.nu.*83. & ſignanter Aragonenſibus Seſſ.*de inhibition. cap.*1. §.4.*n.*11. Creſp.de Valdaur.*lib.*1.*obſeru.*6.*à n.*5. de Nauarris Michael. Vdeur. *de Regimin.Mund.par.*4.*qu.*2.*nu.*11. de Regnis vtriuſq; Siciliæ Borell.Mut.Cabed.& alij, *apud Solorzan.de Iur.Indiar.tom.*2. *lib.*4.*cap.*4. *num.*48. de Gallis Renat. Coppin.*de deman.Franc.lib.*1.*tit.*12. de Heluetijs Domin. Arum. *ad Bull.aur. diſcur.*19. *tom.*4. de Britannis Pannonijs, Vnnis, ac Lõgombardis, Coppin. *loc.cit.nu.*3. de Moſcouitis, & Cinenſibus, Arniſ. *de Republ c. conſtit.cap.*12. de Oll denſibus Gratt. *in apologet.cap.* 9. & de alijs Belgicis Franc. Zip. *in tract. Iud. Magiſtrat.lib.*1. *cap.*26. de nonnullis ciuitatibus liberis Imperij, quæ, vt Reſpublicæ, reguntur, vt Argentina, Norimberga, Auguſta, &c. Carpzou. *de legib. Regn. German. cap.* 10. *ſect.*2. *nu.*18. & 19. de Republica Veneta Franc. Patrit. *de Inſtitut. Reipublic. lib.*3.*tit.*2. Caſſan.*de catal.glor. Mund.par.*11. *conſid.*22. & de alijs Ciuitatibus Italiæ nouiſſimè diſertiſſimus Regens de Philipp. *diſſert.fiſcal. cap.*29. *nu.*114. & de alijs Barbaris nationibus Alex. ab Alex. *lib.*4. *dier.genial. cap.*10. Et in hoc non ſolùm concurrit ratio naturalis, ſed etiam ciuilis: quia qui onera ſubſtinet, is eſt in honoribus præferendus, ex regula *l. ſecundum naturam,ff.de regul.Iur. l.nemini,Cod.de Conſul.lib.*12. Regens Valenz.*conſ.*73.*à n.*34.*lib.*1.

279 Immo concurrit ratio ſtatus, & polytica, nè ſcilicet arcana Ciuitatis, Imperij, aut Reipublicæ, ab exteris ſcrutentur, argumento *l.mercaturas, Cod.de commerc.& mercat.* habetur ex Sacra Scriptura *Deutheronom. cap.*17. & *in cap.obitum*, *diſtint.*61. *capit. nec emeritis,capit.nullus,ead.diſtint.l.in Eccleſijs,Cod.de Epiſc.& Cleric.* D.Thom. 2.2.*qu.*63.*art.*2.*ad* 4. Reginal. *in prax. for.pœnit. tom.*2. *lib.*30. *tract.*3. *cap.*11. *à nu.*160. Garz.*de benefic. tom.*2.*par.*7. *cap.*8.*nu.*5. Caſſan. *in catal.glor. Mund. conſid.*22. Gaſp.Kloch. *de ærar.lib.*2.*c.* 25. *nu.*49. & in Regno adeſt *pragm.*1. *de offic. prouiſ. ſeu diſtribut. facien. Regnic.& exter.* vbi latè Tap. *lib.*2.*Iur. Regn.tit.de official.in Regn.conſtituen.& Deciſ. Suprem. Senat.*18. Marant.*lib.*2. *contr.cap.*52.

280 Vnde collige, quod ciuis Doctor præfertur doctori forenſi, Roman.*in l. ſi verò,fallent.*14.*ff.ſolut.matrim.* Felin. *in capit.ſicut ſuis,nu.*1.*de Simonia*; etiam ſi Ciuis eſſet minùs idoneus, argumẽto *l.in Eccleſijs, Cod.de Epiſc. & cleric.* Alciat.*de præſumpt. reg.*1. *præſumpt.*37. *num.*

*num.*1. Velanz. *conſ.*34. *num.*72. *lib.*1.
281 Et ciuis nobilis præfertur extero nobiliori, Bar.*in l.*1. *Cod.de Alex.prim.*
282 *lib.*11.Velanz.*vbi ſupra*,& in concurſu Canonicatuum,dignitatum, & beneficiorum, ciuis præfertur Diocęſano,& Diocęſanus extero, Mandoſ. *ad regul.*15.*Cancell. qu.*39.*nu.*2. Rocc.*de Iur.patron.verb.honorificum,q.*8.*nu.*45. Lambert.*eod. tract.art.*4. *qu.*5.*princip. par.*3.*lib.*2. Silu. *de beneſ.par.*3. *qu.*26. Dias *practic.qq.cap.*54. Nauar.*conſ.*63. *lib.*5. de Simon. *de reſtitut. lib.*2.*cap.*2. *nu.*195.Pariſ.*de reſignat.lib.*4.*qu.*7. Vinian. *de Iur.patr.lib.*6.*cap.*11. Garz. *de beneſic.lib.*7.*cap.*9.*à n.*2. Zerol. *in prax. Epiſc. verb.beneſic.* Lar.*de anniuerſar. & capell.lib.*2. *cap.*3. *nu.*19. Epiſc.Marant.*d.lib.*2.*cap.*82.*& lib.*3. *cap.*17.*n.*9. Vgolin.*de offic.Epiſc.cap.*50. §.12.*nu.*5. Genuenſ.*in manual.Paſtor.cap.*38.*nu.*4. Barboſ.*ad Trident.ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*18. *nu.*130.*& lib.*2. *vot.dec.*33.*concluſ.*1.*nu.*2. Velanz.*conſ.*34.*à nu.*70.*lib.*1.*& conſ.*105.*à nu.*86.*lib.*2.
283 Sic etiam Ciuis præfertur extero in diſtributione annonæ tempore penuriæ, Ann. *alleg.*57. *nu.*7.8.*&* 16. Sic etiam in ſubuentionibus, & eleęmoſynis, *l.*2. vbi Bar.*Cod.de annon.ciuil.*
284 *lib.*11.Velanz.*loc.cit.* Sic etiam in legato, relicto pro maritagio orphanorum,Nouar.*qq.forenſ.par.*1. *qu.*161. Sic
285 magiſter grammaticæ, Medicus,aromatarius, & quilibet magiſter in ſua profeſſione, ſi ſit ciuis, in locatione operarum præfertur extero,Nouar. *de grauam. vaſall.lib.*2. *grauam.* 103. Videat,qui plura deſiderat, Pilaia *lib.*1. *dec.Pontific.*10.*à nu.*84.
286 Nec eſt prætermittendum in hac materia,quod, præter ciuilitatem particularem,datur etiam in Iure vniuerſalis, quæ dicitur nationalis, ex qua ſcilicet Mundi parte quis ſit originarius, vt Plut.*in Menel.* Plin. *lib.*12.*cap.*25. Cic. *prim. de orator. & lib.*1. *ad Quint. Fratr.& de prouinc.conſular.* ibi: *Cæſar cum acerrimis nationibus Germanorum,& Heluetiorum feliciſſimè de-*
287 *certauit, &c.* Et quidem ſi in genere generaliſſimo ſumatur Natio, ſpecificatur à quatuor Mundi Regionibus principalibus;vnde, ſi quis naſcatur in Europa, dicitur Europæus; ſi in Aſia, Aſiaticus; ſi in Africa,Africanus;ſi in America, Americus; ſed in genere ſubalterno ſpecificatur à Prouincijs, & Regnis, contentis in his partibus, vt in Europa, ſi naſcatur quis in Hyſpania, dicitur Hyſpanus, ſi in Italia, Italus,ſi in Germania Germanus, &c; vnde illud Pſalm.109.*Iudicabit in Nationibus,implebit ruinas,&c. Capit.quoniam implerîſque*, §.*fin. de offic. Iudic.*
288 *ordinar.*,& diuiſio Nationum euenit poſt diluuium Nohe,cuius filij, ab Archa egreſſi,diuerſas Mundi plagas occuparunt, filios, & filias procrearunt, *Geneſ.cap.*10. ibi:*ab his diuiſæ ſunt Inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſque ſecundùm linguam ſuam, & familias ſuas in Nationibus ſuis, &c.* Et
289 licèt antea Terra fuerit vnius linguę, tamen ob ſuperbiam Nembrot, deſcendentis ex ſemine Cain,& aliorum Gigantum,qui Ciuitatem, & turrim, cuius Culmen Cœlum attingeret, ad eorum gloriam ędificare tentarunt, Dominus linguas eorum diuiſit, *Geneſ.cap.*11.ibi: *Ecce vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus, cæperuntque hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant; venite igitur,deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum,vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui; atque ita diuiſit eos Dominus, ex illo loco in vniuerſas Terras,&c.*De Orbis partibus,& Nationibus, vide Geographicos, ſignanter Tolom. Plin. Strabon.*de ſit.Orb.* & in *Margar.Philoſ.lib.*7. *tract.*2. *cap.*49. Caſſan.*in catal.glor.Mund.par.*12.*conſid.* 16. 17. *&* 56. Ioann. Boter. *in ſuis relation.* Atlantem iuniorem,& ſeniorem.
290 Ex hoc cæperunt Regnorum, & Prouinciarum diuiſiones, bella, & ſeruitutes, vt noſtri *in l.ex hoc Iure,& in l.omnes populi,ff.de Iuſtit.& Iur.*& Reſpublica Romana, Regna,aliaſque ditiones,quæ ſubiugabat, in Prouincias redigebat,*l.Prouinciales*, *ff.de verb.ſignif.*de Gallia,& Sicilia habetur apud Vlpian.

Vlpian. *in l. notionem, ff. de verb. ſignif.* de Germania apud Marcell. *in l. ſi eadem, ff. de offic. aſſeſſor.* & de alijs *in l. 1. & in l. in Luſitania, ff. de cenſib. & in tot. tit. ff. de offic. Proconſul. & ff. de offic.*

291 *Præſidis*: Romani nanq; in tribus Mūdi Partibus, tunc cognitis, bella geſſerunt, & Regna occuparunt, ſcilicet in Aſia Colchidem, Iberiam, Pontum, Boſphorum, Cappadociam, Galatiam, Bythiniam, Armeniam, Syriam, Arabiam, Paleſtinam, Cyliciam, Pamphiliam, Liciam, & totam Aſiam minorē: in Africa Egyptum, Cyrenaicam, Marmaricam, Numidiam, Mauritaniā, aliaſque Regiones: in Europa Italiam, Hyſpanias, Gallias, Græciam, Noricum, Illiryam, Macedoniam, Epyrum, Thraciam, Mœſiam, Germaniam, Daciam, & Pannoniam; & in hijs regionibus magnam partem Inſularum, relictis alijs regionibus, vti inutilibus, Lipſ. *de ammirand. Romanor. lib. 1. tit. de Magnitud. Rom. & de finib.*

292 Ad moderandas dictas prouincias Senatus Romanus Præſides eligebat, vt *in dictis titulis*, & Alciat. *in d. l. notionem*, & Prouinciæ aliæ dicebantur Cōſulares, aliæ Proconſulares, aliç Prætoriæ, vt Bud. *in l. ſi aliquem, ff. de offic. Proconſul.* & Prouincia dicta eſt à procul viuendo, iure belli acquiſita, Luc. de Penn. *in l. 3. Cod. de bon. vacantib. lib. 10.* Velanz. *conſ. 200. nu. 9. lib. 2.*

293 Auguſtus tamen inuaſo Imperio, deſtructa Reipublicæ forma, aliquas prouincias, quæ ab annalibus Magiſtratibus non facilè regi, aut nō tutè, poſsēt, ſibi prouidēdas reſeruauit, cæteras Senatui remiſit, Sueton. *in Ottauian. c. 47.* & quæ prouiſioni Senatus, Conſulares, quæ Imperatoris, Proconſulares dicebantur, vt Pompon. Læt. *de Magiſtrat. Roman. cap. 23.* vel, vt rectiùs alij ſentiunt, prouiſi ab Imperatore, dicebantur Præſides, à Senatu, Proconſules, vt ex noſtris Vueſſemb. *ad tit. ff. de offic. Proconſul. & Legat.* Cuiac. *lib. 2. obſeru.*

294 27. & primi ad libitum Principis, ſecundi annales erant, Cuiac. *in l. 3. Cod. de Iure fiſc.* Roſin. *lib. 10. antiquit. cap. 16.* Ioann. Guendel. *de Magiſtrat. Roman. cap. 23.*

295 Collapſo tamen Imperio Romano (vt ſunt Res mortalium) omnes Prouinciæ, libertatem adeptæ, in ſuam cauſam redierunt, ſcilicet Regni, Principatus, & Reipublicæ, vt diximus *ſupra de origine Numerationis*, ex Regente Moles, Couarruuias, & alijs.

296 Durat tamen ad præſens nomen Prouinciæ ad inſtar Romanorum, in Rege, qui in pluribus dominatur Regnis, vt eſt noſter Inuictiſſimus Monarcha Auſtriacus, cuius Regna, reſpectu Monarchiæ, appellantur Prouinciæ, & in ſingulis mittuntur Præſides, vt in noſtro Regno Neapolis, in Regno Siciliç, Aragoniæ, &c. vt docent Andr. *in conſtit. conſuetudinem*, de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. 1. §. 3. nu. 16.* Gizz. *dec. 43. num. 18.* vbi de Angel. *nu. 18.*

267 Et licèt in Regno noſtro adſint duodecim Prouinciæ, hoc fuit introductum pro faciliori cultu Iuſtitiæ, & exactione iurium fiſcalium; non tamen dicuntur propriè Prouinciæ: quia in his mittuntur Preſides ſubalterni ab Excellentiſſimo Prorege, Præſide principali, cui omnes ſubijciuntur, Frecc. *de ſubfeud. lib. 1. tit. de Prou. & Ciuit. Regn.* Gizz. & de Pont. *loc. cit.* & in Regno Franciæ docet Guid. Pap. *de inuentar. tit. de form. inuentar. nu. 11.*

298 At de Iure canonico illa dicitur Prouincia, quæ habet Metropolitanū, & ſub ſe plures Ciuitates, & Epiſcopos ſubiectos, *capit. ſcitote, 6. qu. 3.* Alber. *in dictionar. verb. Prouincia*, Luc. de Penn. *in l. per ſingulas, Cod. de diſcuſſor. lib. 10.*

299 Notandum tamen eſt, quod, ſi Princeps poſſideat diuerſa Regna, quæ nō ſint acceſſoriè vnita, vnunquodque ſuis legibus regi debet ab eodē Principe, Bellug. *in ſpecul. Princip. rubric. 11. nu. 2.* quia habentur vti ſubdita diuerſis Regibus, Bar. *in l. ſi conuenerit, §. ſi nuda, à nu. 1. ff. de pignorat. action.* Roland. *de lucr. dot. qu. 85. à nu. 2.* Guttier. *practic. qq. lib. 3. qu. 17. 18. à n. 215.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 7. à nu. 26. & 119.* Menoch. *conſ. 165. à nu. 17. lib. 2.* Rouit. *conſ. 102. num. 16. lib. 2.* de Pont. *dec. 23. nu. 14.* & in noſtris Regnis Car-

leual. *de Iudic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. qu. 7.*
ſeſſ. 2. nu. 829. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.*
5. cap. 66. nu. 99. Perreyr. *dec. 2. nu. 2.* Ve-
lanz. *conſ. 201. nu. 27. lib.* 2. Salon. *de pax.*
ad ll. Thaur. 6. de elect. gloſ. 124. nu. 151.
Salorzan. *de Indiar. Iur. tom. 2. lib. 3. cap.*
19. nu. 48. Rota *par. 15. recent. deciſ. 65.*
Eminen. de Luca *de benefic. diſcur. 29.*
num. 14.
300 Hinc collige primò, naturalem Re-
gni Nauarræ, aut Caſtellæ, nil com-
munc habere cum alterius Regni na-
turalibus, nempe Valentiæ, Aragoniæ,
vtriuſque Siciliæ; nec vnũ potiri alte-
rius priuilegijs, niſi exprimantur Car-
301 leual. *loc. cit. nu. 97.* vnde indultus, &
gratia, conceſſa à Sanctæ mem. Grego-
rio XV. Sereniſſimo Hyſpaniarum Re-
gi, vt Canonicatus, & Parocchię, quo-
cunque menſe vacantes per obitum,
præuio concurſu in Regnis Hyſpania-
rum conferantur ad Regiam præſen-
tationem, non comprehendit Comita-
tum Barcinonę, nec Principatum Ca-
thaloniæ: quia non ſunt Regna, nec
habent communia priuilegia, vt firma-
uit Rota *par. 9. recent. tom. 1. dec. 316. &*
ap. Eminen. Celſ. dec. 7. licèt contrarium
teneat Eminen. de Luca *loc. cit.* & vi-
detur probabile per rationes addu-
302 ctas; Secus eſt de Inſulis Baleatibus
vulgò Maioricæ, & Minoricæ: quia illæ
ſunt Regnis Hyſpaniarum adiacentes,
& Geographi in ipſis collocant, vt
Vulter. *in geograph. lib. 2. tit. de Hyſpan.*
Tolom. *lib. 2. cap. 6.* Ortell. *in geograph.*
veter. & noua, ad tabul. Hyſpan. Philip.
Culuſer. *in introduct. ad geograph. lib. 2.*
cap. 5. tit. de incol. Hyſpan. & cap. 7. tit. de
incolat. ad Hyſpan. vt in puncto firma-
uit Rota *in Maioricen Canonicat. Pœ-*
nitent. 16. Iunij 1664. coram Emerix
par. 14. recent. dec. 212. à num. 1. probat
Eminen. de Luca *de benef. diſcurſ. 28.*
& de Regno Luſitaniæ Barboſ. *de offic.*
Paroch. cap. 10. nu. 15.
303 Collige ſecundo, ex ratione allata,
fuiſſe à Regibus Hyſpaniarum erecta
diſtincta Suprema Conſilia in Areopa-
go Hyſpaniæ, pro iudicandis cauſis
Regnorum, quorum vnum eſt pro Re-
gnis Aragoniæ, Valentiæ, Principatus
Cataloniæ, Comitatus Roſcillionis, &
Ceritaniæ, Inſularum Sardiniæ Maio-
ricarum, & Minoricarum: aliud quod
dicitur Italiæ pro Regnis vtriuſque
Siciliæ, Ducatu Mediolani, Præſi-
dijs, & Oppidis Thuſciæ, cum Inſu-
lis adiacentibus: aliud eſt Indiarum,
Velanz. *conſ. 94. lib. 1.* Marc. Ant. Surg.
de Neap. illuſtrat. lib. 1. cap. 27. & Conſi-
304 liarij electi in vno quoque Conſilio
aſſiſtunt Regi in Villa Madrid, & di-
cuntur Collaterales Suæ Maieſtatis,
& reputantur vnum, et idem cum Re-
gis perſona, *l. quiſquis, Cod. ad leg. Iul.*
maieſtat. l. 1. Cod. de propoſit. lib. 12.
Ioan. Montan. *de authorit. M. C. num.*
129. Cephal. *conſ. 4. nu. 28. lib. 1.* Simanc.
de Republic. lib. 7. cap. 6. nu. 2. de Pont.
conſ. 90. nu. 19. tom. 1. & de poteſt. Proreg.
tit. 12. n. 20. Solorzan. *de gubern. Indiar.*
305 *lib. 2. cap. 3. nu. 5.* & dicuntur inhære-
re Principi, ſicuti Stellæ firmamento,
Bal. *in l. cùm multa, Cod. de bon. quæ li-*
ber. cap. ſuper ſpeculo, de magiſtr. & Prin-
cipem repręſentant, Crauett. *conſ. 198.*
306 *nu. 7. & conſ. 144. nu. 20.* & vnà cum
Principe vnum corpus conſtituunt,
cuius ipſe dicitur caput, *l. ius Senato-*
rum, Cod. de dignitat. lib. 12. Velanz.
307 *conſ. 94. lib. 1.* & in Supremo Italiæ
Conſilio aſſiſtunt Regentes Nationa-
les, quorum vnus eſt pro Regno Na-
politano, qui eſt Regens Collateralis
Conſilij, ex gratia, conceſſa in anno
1536. *in parlament. 24.* & in anno 1554.
& dictum Supremum Conſilium eſt
vnum, & idem cum Conſilio Collate-
308 rali Neapolitano: & Regens, electus
in Supremo Conſilio, gaudet omnibus
prærogatiuis, & emolumentis, conceſ-
ſis Regentibus, Neapoli aſſiſtenti-
bus, Marc. Ant. Surg. *de Neap. illuſtrat.*
cap. 17. & 27. Capyc. Latr. *conſul. 43. nu.*
36. lib. 1. Velanz. *loc. cit. nu. 41.* Tap. *lib. 1.*
de Iur. Regn. tit. 32. num. 4. & Deciſ. Su-
prem. Senat. 21. nu. 13. Reuert. *deciſ. 444.*
309 licèt Regentes Supremi Conſilij ſint
digniores: primò, quia poſſunt corrige-
re ea, quæ tractantur in Collaterali
Conſilio miſſis votis: ſecundò, quia
immediatè aſſiſtunt Principi, argumẽ-
to *l. 1. Cod. de præpoſ. lib. 12.* Capyc. Latr.

*vbi ſup.nu.*12.Ioan.de Moutyngn. *de author.M.C.nu.*4.Velanz. *loc.cit.nu.*37.
Conſil.Petra *Rit.M.C.*1.*nu.*10.Vnum
310 quodque Conſilium tractat de cau-
ſis,pertinentibus ad illa Regna,ad quę
fuit inſtiturum ; & licèt in Regno no-
ſtro,& Siciliæ non poſſiut auocari cau-
ſæ extra,ex gratijs ſpecialibus, de qui-
bus Regen. Tap. *dec.*1. *Suprem. Senat.*
312 *Italiæ*;tamen concurrente cauſa pu-
plicæ vtilitatis,& gubernij, aut ſi aga-
tur de controuerſia magiſtratus, po-
teſt Princeps cauſam ad ſe auocare,
non obſtantibus gratijs: cùm ipſe ſit
abſolutus Dominus temporalium Iu-
riſditionum, origo, & fons perennis,
Hyppolit. Riminal. *in l.Imperiano, nu.*
245. *ff.de Iuriſdict. omn. Iudic.* Alex.
*conſ.*24.*nu.*1. *lib.*5. Auend. *de exequut. mandat.par.*1.*cap.*1.*nu.*1. Couar. *lib.*1.
*practic.cap.*1.*nu.*9.*& cap.*9.*nu.*1.Velanz.
*vbi ſup. à nu.*5 .& pluribus probat exē-
plis Regens Tap. *loc.cit.nu.*34.*& deciſ.*
4.de Pont.*dec.*33.*nu.*22.
313 Collige tertiò, naturalem huius
Regni, ſi transferat domicilium ad
aliud,non ſubiectum Regi,eſſe vtrique
Regi ſubiectum, primo ratione origi-
gis, ſecundo incolatus: quia non im-
plicat, quem eſſe in duobus locis pro-
uincialem, vt diximus de Ciue;vnde,
ſi ſuo Regi naturali non ſeruet fideli-
tatem, etiam extra Regnum,commit-
tit crimen læſæ Maieſtatis, Boſſ. *de crim.læſ.Maieſt.à nu.*45.Iul.Clar.*lib.*5.
*ſentent.§.læſæ Maieſtatis crimen, n.*16.
Decian.*tract.criminal.lib.*7.*cap.*8.*nu.*6.
Farin.*in prax.crim.qu.*112.*inſpect.*8.*nu.*
258.Carleual.*in d.diſput.qu.*2.*nu.*130.
licèt,vt diximus *ſupra*, non dicatur in
domicilij Regno contraxiſſe ciuilita-
tem.
314 Sed an Fiſcus Principis,cuius Maie-
ſtas læſa eſt, poſſit confiſcare bona de-
linquentis, quæ poſſidet in alieno
Principatu, vel potiùs ſpectent ad
Principem territorij rei ſitæ? contro-
uerſia eſt inter DD.ſed tamen videtur
verior, & communior opinio, quod
ſpectent ad Principem rei ſitæ, quam
tenent Bald. *in l. ex facto, ff.de hered. inſtituend. l.*1. *Cod.de Trinit. & fid.Ca-
thol.*Buir.*in capit.poſtulaſti,nu.*9. *de for. competent.* Imol. *in clement.paſtoralis, n.*52. *&* 72.*de re iudicata*,Cōſtant.*in l.*
1.*nu.*161.*Cod pœn.fiſcal.credit.præfer.lib.*
10.Barbat.*conſ.*70.*n.*38.*volum.*4. Imol.
*conſ.*35.*nu.*23. Alex.*conſ.*31. *nu.*1.*lib.*1.
Plor.*inter conſil.criminal. diuerſor.conſ.*
130.*nu.*15.Bertazol. *conſ. crim.*82. *nu.*5.
*lib.*1.Ripoll.de Regal.*cap.*9.*nu.*20. Boſſ.
*de publicat.bonor. nu.*62. Rouit.*in prag.*
1.*num.*11. *de bon. prodit.* Farin. *in prax. crim. qu.*25. *nu.*100. Regens de Marin.
*lib.*1. *quotid. cap.*35. Capyc.Latr. *conſ.*
131.*n.*31.Spad.*conſ.*27.*&* 28. *lib.*1.Ant.
Fab.*in Cod.lib.*9.*tit.*27.*definit.*1.Cardin.
de Luca *in teatr.verit.tom.*1. *de regal. diſcur.*148. *&* 149. & fuit practicatum
Romæ à Camera Apoſtolica in cauſa
Franciſci Frangipani, condemnati vl-
timo ſupplicio à Camera Imperiali
ob crimen læſæ Maieſtatis in perſonā
Imperatoris, reſpectu bonorum, quæ
poſſidebat in Vrbe, ex voto, impreſſo
*par.*14.*recent.Rot.dec.*563.
315 Nec omittendum duximus,Regni-
colam in noſtro Regno eſſe prouiden-
dum de maioribus officijs Regni vſ-
que ad certum numerum, reliquis ad
beneplacitum Suæ Maieſtatis relictis;
ex pragm. vnic. de offic. prouiſ. faciend.
316 *Regnicol.*& dicitur Regnicola,eo mo-
do,quoquis efficitur Ciuis, aut ſi feu-
dnm poſſideat cum habitatione: cuius
Pragmaticæ diſpoſitio eſt fundata in
gratijs, Regno conceſſis, *vt in volum. gratiar. cap.*4.*fol.*27. *cap.*6.*fol.*33. *c.*25.
& 26.*fol.*58. Rouit.*in d.pragm.*Surg.*de Neap.illuſtrat.cap.*17. Maſtrill. *de ma-
giſtrat. lib.*2. *cap.*7. Regens Tap. *lib.*2.
Iur.Regn.tit.de offic.in Regn. conſtituēd.
Conſil.Rocc.*de offic. rub.*2. *tit. de offic. & benefic.Eccleſiaſticis*,vbi plures tāgit
317 quæſti ones; & etiam habet locum in
beneficijs Eccleſiaſticis, Epiſcopati-
bus,& Archiepiſcopatibus,ad Regiam
pręſentationem, ſed alternatim, Re-
gens Tap.*dec.*15. *&* 18. *Suprem. Senat.*
Rocc.*loc.cit.nu.*65. Marant.*lib.*2. *contr.*
318 *cap.*52. Sed hoc non habet locum in
officio Prothomedici, quod ex gratia
34.*fol.*156. ſolúm conceditur natura-
libus Regnicolis, & non alienigenis,

licèt in Regno incolatum acquiſierint: quia gratia loquitur per verba naturalia, & non ciuilia, & non comprehendit alios, qui alio modo ciuilitatem adepti ſunt, vt diximus *ſupra*, & probat Regens Tap. *dec.Suprem.Se-*
319 *nat.*14. licèt reſpectu repreſaliæ, legitimè à Rege, ſeu eius Vicario, ordinatæ, contra Ciues alicuius Principis, vel Reipublicæ, non comprehendantur originarij dicti Principis, qui in hoc Regno, aliquo ex dictis modis ciuilitatem ſunt adepti, Mauſon. *de cauſ.exequut.ampliat.*33. Arias de Meſ. *lib.*2. *variar. cap.*23. Dexart. *deciſ.Sardin.*85. Bart. *in tract. de repreſ.*2.*qu.*7. Thuſc. *pract.conclus.tom.*6.*concluſ.*194.
320 *num.*209. & Barones nequeunt eligere officiales pro adminiſtranda Iuſtitia Regni exteros, non poſſidentes bona ſtabilia in Regno, *cap.Regn. vt nil,& Pragm.vnic.decl.& perſon.* Thor. *in compend. deciſ.verb. officiales exteri,* Nouar. *de grauam.vaſall. lib.*1.*grauam.* 303. Reuer. de Luca *ad Franc.dec.*479. vbi latè *nu.*6. *&* 9. explicat quis dicatur regnicola.

Et hæc dicta ſufficiant pro ornatu huius materiæ, alia videnda ſunt apud DD.citatos.

§. III.

321 Aggrediendo materiam noſtrã focularis abſentis, aggregati per ſpolium, aut diligentias, ex quo non fuit repertum in oſtiaria à Numeratore deputato, certa eſt concluſio, quod,ſi vniuerſitas,& pro ea Deputati opponerent exceptionem abſentiæ in aliqua Terra,ſeu Ciuitate, cuius Numeratio etiam commiſſa eſt eidem Numeratori, & ſic de eius Prouincia, ſeu Repartimento,vel de alterius Repartimento,& alteri commiſſa (ſolent nanque plures Numeratores deputari per Prouincias, & per loca repartiri ad numerandum ob Regni magnitudinem) tunc ipſe Numerator aſſignare debet vniuerſitati congruum terminum, vt poſſit fides, aliaque documenta adducere,ex illo loco,in quo degit foculare,ad finem probandi habitationem, domicilium, acceptationem dicti focularis ab vniuerſitate habitationis, vt in diſcuſſione poſſit haberi de eo ratio, & aggregari in dicto loco,vbi habitat, & deduci à loco, in quo non fuit repertum in oſtiaria, colligitur ex nouiſſimis Inſtructionibus Regiæ Cameræ *in hac rub. cap.*9. *in principio*.

322 Sed an hæc vniuerſitas poſſit inſtare Numeratori, vt cogat Syndicos,& Electos vniuerſitatis loci habitationis, etiam indicta mulcta, ad faciendum fidem habitationis illius focularis, aliaſque declarationes veritatis, prout res expoſtulabit, ad finem vt poſſit deduci?

Et videtur negatiuè reſpondendum: quia, cùm agatur de lite inter duas vniuerſitates, quæ contendunt pro deductione focularis, nemo cogitur contra propriam patriam teſtificari,nec ſumi debent arma de domo rei, *l.qui accuſare,Cod.de edendo*.

Sed in contrarium eſt veritas: quia Princeps, & eius delegatus,qualis eſt Regius Numerator, qui ideo dicitur Peræquator, ne vniuerſitates ſubiectæ grauentur,debet inquirere veritatem, vt vnus quiſque, quod ſuum eſt, habeat,ob publicum bonũ: vnde Textus allegatus non habet locum fauore Fiſci, & quando concurrit publica vtilitas, vt Interpretes ad illum Textũ, et
323 nos aliàs diximus. Sed,ſi,vt dictum eſt,foculare abſens, degat in loco alterius Prouinciæ, ſeu Repartimenti, tunc Numerator debet certiorare Numeratorem illius loci, ad finem vt poſſit deſcribere, ſeu aggregare hoc foculare in libro ſuæ Numerationis.
324 At,quia multoties à Deputatis allegatur abſentia, & habitatio in Ciuitate Neapolitana, vel in alijs huius Regni, exemptis ex priuilegio à functionibus fiſcalibus, de quibus latè Grammat. *conſ. ciuil.* 16. Regens Mol. *deciſ. Regiæ Cameræ tit. de immunit. funct.fiſcal.qu.*1. Taſſ.*in pragm.de antefat.verſ.*13.*obſeru.*3. Maxill. *in conſuetud. Barenſ. tit. de ceſſ. bonor.* §. *licèt,* Thor.

Thor. *lib.1. vot.54.* & de his, vt de Manfredonia, Brundusio, & alijs, ſunt Arreſta Regiæ Cameræ apud de Marin. 183. 224. *&* 450. tunc pro abſentibus in Ciuitate Neapolitana debet Numerator certiorare Regiam Cameram cum diſtincta nota focularis, diſtinctione perſonarum, earum profeſſionis, & quarterij, vbi habitant, vt poſſit haberi notitia, tàm in beneficiũ
325 Vniuerſitatis, quàm Regij Fiſci; & ſi habitent in dictis alijs Terris, & adſit ſuſpicio fraudis diſceſſus ad euitandum ſolutionem fiſcalium, benè debet examinare, ſi per decennium cum translatione familiæ in loco immuni habitauerit, & domicilium contraxerit, vel è contrà non habuerit firmam habitationem, & ſit ſolitus ire, & redire, & ſic cuncta debet rimari, ad cognoſcendum veritatem, ſi fraudulenta ſit eius abſentia, vel non, & ſingulas circunſtantias annotare in margine focularis deſcripti: ſi enim adeſt habitatio decennalis, & fraus abſit, nil obſtat, cur non debeat deduci: vnicuique
326 enim, vt diximus, licitum eſt proprium naturale domicilium deſerere, & in alio loco acquirere, *l.nihil, ff. ad municip. l.in bello, §.manumittendo, ff. de capt. &c.* Gannauer. *dec.46.* niſi ſit vaſſallus angarius, & perangarius, Andr. & Afflict. *in conſtitut. quiſquis, & in cap.1. tit. quæ ſint regal. verſ. angariæ,* idem Afflict. *dec.265.* Regens Moles *tit. de exaction. fiſcal. §.3. qu.8. nu.10.* Hæc omnia colliguntur ex Inſtrumentibus *loco citato*.
327 Si aliquis fuerit abſens à Regno, & à Numeratore, ex alio ſpolio, aggregatus, & diſceſſerit à patria in fraudem, & aliquo quæſito colore, debet decerni, quod ſit foculare; ſed, ſi diſceſſerit extra Regnum ſine fraude, nec poſſideat bona in Ciuitate, aut in Regno, nec vbi eſt aggregatus, habeat familiam, eſt deducendus, ex determinatione Regiæ Cameræ *in Inſtructionibus d. cap.9. nu.1:* Ratio eſt, quia hoc caſu Vniuerſitas eſſet in damno, quia non poſſet exigere fiſcalia, nec ab hoc foculare releuari, præcipuè, ſi per longum tempus abfuerit, ex quo non ha-
328 beat animum reuertendi. Sed dubiũ eſt, ſi poſſideat bona in Ciuitate, aut in Regno, cuius redditus eſſe debeant, vt ſit foculare? Reſpondetur, quod bona debent aſcendere redditum vnciæ, ad inſtar viduæ, pupilli, & ſexagenarij, vt decreuit Regia Camera 3. Feb. 1663. ad petitionem Regij Numeratoris D. Franciſci Mariæ Petagna per hæc verba: *qui ſine fraude ſe abſentauit à Regno, non relicta familia, ſed tantùm bona redditus vltra vnciam, eſt foculare; ſecus, ſi bona non aſcendant redditum vnciæ, &c. vt in lib. Notament. Regiæ Cameræ*.
329 Quid ſi reliquerit vxorem, & filios minores 14. annorum, ſed nihil poſſideat, & per longiſſimum temporis ſpatium abfuerit extra Regnum, nec habuerit animum reuertendi? Reſpondetur, quod ex cauſa longæ abſentiæ debet deduci: ratio eſt, quia non poteſt eſſe foculare, ratione familiæ, degentis in loco, in quo ſolùm adſunt vxor, & minores, ſine bonis; nec ex propria perſona, ex quo ſine fraude eſt abſens; vnde militat eadem ratio primi caſus Inſtructionum, & colligitur ex determinatione Regiæ Cameræ 9. Auguſti 1663. ad petitionem Reg. Numeratoris Aloyſij de Vicarijs, in cauſa Vniuerſitatis Rauelli, in qua fuit numerata vxor abſentis extra Regnũ per ſpatium annorum vigenti, prout fuit enunciatum in antecedenti Numeratione, & nihil poſſidebat, & fuit dictum quod *deducatur*.
330 Sed quid, ſi fuerit abſens à Regno per longum tempus, & poſſideat bona pro communi cum fratribus, vel habuerit patrem, qui ſunt foculare in Regno? Reſpondetur, quod eſt deducendus: ratio eſt, quia data abſentia, ſine fraude, licèt hic poſſideat pro communi bona, tamen Regius Fiſcus habet ſuum foculare conſeruatum per fratres, aut patrem, cum quibus abſens ante abſentiam vnitè habitabat: non enim debet eſſe melioris conditionis Regius Fiſcus in abſentia, quã tempore præſentiæ, & ſic determinauit

Re-

Regia Camera in anno 1674. in gradu reclamationis in cauſa vniuerſitatis Neritoni meæ patriæ, me patrocinante in diſcuſſione grauaminis focularis Magnifici Baronis Marci Antonij de Sancto Blaſio, abſentis in Vrbe, ſpatio 40. annorum à prædicta ſua patria, aggregari ex ſpolio Cataſti anni 1659. qui reliquit Magnificum Rogerium, & Carolum de Sancto Blaſio, fratres, cum quibus ante diſceſſum habitabat, & poſſidebat in communi; & ex quo dicti fratres fuerunt numerati in oſtiaria in Ciuitate Litij, & acceptari pro foculare, immo allecti in Ciues cum quodam Barone Scipione eorum fratre, fuit dictum, quod Marcus Antonius de Sancto Blaſio *deducatur*, vt videre eſt apud acta, nunc exiſtentia apud Magnificum Rationalem Antonium de Fatio.

331 Abſentia enim per annos 40. tollit omnem animum reuertendi ad patriã, & confirmat domicilium in loco, vbi degit, vt diximus *ſupra*, & docent Pariſ. *conſ.* 12. *nu.* 16. & 20. *lib.* 3. Fagnan. *in cap. ſignificauit, n.* 53. *de Parochis*, Velanz. *conſ.* 37. *nu.* 19. *lib.* 1. Rota *par.* 5. *recent. dec.* 135. *num.* 10. & *par.* 8. *dec.* 172. *num.* 10.

332 Ex eadem ratione longæuæ habitationis fuit deductus à Terra Aielli, quidam Doctor, aggregatus ex ſpolio Numerationis anni 1658. notatus poſſidere ducatos 500. qui per annos 40. moratus fuerat in Ciuitate Theatina, munus aduocationis exercendo, ex fide dictæ Ciuitatis, quæ licèt in eadem teſtara fuiſſet, ipſum ſemper tractaſſe pro extero, tamen Regia Camera reſpondit Magnifico Aloyſio de Vicarijs Numeratori, quod *deducatur à terra Aielli*, & *aggregetur in dicta Ciuitate*, imponendo dicto Numeratori certiorationem Regio Numeratori dictæ Ciuitatis, *vt ex Decreto 9. Auguſti 1663. in libro Notamentorum*: ſic in alio doctore, aggregato in Terra Fontecchiæ ex eodem ſpolio, & abſente in Ciuitate Aquilæ, in qua munus procuratoris Fiſci Regiæ Audientiæ exercebat, *ex Decreto eiuſdem anni in eodem libro Notamentorum*.

333 Abſens originarius habitans in Ciuitate Neapolitana, aliquod munus exercendo, etiam procuratoris, aut aduocati, ſi in loco originis habeat vxorem, & familiam, ibi debet eſſe foculare, non obſtante habitatione in dicta Ciuitate: quia non poteſt dici domicilium contraxiſſe, nec etiam per decẽnalem habitationem, vt diximus *ſupra*. Concluſio deſumitur ex Inſtructionibus *loco citato, nu.* 2. & ex Decreto Regiæ Cameræ *apud de Marin. arreſt.* 404. vbi etiam fuit determinatum, quod eſto hic talis abſens non ſit numeratus, & tamen in ſua patria adſit familia, poterit vrgeri ad ſolutionem onerum fiſcalium, eò fortiùs, ſi ſit numeratus in patria, *ex arreſt.* 603. latè Thor. *in compend. dec. par.* 1. *verb. focularia*.

334 Sed in loco originis, vel in alio, vbi in antecedenti Numeratione fuit foculare, ſi non reliquerit familiam, & habitauerit per decennium in dicta Ciuitate, & fuerit ex alio ſpolio aggregatus in Numeratione ſuæ patriç, & Vniuerſitas deduxerit grauamen abſentiæ, non ſufficit pro illius iuſtificatione fides quarterij, ſeu ottinæ, de habitatione perſonç, ſed etiam requiritur, vt Regius Numerator mittat notam perſonæ numeratç ad Regiam Cameram, & mandet vniuerſitari, vt conſtituat procuratorem in dicto Tribunali pro diſcuſſione, & verificatione perſonæ, & eius habitationis, vt diximus *ſupra in principio*; diſcuſſio verò, & verificatio fit ſummariè abſque citatione, & requiſitoria, ſed per viam extraordinariæ cognitionis, ad ſciendum veritatem, tam ad beneficium Regij Fiſci, quàm vniuerſitatis, vt Regia Camera reſpondit Magnificis D. Gulielmo Recco, Rutilio Cauallo, & Duardo Dias, Regijs Numeratoribus *in Decreto lato ad relationem quondam Præſidentis Aſtuti* 4. *Septembris* 1663. *vt in libro Notamentorum*.

335 Sed dubium eſt, an, ſi quis in vltima Numeratione aggregatur ex ſpolio antecedentis, verbi gratia 1658. reſpe-

ſpectu vltimæ anni 1661. & in antecedenti ſit deſcriptus abſque vlla proteſtatione vniuerſitatis, ſcilicet vel abſentiæ, vel ætatis, &c. non obſtante eius confeſſione in antecedenti, contra quam prætendit contrarium probare, & allegare in prima fuiſſe numeratũ caſualiter, vel aliquid ſimile? Reſpondetur, hunc caſum eueniſſe in anno 1665. in Ciuitate Salerni, quæ numerabatur per Magnificum Ioſephum Mercurio, qui ex ſpolio Numerationis anni 1658. aggregauit plures, qui abſque vlla qualitate erant in ipſa deſcripti, & in vltima vniuerſitas allegauit grauamen decennalis abſentiæ in Ciuitate Neapoli, & Regia Camera reſpondit dicto Numeratori die 15. Aprilis dicti anni, quod, *ſtante confeſſione dictæ vniuerſitatis in antecedenti Numeratione abſque vlla qualitate, & declaratione, remaneant pro focularibus*, nec admiſit vniuerſitatem ad probandum contrarium.

336 Sed mihi videtur (ſalua reuerentia tanti Tribunalis) quod, ſi per legitima documenta, ſecluſa omni fraude, vniuerſitas probauerit contrarium, nullo pacto poſſit denegari deductio eius fauore, ex claro Iuris principio, quod quis poſſit impugnare propriam confeſſionem, vti erroneam, maximè ſi ſit perſona priuilegiata, ſaltem per viã reſtitutionis in integrum, & à fortiori, vniuerſitas, quæ aliquando in hac cauſa dirigitur à Deputatis malè infor-

337 matis; & ſi hoc cõceditur maiori per viã reſtitutionis in integrum, ex clauſula *ſi qua iuſta cauſa* contra ſententiam, & rem iudicatam, fundatam in confeſſione erronea, conſtito de errore, Gloſ. *in l. 2. ff. de confeſ.* quam ſequuntur Bar. Angel. Caſtrenſ. Fulgoſ. & alij, *in l. error, Cod. de Iur. & fact. ignor.* Franc. Marc. *dec.* 516. *nu.* 6. Sforza Odd. *de reſtit. in integr. par.* 1. *qu.* 8. *art.* 7. *nu.* 19. à fortiori debet concedi minori, & vniuerſitati, læſis ob errorem Adminiſtratorum, Sforz. *par.* 2. *qu.* 65. *art.* 6. & 7.

Nec valet replicatio, ex dicta confeſſione eſſe ius quæſitum Regio Fiſco ex Numeratione, effectum ſortita, quæ habetur, vti ſententia tranſacta in rem

338 iudicatam: Quia reſpondetur, quod aduerſus rem iudicatam, etiam contra Fiſcum, competit reſtitutio, *tot. tit. Cod.*

339 *ſi aduerſ. fiſc. reſtit. poſtul.* & tẽpus ad petendam reſtitutionem, currit non à die læſionis, ſed à die ſcientiæ læſionis, ſecundùm veriorem ſententiam, Marcian. *conſ.* 45. *nu.* 10. *lib.* 1. Regens de

340 Marin. *lib.* 1. *quotid. cap.* 299. præcipuè, ſi res iudicata proceſſit ex falſis probationibus, aut confeſſione erronea, & de ijs ante ſententiam non fuit cognitum, *l.* 1. 2. *Cod. ſi ex falſ. inſtrum. l. Diuus, ff. de re iudic.* Odd. *in dict. tract. qu.* 77. *art.* 1. *nu.* 1. & *art.* 5. Thor. *in compend. dec. par.* 1. *verb. reſtitutio in integrum an ſit concedenda*, Mut. *deciſ.* 58. Giurb. *dec.* 20. Conſil. Petra *rit. M. C.* 262. *à nu.* 14. Vnde in contingentia eſt cogitandum.

341 Exteri à Regno ſi contraxerint domicilium in Ciuitate Brunduſij, vel alijs locis, immunibus à fiſcalibus, ſi numerẽtur in dictis locis oſtiatim, ſunt focularia, *ex cap.* 9. *Inſtructionum, & ex decret. Regiæ Cameræ* 1586. *ap. Regent. de Marin. arreſt.* 450: Ratio eſt, quia hęc immunitas ſolùm conceditur ciui allecto Regnicolæ, & non extero.

342 Sed difficultas eſt in materia abſentis, an, ſi quis fuerit aggregatus in loco originis ex ſpolio libri Numerationis, baptiſmi, vel aliorum, in alio loco ex ſpolio Cataſti, in alio ex ſpolio Prothocolli, vel alijs diligentijs, & ignoretur vbi reperiatur, & vna quęque Terra prætendit, eſſe deducendum, vti abſentem, in qua dictarum Terrarum

343 debeat remanere pro foculari? Reſpondetur pro ſolutione dubij, quod mihi videtur primò, quod ſi vna quęq; Vniuerſitas ſit deſtituta probatione, ſit recurrendum ad Regiam Cameram per viam reclamationis, & factis diligentijs in libris Numerationis totius Regni, ſi reperiatur numeratus oſtiatim in aliquo loco, ibi debet remanere, ſi verò nullibi reperiatur, eſt deducendus ab omnibus dictis locis, quia omnes Vniuerſitates probant negati-

uam

uam, perſonam non reperiri in Regno, argumento *l.Titiæ textores,de legat.*1. vbi DD. Pat. Afflict. olim digniſſ.Cauenſ. Epiſc. recol. memor. præceptor meus *lib.*1.*contr.cap.*21. *nu.*49. Dom.R. Conſil.Altimar. *de nullit. tom.*1. *rub.*7. *qu.*4.*à num.*6. maximè ſi nullibi bona poſſideat.

344 Verum tamen eſt, quod perquirere omnes libros Numerationis Regni, valde oneroſum, & diſpendioſum eſt, immo ferè impoſſibile Vniuerſitatibus,& Fiſcales hoc facere non admittunt, ex præſumptione occultationis, nec facile admittunt ob intereſſe Regij Fiſci; ideo examinandum eſt, ſi in ſua patria in antecedenti Numeratiõne ſit deſcriptus vti pręſens, et in oſtiaria, et tunc opus eſt illi vniuerſitati iuſtificare vbi degat perſona,aliàs debet remanere in dicto loco, et ab
345 alijs deduci:quia in dubio potior eſt cauſa originis, *l.libertus*, §.*patris*, *ff.ad municip.* Iaſ. *in l.ſi arrogato*, *nu.*44.*ff.de adoption.*Alex.*conſ.*100.*num.*1. *lib.*3. et colligitur ex Arreſt. Regiæ Cameræ
346 *apud de Marin.*410. vbi numeratus in duobus locis,cęteris paribus, tene-
347 tur ſoluere in loco originis: Item quia vbi quis fuit ciuis de tempore præterito, pręſumitur de pręſenti, niſi de contrario doceatur, Bar. *in l. is poteſt,nu.*17.*ff.de acquiren. hæred.* Alciat. *de præſumpt. regul.*2. *præſumpt.*15. Maſcar.*concluſ.*295.*colum.*1.*n.*1. Theodor. *allegat.*95.*nu.*12.

348 Si verò fuerit aggregatus in ſua patria ex ſpolio antecedentis Numerationis,in qua fuit deſcriptus,vti abſens, vel ex Cataſto,aut alia ſcriptura, et in alio loco ex antecedenti Numeratione oſtiatim, et ſit foculare confeſſatum; tunc debet deduei à ſua patria, et remanere in loco,vbi in vltima numeratur oſtiatim, niſi vniuerſitas hæc doceat,vbi adſit:quia,vt diximus, hic fuit effectus ciuis huius loci, ex Rouit *conſ.*48.& 49.

349 Sic etiam ſi ſit deſcriptus in libris taxę, vel Baptiſmi in vltimis annis, hęc vniuerſitas debet reddere rationem focularis, ex incolatu contracto; bené verum eſt, non debere tam onerari alias vniuerſitates, in quibus venit per aggregationem ſpolij prothocollorum,et obligationum,in quibus, vti principalis,vel teſtis, aliquis inter-
350 uenit: quia ex his non poteſt deduci incolatus, ſed temporalis, et breuis mora,et qualitas aduentitia; vnde in facti contingentia debet diſcretus Iudex rimari omnes circunſtantias originis,moræ,incolatus,etc. nè vna vniuerſitas pro alia grauetur, ex traditis in terminis noſtris per Theodor. *alle-*
351 *gat.* 95. Hinc inoleuit praxis Regię Camerę, vt quando eſt dubium inter duas, vel plures vniuerſitates, quæ contendunt de deductione focularis,fiat mandatum omnibus, vt compareant pro earum intereſſe in diſcuſſione focularis, et interim ſuſpenditur decretum:et ſi non compareant,incuſantur contumacię, et proceditur ad diſcuſſionem,vt iuris,et audito procuratore, ſi conſtituatur, et hoc etiam practicatur in prima inſtantia á Regio
352 Numeratore. Certum tamen eſt, quod in dubio numeratus in duobus locis,in vno oſtiatim,in alio ex ſpolio, vel diligentijs, pręualet numaratio oſtiaria, ſecluſa tamen fraude, Regia
353 Camera *apud de Marin. arreſt.*258, é contra,ſi quis ſit numeratus in duobus locis,et in vtroque remanſerit, et vtraque vniuerſitas contenderit eſſe ſuum foculare (hoc venit in perſona locuplete)tunc pręferri debet Vniuerſitas originis, quæ in pari cauſa ſemper præualet, Gloſ. *in l.vnic.Cod.de municip.& origin. lib.*10. *verb. muneribus*,et ſic Regia Camera *ap.de Marin.* ex rationibus, aliàs adductis *arreſt.*410.

354 Sic etiam, ſi quis fuerit ſolus numeratus oſtiatim in aliquo loco, et in alio etiam oſtiatim cum familia,á qua trahit originem, tunc debet remanere in loco originis,de Marin.*arreſt.*115.

355 Secus verò e contra, argumento à contrario ſenſu: quia, licèt, cęteris paribus, pręualeat locus originis, tamen, quia in caſu contrario adeſt familia,et domicilium, et in loco origi-

nis

Digitized by Google

nis fuit ſolus numeratus; ideo debet remanere, vbi fumat, quia præſumitur habere animum permanendi, vt *ſupra* diximus; et hæc ſint dicta pro ornatu huius rubricę.

TITVLVS DECIMVS

De Aduentitijs, exteris, & Hyſpanis, vxoratis in Regno.

ARGVMENTVM.

Agitur *in hac Rubrica* de aduentitijs, qui per tranſennam acceſſerunt in aliquē locum, item de exteris, ſeu perſonis extra Regnum, qui ſe contulerunt ad hoc Regnum, et de Hyſpanis, vxoratis, et habitantibus in eodem: examinantur qualitates eorum, & iura Vniuerſitatum, et Fiſci, in ordine ad Numerationem.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur aduentitius, explicatur.*
2 *Homo in hac vita dicitur aduentitius, & peregrinus.*
3 *Adducitur differentia inter habitare, & habere domicilium.*
4 *Habitans aſſimilatur hoſpiti.*
5 *Ex pluribus cauſis poteſt quis abeſſe à ſua patria.*
6 *Peregrinus multis modis accipitur.*
7 *Primo in genere generaliſſimo, pro quocunque forenſi.*
8 *Peregrinus in genere ſubalterno, etiā poteſt dici vagabundus, vel qui ex cauſa exilij, aut graſſādi per loca diſcurrit.*
9 *Peregrinus is propriè dicitur, qui peregrè deuotionis cauſa proficiſcitur, ſignanter ad vrbes inſignes, vbi adſunt Reliquiæ Sanctorum, & Indulgentiæ.*
10 *Quæ requirantur, vt quis verè dicatur peregrinus, refertur.*
11 *Cauſa peregrini cognoſcitur à Iudice Eccleſiaſtico.*
12 *Peregrinus eſt immunis à gabellis:*
13 *Peregrinus non poteſt capi ex cauſa repreſaliarum.*
14 *Lis peregrini debet ſuſpendi, nec currit præſcriptio durante tempore peregrinationis.*
15 *Peregrinus gaudet priuilegijs militaribus.*
16 *Lædens peregrinos præcipuè Romipetas, eſt excommunicatus ex* cap. 10. Bullæ Cœnæ.
17 *Peregrini ſunt hoſpitandi.*
18 *Peregrinis non ſunt commeſtibilia cariori vendenda, & ipſi ſunt ſepeliendi gratis.*
19 *Non poteſt pro ſepultura exteri maior prætendi eleemoſyna, quàm ciuis:*
20 *Degens cauſa ſtudij, dicitur aduentitius, ſic etiam cauſa famulatus, aut mercaturæ, & ſic præſumitur donec contrarium probetur.*
21 *Exteri* in hac Rubrica *dicuntur, qui neque ſunt orti, neque orinndi in hoc Regno.*
22 *Hyſpani ſe habent, vt ſpecies exterorum in hoc Regno.*
23 *Diuiſio Hyſpaniarum ſecundùm Geographos.*
24 *Qualitates hyſpanæ Nationis referūtur.*
25 *Hyſpani inſignes in militia, & adducitur ratio.*
26 *Hyſpani priſcis temporibus ſupra Romanos.*
27 *Hyſpani multo tempore cum Romanis bella geſſerunt, & in diſcrimen Imperium poſuerunt, & quando ab eo ſe liberarunt?*
28 *Hyſpani in omnibus ſcientijs inſignes.*
29 *Antonij Goueani, & Antonij Auguſtini laudes.*
30 *Hyſpani ſunt timoratæ conſcientiæ, & verè Catholici, qui ſpatio* 700. *annorum eum Sarracenis pugnauerunt, & totam Hyſpaniam liberauerunt.*
31 *Hyſpania ab Imperij iugo liberata.*
32 *Alia de natione Hyſpanorum remiſſiuè.*
33 *Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ laudes.*
34 *Sereniſſimi Caroli Secundi, ad præſens Hyſpaniarum Monarchæ, laudes.*
35 *Rex dicitur ſubditorum gloria.*
36 *Aduentitij, ſiue Regnicolæ, ſiue exteri, quomodo deſcribendi, & numerandi iuxta formam Inſtructionum?*

37 *Adducitur regula pro diſcuſſione focularis aduentitij.*
38 *Exterus,numeratus oſtiatim, dicitur aduentitius; ſecus,ſi ex ſpolio librorũ.*
39 *Vniuerſitas tenetur reddere rationem de extero,aggregato ex ſpolio librorũ.*
40 *Aduentitius, ſi remanet foculare, gaudet prærogatiuis, vti cæteri ciues; ſic etiam ſi ſit foculare acquiſitum.*
41 *Quando quis dicatur aduentitius ad tempus?*
42 *Adducitur reſolutio Regiæ Cameræ.*
43 *Explicatur dicta reſolutio.*
44 *Aduentitij exteri, vxorati in Regno, etſi non poſſideant,ſunt focularia.*
45 *Adducitur limitatio.*
46 *Aduentitij Regnicolæ remanent vbi fumant, niſi habitauerint ad tempus, non animo permanendi, vel in locis, in quibus adeſt priuilegium exemptionis fiſcalium.*
47 *Quando Regnicola dicatur habitare ad tempus,vel ne?*
48 *Adducitur Decretum Regiæ Cameræ, & explicatur.*
49 *Numeratus in tribus locis, in vno ex ſpolio,in alijs in oſtiaria, in quonã debeat remanere pro foculare, queritur.*
50 *Adducitur Decretum Regiæ Cameræ.*
51 *Explicatur dictum decretum.*
52 *Domicilium mutare non licet, re non integra,in tertij præiudicium.*
53 *Numeratus in oſtiaria in vno loco ſine familia, & in alio cum familia,debet remanere,vbi adeſt familia.*
54 *Aggregatus in duobus locis ex ſpolijs, dubitatur in quo loco debet remanere.*
55 *Adducitur reſolutio Regiæ Cameræ.*
56 *Officialis, numeratus oſtiatim durante officio, dicitur aduentitius, & eſt deducendus.*
57 *Adducitur Decretum Regiæ Cameræ in Auditoribus prouincialibus numeratis.*
58 *Regij officiales perpetui in Ciuitate Neapolitana, ſunt verè Ciues ex perpetuo domicilio.*
59 *Et alibi numerati debent deduci.*
60 *Officiales perpetui Regiæ Audientiæ cum vxore, ſi non ſint Neapolitani, ſunt focularia.*
61 *Numeratus oſtiatim in antecedenti, & in noua aggregatus ex ſpolio, & in alio loco numeratus oſtiatim cum familia,eſt foculare vbi fumat, ex Decreto Regiæ Cameræ.*
62 *Numeratus in antecedenti Numeratione cum filijs,ſi tranſierit in alio loco ad ſecunda vota, ibique habitauerit cum familia, relictis filijs primi matrimonij in eorum patria, an conſtituat alterum foculare?*
63 *Adducitur Decretum Regiæ Cameræ.*
64 *Hyſpani,vxorati in Regno,adſcripti in militia,vel ſeruientes Regijs Caſtellis, debent deduci oſtenſa fide Scribæ portionis de aſſento, aliàs ſunt focularia.*
65 *Oſtenſis literis patentialibus ſunt deducendi.*
66 *Amplia in Hyſpanis,vulgò dictis Intratenidi.*
67 *Hyſpani originarij, non vxorati in Regno, gaudent immunitate cum eorum familia.*
68 *Mercatores Mediolanenſes, vel alterius nationis,qui habitant cum eorum familia in Regno per decennium, ſunt focularia,ſic etiam ſi poſſideant bona ſtabilia; ſecus verò,ſi non habeant domicilium,& ſint ſoliti ire,& redire.*
69 *Adducitur ratio.*
70 *Habitans, licèt præſumatur contraxiſſe domicilium,poteſt tamẽ probare contrarium.*

1 PRo intelligentia *huius Rubricæ*, notandum eſt, quod aduentitius ille dicitur,qui accidentaliter,ſiue per tranſennam, reperitur in loco habitare,ad differentiam ciuis, et incolę;vnde Cic.in Topyc. *Anteponuntur innata,*
2 *atque inſita,adſumptis, & aduentitijs*; hinc homines in hac vita poſſunt dici aduentitij iuxta illud Diui Pauli *ad Hebræos,cap.13.* ibi: *Non habemus hic Ciuitatem manentem, ſed futuram inquirimus,& 2.ad Corint.5.*ibi: *Peregrinamur,dum ſumus in corpore*; hinc de-
3 ducitur differentia inter habitare, & domicilium habere: quia habitare eſt tantùm corporaliter, et ſine animo permanendi eſſe in loco, è contra verò habere domicilium, vt diximus *ſupra, ex l.1.§.habitare, ff.de his,qui deiece-*

terint, vel effuder. l. eius, qui, §. Celſus, ff.
ad municip. Gloſ. in cap. is, qui habet, de
ſepultur. in 6. Thor. in Cod. verb. Iudic.
4 caſ. 60. num. 2. & habitans aſſimilatur
hoſpiti, d. l. 1. §. hoſpes, Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 6. cap. 88. n. 3. Marant. reſponſ.
94. nu. 84. par. 4. Gratian. lib. 1. diſcept.
cap. 181. Carpan. ad conſtitut. Mediolan.
tom. 2. cap. 218. nu. 35. Rota par. 18. re-
cent. tom. 2. dec. 431. à nu. 1.
5 At quia, pluribus ex cauſis, quis
poteſt á ſua patria abeſſe, & aliò ſe
conferre, ideo plures ſpecies aduen-
titiorum poſſunt dari, ex figuris cau-
ſarum, vt verbi gratia, ſi ex cauſa pe-
6 regrinationis, coloniæ, &c. verum ta-
men eſt, quod peregrinus multifariam
7 accipitur, & primò in genere genera-
liſſimo, & ſumitur pro omni aduena,
extero, & forenſi, auth. vt different.
Iudic. & in §. 1. auth. de non eligend. 2.
nubent. cap. fundament. §. dignè, de elect.
in 6. cap. nec emeritis, 61. diſtinct. cap.
nullum, diſtinct. 71. cap. leges, 3. qu. 6. latè
Fagnan. in cap. ſignificantibus, de offic. &
poteſt. delegat. nu. 3. habetur ex Ariſt.
lib. 5. polytic. cap. 3. & Geneſ. cap. 15. vbi
promittitur à Domino Abrahæ Terra
8 peregrinationis. Secundò accipitur
in genere ſubalterno, ſcilicet de va-
gante, qui certam non habet ſedem,
vt diximus in rubrica de vagabundis,
aut de eo, qui ex cauſa exilij graſſan-
di, vel alia turpi, peregrinatur, l. 1. Cod.
de hæred. inſtituend. l. ſed, etſi, §. ſole-
mus, vbi Gloſ. ff. eod. capit. Sacerdos, de
9 pænitent. diſtinct. 6. Tertiò magis in
ſpecie, & propriè, & eſt is, qui peregrè
proficiſcitur deuotionis cauſa, vt in
auth. omnes peregrini, Cod. commun. de
ſucceſſ. & hic plura priuilegia à Iure
obtinet, & præcipuè electionis fori
Butr. in d. capit. ſi iudicantibus, num. 22.
Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 66. num. 15.
Theſaur. dec. 177. nu. 1. Tap. in conſtitut.
item ſtatuimus, nu. 17. Nouar. de elect.
for. ſeſſ. 1. qu. 22. Carleual. de Iudic. lib.
1. tit. 1. diſput. 2. qu. 6. ſeſſ. 7. num. 570. &
præcipuè, ſi proficiſcantur ad loca, in
quibus adſunt Corpora Sanctorum,
& Reliquiæ inſignes, quibus Summi
Pontifices Indulgentias ſunt elargiti,
huiuſmodi ſunt Sacra AEdes Laure-
tana, Compoſtella, vbi adeſt corpus
Sancti Iacobi Apoſtoli, Ieruſalem, &
Roma, vbi adſunt corpora Principum
Apoſtolorum, & innumera Martyrum.
10 Vt autem quis, modo ſupradicto,
dicatur peregrinus, requiritur, vt lon-
gum iter arripiat cum baculo, & veſte
peregrini, ad inſtar Apoſtolorũ, Graff.
lib. 4. dec. aur. cap. 18. nu. 112. Filluc. ....
1. qq. moral. tract. 16. cap. 5. nu. 120. Bal-
dan. in ſumm. verb. bulla cœnæ, num. 42.
& habetur in cap. ſuper quibuſdam, de
verb. ſignific. & in cap. irreligioſorum,
11 87. diſtinct. vbi cauſa peregrini cogno-
ſcitur à Iudice Eccleſiaſtico, nec po-
teſt moleſtari à Iudice loci, per quem
12 tranſit, & eſt immunis à pedagijs, &
gabellis, cap. licet omnibus, vbi Gloſſa,
cap. quisquis, 87. diſtinct. cap. ſi quis Ro-
13 mipetas, 24. q. 3. nec poteſt capi ex cau-
ſa repreſaliarum, cap. innouamus, de tre-
gua, & pace, cap. Pater noſter, vbi Gloſſa,
24. qu. 3. Bar. in tract. de repreſal. qu. 6.
14 & contra peregrinum nemo poteſt
proſequi litem, nec currit præſcriptio
durante tempore peregrinationis, cap.
vnic. de Cleric. peregrin. cap. conſultatio-
15 nibus, de offic. delegat. & gaudet milita-
ribus priuilegijs, d. auth. omnes peregri-
ni, vbi DD. Caſtrenſ. in l. nutricatori-
bus, Cod. commun. de ſucceſſ. Angel. in §.
16 quod autem, auth. de non alienand. &
vexantes peregrinos, impedientes, aut
aliquo modo lædentes, anathematis
mucrone feriuntur, d. cap. ſi quis Romi-
petas, & cap. 10. Bull. cœn. vide Duar.
Sair. lib. 3. theſaur. caſ. conſcient. cap.
14. nu. 2. Lonſ. in relection. Bull. cœn. cap.
11. Bonac. de cenſuris, diſputatione 2.
qu. 11. par. 1. Filluc. tract. 16. moral. cap.
5. à nu. 119. Vgolin. de cenſur. Pontific.
per Bull. cœn. reſeruat. par. 2. cap. 10. lib.
2. & hoc eſt etiam de Iure Diuino,
Exod. cap. 23. Leuit. cap. 19. latè Caſſan.
in catal. glor. mund. part. 16. conſide-
rat. 46.
17 Et peregrini ſunt hoſpitandi, ſic
præcipiente Domino, Matt. cap. 25. &
36. latè Diu. Ambroſ. lib. 1. ſuper Iob,
18 nec ipſis commeſtibilia cariori ven-
denda, cap. 1. de empt. & vendit. & ſunt

V 2 ſepe-

Digitized by Google

19 ſepeliendi gratis ; immo in materia
ſepulturæ non poteſt maior eleæmoſy-
na peti ab extero,quàm à ciue, Epiſc.
Marant.*lib.5. reſponſ.*18. vbi plura De-
creta Sacræ Congregationis refert,
non obſtante qualibet conſuetudine
in contrarium, Lanor.*variar.lucubrat.*
tom.2.cap.10. nu.5. Barboſ. *de offic.Pa-*
roch.cap.26.nu.83. & de Iur.Eccleſiaſt.
Vniuerſ.lib.2.cap.10.num.83. plura de
laudibus, & meritis peregrini, vide
apud Alter.*de cenſur.tom.1.lib.5.diſput.*
11.cap.2.& 6.& DD.citatos.
20 Ex adductis infertur, quod, ſi quis
abſit cauſa ſtudij in loco, dicitur ad-
uectitius illius,*l.2.Cod.de incol.lib.*10.ſic
ſi cauſa culturæ,*l.3.Cod.eod.* aut famu-
latus,mercaturæ,& alijs,ex quibus ar-
guitur animus diſcedendi, nec contra-
hendi domicilium, taliter,vt transfe-
ratur onus probandi contrarium
prætendenti, vide Menoch. *de arbitr.*
caſ.86. Socin. *in cap.vltim. de for. com-*
peten. & alios DD. *in præceden.Rubri-*
ca, & Rotam *part.*18. *recent.tom.2. cit.*
dec.431.
21 Exteri *in hac rubrica* intelliguntur
omnes,qui neque orti, neque oriundi
ſunt in hoc Regno, ſed aliunde vene-
runt ad habitandum, vt potiſſimùm
Lombardi, Mediolanenſes, Ianuenſes,
Siculi,Romani, & alij Itali, necnon
Hyſpani,& aliæ nationes, & ſic intel-
ligitur illud Deutheron.*c.*17. ibi: *Non*
poteris alterius gentis Regem facere,
& *cap.*18.ibi : *Prophetam de gente tua,*
& de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit
tibi Dominus Deus tuus, & Eccleſiaſt.
*cap.*8.ibi: *Coram extraneo non facies cõ-*
*ſilium,*ſic Textus *in cap. bonæ, §.nec ob-*
ſtat,de poſtulat.Prælator. & in cap.quo-
niam,§.finali, de offic.Iudic.ordinar. vi-
de Regent. de Philipp.*diſſertat. fiſcal.*
cap.29.à nu.5.
22 Hyſpani *in hac eadem Rubrica* ſe
habent vt ſpecies exterorum, & eſt
Natio Europæa: Hyſpania ſiquidem
eſt ex principalibus Europæ Prouin-
cijs,primum poſt Italiam obtinens lo-
cum, teſte Plinio,cuius Geographica
23 figura aſſimilatur pelli bouinæ; diui-
ditur in tres partes, ſcilicet in Tarra-
gonenſem, Beticam, & Luſitaniam, vt
Geographi, & Boter. *in ſuis relat.vni-*
uerſ.par.1.lib.1. quarum prima Cite-
rior,ſecundæ vlteriores dicuntur,Plin.
lib.3.cap.1.2.& 3. Citerior plures con-
tinet Prouincias, & Regna, ſcilicet
Principatum Cataloniæ, Comitatum
Barcinonæ,& Roſcilionis, Cãtabriam,
Regna vtriuſque Caſtellæ, Galitiæ,
Aragoniæ,Valentiæ,& Nauarræ: Bæti-
ca continet Regnum Granatæ, Anda-
luſiæ, Extremaduræ: Luſitania Regnũ
Portugalliæ, Plin.*lib.2.cap.*21.Tolom.
*lib.3.cap.5.*Atlant.maior, & minor *in*
24 *deſcript. Hyſpaniæ*. Maior Regionis
pars eſt feraciſſima omnium, quæ ſunt
neceſſaria ad victum humanum, habi-
tantes ſunt temperamenti melanco-
nici, & ideo graues, & ſeueri,ſani,&
agiles corpore, in omnibus delibera-
tionibus moroſi, in laboribus patien-
tes,ſtrenui, et animoſi, valde in re mi-
litari eruditi, præcipuè in pedeſtri pu-
gna, hæc enim magis placet, quàm
25 equeſtris, et ferè ſunt inſuperabiles,
omniumque virtutum genere decora-
ti, Plin. 2.*epiſt.13. lib.2.ad Priſc.* Alde-
ret.*de orig.ling.Caſtellan. cap.3. & 13.*
Diodor.Sicul.*lib.6.cap.9.* Luc.Flor.*in*
epitom. hiſtor.Hyſpan. lib.1.cap.14. Re-
din.*de Maieſt.Princip. verb. non armis,*
nu.27. Gregor.Lopez *in l.7. tit.21. par.*
2.gloſ.7.& in l.2.tit.18. par.2.gloſ.1.&
*in l.9.tit.19.ead.partit.*Veget.*de re mi-*
lit.lib.1.cap.12. ſtrenuitas, et robur in
Hyſpanis prouenit ex maximo regio-
nis calore,vt Ariſt.*problem.ſect.*14.;Ve-
get.*vbi ſupra*, et Iuſtin. *lib.44. hiſtor.*
de his loquens ait : *dura omnibus, &*
ſtricta parſimonia,bellum, quàm otium,
malunt, ſi extraneus deeſt, domi hoſtem
quærunt.
26 Hinc apud omnes nationes ſemper
inter præcipuos habiti, quoniam mili-
tarem gloriam adepti ſunt, adeo vt
priſcis temporibus non ſolùm inſtar
Romanorũ, ſed ſupra extiterint, teſte
Veget. *lib.3. de re milit. cap. 26.* ibi:
Hyſpanos non ſolùm numero, ſed etiam
viribus præſtitiſſe Romanis, manifeſtum
*eſt,*Tit.Liu.*lib.44.hiſtor.* Vell.Partecol.
lib.2.hiſtor. Cic.*in oration.pro leg.ma-*
nil.

*nil.*Luc.Flor.*lib.*2.*geſtor.Roman. cap.*6. vbi ait: *Bellatricem Hyſpaniam,viris, armiſque nobilem illam,Seminarium hoſtilis exercitus, & Annibalis eruditricẽ*, & idem *cap.*7. addidit: *Hyſpaniæ nunquam animus defuit aduerſus nos, vniuerſa conſurgens,nunquam conferre vires ſuas libuit, neque aut imperare,aut libertatem ſuam tueri publicè; & ſola omnium prouinciarum, vires ſua, poſtquam victa eſt,intellexit,&c.*& Hyſpani, cum Romano Imperio ferè 209. annis bellum ſtrenuè ſubſtinuerunt, Luc.Flor.*lib.*2.*cap.*10. Dio *lib.*53.Strabon.*lib.*3. Paul.Oroſc. *lib.*6. *cap.*21. Iuſtin.*lib.*44.*hiſtor.* Patercol. *d.lib.*2. Anton. de Xerrer *comment.rer. Hyſpan.in Italia.*

27 Et ſoli Hyſpani olim inter Mundi nationes in ſtateram poſuerunt Romani Imperi firmitatem, adeout per integrũ quinquennium anceps vtriuſque fuerit fortuna, Patercol.*lib.*2. *hiſtor.* Honoph. Panuin. *de Republic. Roman. cap.de Hyſpan.Prouinc.* nec aliter ceſſerunt Hyſpani, niſi quando dominiorum inter ipſos fuit facta partitio (omne enim Imperium,in ſe diuiſum, deſolabitur) Iuſtin. *lib.*44. *hiſtor.* Pett. Gregor.*lib.*19. *de Republic.cap.*1. *nu.*19. Patrit. *lib.*3.*de Regn.cap.*6. Borrell.*de præſtantia Reg.Cathol. cap.*82. *num.*17. Mader.*de excellent.Hyſpan.Regn.cap.*8. Panuin. *de Imper.Roman.pac.*285. Sed tamen ſucceſſiuis temporibus ab Imperio iugum excuſſerunt,pręcipuè magni Regis Ferdinandi tempore, vt Gloſſa in cap.*Hadrianus,diſtinct.*63.Oltrad.*conſ.*72.Rebuff.*in auth.habita,Cod. ne fil.pro patre,*Rendin.*de Maieſt.Princip.verb.Imperatoria,*Vaſq.*lib.*2.*illuſtr. cap.*82.Couarr.*in regul.peccatum,par.*2. *relect.*§.9.*nu.vltim.* Gregor.Lop.*in l.*4. *tit.*15.*par.*4.*gloſ.*5.Zarcalar.*lib.*11.*hiſtor. Hyſpan.cap.*7. Hiſtor.Valerian. *cap.*38. Gregor.Lop. Mader. *de Excellent.Hyſpan.lib.*1.*cap.*2.

28 Quantùm verò in Republica litteratia in omnibus ſcientijs fuerint inſignes, te docebunt ſcriptores huius inclytæ Nationis,tot celebres Academiæ, in quibus ſemper, & ad præſens, inſignia adfuerunt, & adſunt decora ingenia, & præcipuè in noſtra Iuris prudentia, quàm valde illuſtrarunt,ſi-
29 gnanter feliciſſima duo illa ingenia, ſcilicet Antonij Goueani, & Antonij Auguſtini; Et pariter quantùm de Republica Chriſtiana ſint benemeriti,
30 ſemper nos docuit experientia: Hyſpani enim ſunt timoratæ conſcientiæ, verè Catholici, nunquam hæreſis, vel alterius religionis,macula infecti, ſanctitate inſignes,& Chriſtianitatis propugnaculum,qui ſpatio 700.annorum, maxima ſanguinis effuſione,cum Sarracenis,& Mauris, bellum geſſerunt, & ab eis inuaſas regiones liberauerunt, vt ex Hiſtoricis recenſet Thom. Bozius *de ſign. Eccleſ. tom.*1. *lib.*5.*ſign.* 17.*fol.*206.*& tom.*2. *lib.*24.*ſign.*99.*fol.* 581.

31 Quando Hyſpania fuit liberata à Romano Imperio, diximus ſupra *n.*27.

32 Longum eſſet huius inſignis Nationis laudes recenſere; ſi lector plura deſiderat, adeat citatos Hiſtoricos, & præcipuè Gregor.Lopez *de excell.Hyſpan.*Athen.*lib.*11.*de ipſophiſt.* Alderete *de ling.Caſtellan. origin.lib.*1. *cap.*1.Medin. *in lib.magnar. rer.Hyſpan. cap.*13. *&* 25.Munſter *in deſcript.Hyſp.*& alios, in diſcurſu citatos; quicquid alij per inuidiam latrent, & præcipuè Traianus Boccalin. *in comment. ad Tacit.* ignarus tam Eccleſiaſticæ, quàm prophanæ hiſtoriæ.

33 Sufficiat ipſis denique pro laudis coronide habuiſſe, & habere Reges ex Auguſtiſſima, & Religioſiſſima Domo Auſtriaca,cuius fundamenta antiquiſſima,pauimenta, parietes, & tecta, ab immemorabili,Sceptris, & Imperialibus Diathematibus ſunt conflata, quam D. O. M. ſemper incolumem, pro vtilitate ſuæ Eccleſiæ, ſeruare digneetur, ſicuti promiſit Principi Apoſtolorum permanentiam fidei vſque ad conſummationem ſeculi, ſperantes à ſua Infinita Clementia, vt *Carolus*
34 *Secundus Auſtriacus*, ad præſens Monarcha, Maiorum ſuorum ſequendo veſtigia, illo adiuuãte,ſuis ditionibus, ab alijs iniuſtè occupatis, recuperatis,

ſupra

ſupra Thraces, Garamantes, & Indos, proferet Imperium, ex illo *Prouerbior.* 8. ibi; *Per me Reges regnant, & legum Conditores iuſta decernunt*, laudes enim Regis, ſunt etiam ſubditorum: nam
35 Rex dicitur ſubditorum gloria, ad inſtar patris, *l. 1. Cod. de caduc. tollend. auth. vt null. Iudic. ſin. quoq; ſuffrag.* §. *cogitatio*, Paris de Put. *de Syndic. nu.* 75. erudit. Velanz. *in diſcurſ. ſtat. & bell. ration. ſeruan. par. 2. conſiderat. 2. nu.* 29.

§. VNICVS.

36 Aduentitij, ſiue Regnicolæ ſint, ſiue exteri, ſunt numerandi, & deſcribendi in libro, ſicuti reperti ſunt habitare in oſtiaria, & Numerator inquirere debet ab ipſis principalibus, aut Deputatis Vniuerſitatis, & alijs perſonis, fide dignis, delato iuramento, de loco, à quo diſceſſerunt, de tempore eorum incolatus, & alijs pro intereſſe Regij Fiſci, & vniuerſitatum; & ſi numeratus non ſit regnicola, inquiratur tempus habitationis in Regno, & patria, et ſi habitatio fuerit continua, vel ad tempus: in eodem numero ſunt deſcribenda vxor, familia, patria, exercitium, & bona, quæ poſſidet, & Numerator debet etiam perquirere libros extimi, cædularum, exactionis, ſalis, & aliarum collectarum, quod etiam fieri debet de mercatoribus Florentinis, Ianuenſibus, Mediolanenſibus, aut alterius Nationis extra Regnum; Item ſi ſit, necne vxoratus, deſcribatur ætas propria vxoris, & familiæ, genus mercaturæ, bona, tempus domicilij in Regno, & reſpectu Hyſpanorum, qui in Regno vxorem duxerunt, vltra ſupradicta, notari debet, ſi ſunt milites ſtipendiati à Sua Maieſtate, vel ne, & hæc omnia notanda in margine focularis deſcripti, vt ex Inſtructionibus *in hac rub. cap.* 10.

37 In diſcuſſione focularis aduentitij hæc regula tenēda eſt, ſi reperiatur in oſtiaria, & eius habitatio ſit ad tempus, debet deduci; ſecus verò ſi non ad tempus, dummodo ſit maior 14. annorum, quia ſi ſit minor, & nihil poſſideat, debet deduci, vt ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ ann. 1591. *cap. 26. & 27.* & ex noſtris *cap. 10. nu. 1.*

38 Diximus *ſi reperiatur in oſtiaria*: quia tunc propriè exterus dicitur ad-
39 uentitius; aliàs ſi aggregetur ex ſpolio aliorum librorum, ex quo aliquando moratus fuerit in loco, non animo contrahendi domicilium, deinde diſceſſerit, nullo pacto poteſt eſſe focularis; bene verum eſt, quod Vniuerſitas debet reddere rationem de eo, quod facilè obtinebit, vel ex lectura libri, à quo ſpoliatur, vel ex fide Baptiſmi ſuæ patriæ, & ſimilibus; & ſi ignoratur hęc perſona, poterit Vniuerſitas deducere grauamen, vti foculare incognitum, vt dicetur *in ſua rub.* & probat Theodor. *allegat.* 95.

40 Et ſi remanet foculare, vt diximus, gaudet prærogatiuis, vti cæteri ciues, & poteſt admitti ad officia vniuerſitatis; ſic etiam ſi ſit foculare acquiſitum, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 151. & nos diximus *ſupra*.

41 Quando autem quis dicatur aduētitius ad tempus, & quæ requirantur, vt habitatio non dicatur ad tempus?

42 De hoc conſuluit Regiam Cameram Dominus Iudex Petagna, Regius Numerator 3. Februarij 1663. cui fuit reſponſum, quod *adhoc, vt non dicatur habitare ad tempus, requiritur habita-*
43 *tio pro maiori parte anni*. Sed hoc eſt intelligendum cum temperamento: ſi enim quis habitet pro maiore parte anni, & plus, & tamen non habet animum contrahendi domicilium, vel quia cauſa mercaturæ, coloniæ, famulatus, vel alia ſimili, moretur, & tunc nullo modo poteſt dici amiſiſſe qualitatem aduentitij; habitatio igitur pro maiori parte anni debet intelligi de illa, quæ habet ſecum animum domicilium contrahendi, quod ex multis colligitur, vt ſupra dictum eſt ex DD. *in l. 2. & 3. & in l. ciues, Cod. de incol. lib.* 10.

44 Aduentitij exteri non Regnicolæ, ſed vxorati in Regno, licèt non poſſideant, & habitent domum conductam, & poſſint ad libitum diſcedere, cum eorum

eorum familia, ſunt focularia, ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ 1591. *cap.*28. & ex noſtris *num.*2: ratio eſt, quia, ex eo, quod duxerunt vxorem in Regno, & habitant, colligitur, habere animum contrahendi domicilium, nec ex poſſibilitate recedendi, poteſt colligi contrarius animus, argumento *l.* 1.*Cod.de incol.lib.*10. vbi Gloſſa, & DD.

45 Intellige, ſi exterus habitans non ſit ex alio capite deducendus, vt verbi gratia ſexagenarius, minor, &c. vel ſi euidenter probetur, non habere animum contrahendi domicilium, ſed ſtatim diſcedendi, vt *ſupra*.

46 Aduentitij Regnicolæ remanent pro focularibus, vbi fumant, ſed ſi ſint ad tempus, vel locorum, in quibus ex priuilegio adeſt exemptio fiſcalium, vt eſt Ciuitas Neapolitana, & aliæ in Regno, ſunt deducendi, ex Inſtructionibus ann.1591.*cap.*30.*&* 31. & ex noſtris *loc.cit.nu.*3.

47 Quando verò dicatur Regnicola habitare ad tempus, vel ne, dubitauit idem Dominus Iudex Petagna, dum numerabat Terram Flumariæ Muri Prouinciæ Calabriæ, in qua degebant multi aduetitij Ciuitatis Rhegij eiuſdem Prouinciæ, in qua ex priuilegio fiſcales functiones ſoluuntur ad rationem carolenorum decem, & ſeptem, pro quolibet fumante: vnde magis expediens erat Regio Fiſco, hæc focularia remanere in Terra Flumariæ. Cui

48 dubio reſpondit Regia Camera, *vt, ſi poſſit colligi, hos, numeratos in Flumaria, habere animum permanendi, remanerent in ipſa, aliàs deducerentur*; Quando verò arguatur, aliquem habere animum permanendi, diximus ſupra *titulo præcedenti*, & inter alia argumenta adduximus, ſi quis emerit in loco domum, vel ſtabilia, aut duxerit vxorem, & ibi cum tota familia habitauerit, aut per decennium fuerit commoratus, DD. *in d.l.domicilium, ff.ad municip.& in l.ciues, Cod.de incol.lib.*10. vbi Gloſſa *verb.habere*.

49 Sed quæritur in caſu, quo quis inueniatur numeratus in tribus locis, ſcilicet originis ex aliquo ſpolio, in alio oſtiatim, qui deinde poſt oſtiariam diſceſſerit, in alio etiam oſtiatim, quia ſe contulit in locum antequam numeraretur, in quo loco debeat remanere pro foculare, ſi omnes vniuerſitates

50 prætendunt deductionem? De hoc dubio conſuluit Regiam Cameram Carolus de Amato, Regius Numerator, die 3. Auguſti 1663. cui fuit reſponſum, quod *debeat remanere in loco, vbi fuit repertus habitare, vt in libro Notamentorum*, & hoc ex regula *vbi fumat, ibi ſoluat*, necnon quia oſtiaria, vti certior, alijs præualet, Antibol. *de munerib.& honorib.* §.2. Theodor. *allegat.* 95.*nu.*5.

51 Sed tamen, quia hæc reſponſio aliqua ambiguitate laborare videtur, ſalua pace tanti Tribunalis, ideo mihi videtur intelligenda non de vltima, ſi illa ſit accidentalis, momentanea, aut fraudulenta: quia non poteſt dici vera habitatio, ſed illa, quæ, ſecluſa fraude, habet ſecum animum permanendi, vt diximus *ſupra*; vnde, ſi in loco, à quo poſt oſtiariam diſceſſit, domicilium habuit, & fuit collectatus, debet in eo remanere, non obſtante eius diſceſſu: multi enim diſcedunt, vt docuit experientia, ad fraudandum, vel in gratiam Baronis, aut alicuius vniuerſitatis, pro exoneratione focularis. multi ex aliquo delicto, aut alia accidentali cauſa; vnde diſcretus Iudex debet cuncta in hoc rimari, vt Theodor *loc.citato*.

52 Et licèt poſſit quis ad libitum mutare domicilium, tamen intelligitur re integra, & ſine tertij præiudicio, *l.*1.

53 *Cod.de incol.lib.*10. vbi Gloſſa, ſi tamen quis fuit numeratus oſtiatim in vno loco, ſolus ſine familia, & in alio cum familia, tunc debet remanere in loco, vbi fuit repertus cum familia, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt.*515.

54 Sed, ſi nullibi ſit numeratus in oſtiaria, ſed aggregatus ex ſpolijs librorum, tunc ſunt obſeruanda, quæ ſupra adduximus *in titulo præcedenti*, ſcilicet à quo ſpolio venerit, vt arguatur, vbi vltimò habuerit domicilium, Theodor. *loc.cit. à nu.*2. & cùm ſimilis caſus eue-

Digitized by Google

eueniſſet Regio Numeratori Domino
Franciſco Raitano, olim digniſſimo Fi-
ſci Patrono M. C. ad præſens Regio
Conſiliario, qui dum numerabat Ter-
ram Aquaricæ Licij, aggregauit Di-
dacum Moreno, & Vniuerſitas porre-
xit grauamen, ex quo dictus erat exte-
rus, & à pueritia habitans in Turri
maritima, dicta Specla, in territorio
Caſalis Vanze, in qua habitabat, vti
ſocius cuſtodis dictæ Turris, nec ali-
quid poſſidebat in dicta Terra, & in
antecedenti Numeratione nullibi erat
55 numeratus, conſulta Regia Camera
reſpondit, *Remaneat, vbi fumat*, & ſic
in Caſale Vanze: in eo enim diceba-
tur fumare, cùm idem ſit habitare in
territorio, ac in Ciuitate, vt diximus
ſupra.
56 Ex allato principio qualitatis ad-
uentitiæ fit, vt officialis, durante offi-
cio, habitans, ſit deducendus: præſu-
mitur enim, eo finito, habere animum
reuertendi ad patriam, vt ex Gratia-
no, & alijs, diximus *tit. præcedenti*, &
eſt Textus *in l. Senatores, ff. de Senat.*
& ſic Regia Camera reſpondit Domi-
no Ioanni Baptiſtæ de Afflicto, po-
ſtea Regio Conſiliario, in dubio, pro-
57 poſito pro Auditoribus Prouinciali-
bus, numeratis die 5. Maij *1665*. vt *in*
58 *lib. Notamentorum*, licèt in officiali-
bus perpetuis ſecus ſit, quia adeſt ani-
mus permanendi: creantur enim in
Ciuitate Neapolitana Regij Conſilia-
rij, Præſidentes Regiæ Cameræ, & Re-
gentes Regiam Cancellariam, ciues
Neapolitani, qui aſſiſtunt in dicta Ci-
uitate pro adminiſtranda Iuſtitia, quia
tenentur aſſiſtere in perpetuum in Tri-
bunali, ibique habent perpetuum do-
micilium, Capiblanc. *de Baron. pragm.*
5. nu. 167. Ricc. *collect.* 1358. Danz. *de*
pugn. DD. tom. 1. tit. de offic. actuar. cap.
1. nu. 27. Conſil. Petra *Rit. 63. num.* 17.
Regens Hieron. de Philipp. *diſſert. 29.*
59 *num.* 146. licèt ex priuilegijs Ciuitatis
Neapolitanæ, ſi alibi ſint numerati,
60 deducantur, ſed poterit hoc contin-
gere in Officialibus perpetuis, qui cũ
vxore, & familia, degunt in aliquo lo-
co, vt ſunt Fiſcales Regiarum Audiẽ-
tiarum, & è contra in Officialibus per-
petuis, Regijs Conſiliarijs exteris, qui
aſſiſtunt in S. C. vel in alio Tribunali
Neapolitano, qui è contra debent de-
duci, ſi alibi numerentur.
61 Si quis fuerit numeratus in aliquo
loco oſtiatim in antecedenti Nume-
ratione, & in noua agregatus ex ſpo-
lio dictæ Numerationis, & in alio loco
ſit numeratus oſtiatim cum familia,
etiam infra decennium, debet rema-
nere in loco, vbi habitat, & deduci à
primo, ſic Regia Camera 10. Iunij *1663.*
reſpondit Don Carolo Dies Regio
Numeratori, qui propoſuit, plures cũ
familia ſe contuliſſe ad habitandum
in alijs locis, quorum alij infra, alij
vltra decẽnium habitauerãt, & in Nu-
meratione præcedenti anni 1658. fue-
rant numerati in eorum patria oſtia-
tim, & fuit dictum, *Remaneant in*
loco habitationis, vt in lib. Notamento-
rum, faciunt tradita per Thor. *in com-*
pend. dec. par. 3. ſect. 3. verb. vniuerſitas
an poſſit.
62 Quid, ſi aliquis originarius ſit nu-
meratus in antecedenti oſtiatim cum
filijs, deinde, mortua vxore, duxit aliã
in alio loco, in quo repertus fuit oſtia-
tim in vltima Numeratione, depen-
dente à foculari antiquo, cum qua ha-
bitauit per tempus notabile, poſſiden-
do bona, relictis filijs primi matrimo-
nij in ſua patria, an hic debeat eſſe fo-
culare diſtinctum à filijs primi matri-
monij, taliter, vt ſint duo focularia
63 diſtincta? Reſpondetur affirmatiuè, ſi
filij primi matrimonij ætatem 14. an-
norũ exceſſerint: ratio eſt, quia pater,
ſeparando ſe in diuerſis locis, & poſſi-
dendo bona ſeparata cum vxore, de-
pendente à foculare antiquo, eſt focu-
lare diſtinctum, vt determinauit Regia
Camera 5. Maij *1663.* ad petitionem
Numeratoris Terræ Roccæ Mandolfi-
næ, in qua numerauit quendam Nota-
rium, qui, relictis liberis in dicto loco,
duxit vxorem in Ciuitate Iserniæ, cum
qua habitauit per annos ſeptem, poſſi-
dendo bona ſecundæ vxoris, depen-
dentis à foculare antiquo, & fuit di-
dum, *quod ſunt focularia diſtincta*,

vt

vt in libro Notamentorum.

64 Hyſpani, vxorati in Regno cum Regnicolis, & adſcripti in militia Regni, vel in Regijs Caſtris, ſi prætendunt, vt Hyſpani, ſeruientes Suæ Catholicæ Maieſtati, non debere deſcribi in Numeratione, debent docere, ſe eſſe tales ex fide Regij Scribæ Rationis cum oſtenſione litterarum patentium, aliàs ſunt focularia illius loci, in quo habitant, & nulla gaudent immunitate, ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ anni 1591.*cap.*64.& nouiſſ.*d.cap.*10.*n.*4.

65 Sed, ſi oſtendant litteras patẽtes, ex quibus probatur, eſſe ſtipendiarios, debent deduci, ex Decreto Regiæ Cameræ 9.Decemb.1561. *apud Regent. de*

66 *Marin.arreſt.*247.Sic etiam Hyſpani, dicti *Intretenidi* pro ſeruitio eiuſdem Maieſtatis in aliquo loco, qui gaudẽt, vt Neapolitani, ex decreto eiuſd. 7. Febr. 1653. *apud eundem Regent. arreſt.*663.

67 Immo omnes Hyſpani originarij cũ eorum familia gaudent dicta immunitate, ſi non ſint in Regno vxorati, ex decreto 9. Iunij 1650. *apud eund. de Marin.arreſt.*646.

68 Mercatores Mediolanenſes, alijque Lombardi, vel alterius nationis Italæ, qui habitant, cum eorum familia, in aliqua Regni Ciuitate per decennium, vel poſſident bona ſtabilia, ſunt, ſi numerentur, focularia illius loci; ſi verò non habeant firmum domicilium, ſed ex cauſa negotiationis, vel alterius recedant, & redeant, ſunt deducendi, ex noſtris Inſtructionibus *loc. cit. nu.*5.& decreto Regiæ Cameræ 30. Martij 1582. *apud Regent. de Marin. arreſt.* 435.*&* *arreſt.*391.*&* 654.

69 Ratio eſt, quia in primo caſu præſumitur, contraxiſſe domicilium, ſecus in ſecundo, ex illa qualitate, & circunſtantijs, vt ſæpius diximus; ſed tamen in primo datur probatio in contrariũ, ſi probauerit, in ſua patria habere familiam, vt ex decreto Regiæ Cameræ *apud eundem de Marin.arreſt.*385.

70 Sic etiam, ſi ſit mercator Regnicola, & probet, alibi habere familiam, vt Regia Camera *apud eundẽ arreſt.*478.*&* 489.& hæc ſufficiant pro hac Rubrica.

TITVLVS VNDECIMVS.

De Illyrieis, vulgò Sclauonibus, Græcis, & Albanenſibus.

ARGVMENTVM.

In præſenti agitur de exteris diuerſorum Regnorum, degentibus in partibus Orientalibus, & Borealibus, accedentibus ad habitandum in noſtro Regno, quales ſunt Illyrici, ſeu Sclauones, Græci, & Albanenſes, quomodo ſint numerandi, & de eorum iure in Numeratione.

SVMMARIVM.

1 *Illyrici, Albanenſes, & Græci, inuaſi, & expulſi ab Imperatore Ottomano.*
2 *Illyrici deſcriptio, æthymologia, & diuiſio geographica, & de moribus nationalium.*
3 *Albaniæ Regionis deſcriptio, mores habitantium, & fines.*
4 *Græciæ deſcriptio.*
5 *Nationes ſupradictæ, per diuerſa loca vagantes, ad hoc Regnum diuerſis temporibus ad habitandum ſe contulere, ſunt inter vaſallos reputãdæ, nec ſoluunt onera fiſcalia ordinaria, ſed tantùm carolenos vndecim pro quolibet fumante, medietatem onerum extraordinariorum.*
6 *Habitantes in Caſalibus inhabitatis, & ſoluunt certu m quid Baroni.*
7 *Solebant numerari ſingulis annis.*
8 *Dicuntur focularia extraordinaria.*
9 *Poſſunt ex cauſa expelli à Regno.*
10 *Perceptor Prouincialis debet eos quolibet anno numerare.*
11 *Si habitauerint ſpatio viginti annorum, vxorem duxerint, & emerint ſtabilia, ſunt numerandi in Numeratione ordinaria, & tenentur ſoluere Baroni adiutoria.*
12 *Si Baro velit Caſale inhabitatum reducere ad priſtinum, debet hoc facere cum Principis licentia, & inducere ad habitandũ dictas Nationes, aliaſq; exteras.*

X 13 Po-

13 *Ponitur Regula numerandi dictas Nationes.*
14 *Decreta Regiæ Cameræ, & Iſtructiones, tenendæ à Numeratore in diſcuſſione ſupradictorum.*
15 *Si habent animum permanendi, ſunt focularia, aliàs ſecus.*
16 *Agitur de AEgyptiacis, vulgò Zingaris, de eorum origine, & qualitate, & ſcitijs, & vitijs, & in quo dominio ad præſens exiſtant, & de eorum Officialibus.*
17 *Zingari dicuntur infames, & nõ admittuntur in teſtes.*
18 *Limitatur in delictis atrocioribus.*
19 *Deo eorum pœnis, & delictis.*
20 *Zingari quomodo numerandi?*

1 IN *hac rubrica* agitur de tribus Nationibus exteris, quæ in hoc Regno ſolent accedere ad habitandum, é proprijs ſedibus expulſæ à Tyranno Octomano, licét iuſto D.O.M. iudicio, quia non ſunt in vnitate, & obedientia Dei Vicarij. Hi ſunt Illyrici, Sclauones, Albanenſes, & Græci.

2 Eſt Illyricum regio Europæ, ſita ad oram dexteram Adriatici, dicta ab Illyrico, Cadmi filio: à Geographis diuiditur in Liburniam, & Dalmatiam; Liburnia ad præſens dicitur Croatia, cuius incolæ ſemper potentes in armis extitere, optimarum nauium inuentores, quibus Octauianus Cæſar Marcum Antonium nauali pugna ſuperauit; Dalmatia dicitur etiam Sclauonia à populis mancipijs, ſeu ſclauoſibus, qui tempore Iuſtiniani Imperatoris tranſierunt Danubium ad has regiones incolendas: Habet plures Ciuitates, & Oppida, præcipuæ ſunt Patena, vulgó Zara, celebre Fortilitium, cum ämpliſſimo ponte, ſub dominio inclytæ Reipublicæ Venetæ: Libinicũ, Cloſsã, & in parte Liburnica Aſcliuiũ, vulgò Cattaro, Raguſia dicta antiquitus Epidaurus, ſeu Epitaurum, quæ ad præſens eſt Reſpublica: de his Strabo *lib.8.* & Virg. meminit *lib.1. AEneados*:

Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus,
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timaui.

Verum tamen eſt, quod tempore Romani Imperij hæc regio ſe extendebat à Gallia vſque ad Danubium; ſed tamen ad præſens, iuxta modernam deſcriptionem, diuiditur in Croatiam, Boſſinam, & Sclauoniam, vt Atlas maior *in tabula Sclauoniæ, fol.303.* Atlas minor *in eadem deſcriptione, fol. 635.* Atlas nouiſſimus *tom.1. dicta tabula, fol.30.* de quibus Rota *parte 12. rec. dec.105. nu.14.*

3 Albania eſt Regio Orientalis, cuius incolæ, ab Aſia oriundi, & à Tartaris expulſi, ad hanc ſe contulere, ſic dicta, quia homines ſæpeſæpius albi naſcũtur, præpotentes in equeſtri militia, qui ſub auſpicijs Georgij Scanderebech, ſtrenuiſſimi Ducis ex nobiliſſima Caſtriatorum familia, mira geſſerunt contra Turchas, de quo, vltra Hiſtoricos, maximo cum honore commemorat Rota *part.16. rec. dec. 36.* & licèt ſit ſita in Græcia, tamen naturales diſtincto loquuntur idiomate, & vtplurimnm vocabulis monoſyllabis: in ea olim Pyrrus, infeſtiſſimus Romanorum hoſtis, regnauit, habet terminos à Septentrione Macedoniam, ab Oriente Acaiam, ab Occidente mare Ioniũ, & à Meridie Inſulam Cretæ: habet plures Ciuitates Dyrachium, Apolloniam, vulgò la Velona, Ceraunium, vulgò la Cimera, vnde Ceraunci, ſeu Acroceraunei ſcopuli. In Regno noſtro adſunt ab his plura Oppida habitata, ſignanter in noſtra Prouincia, prope Ciuitatem Tarenti, & in Prouincia Calabriæ.

4 Græcia eſt vaſtiſſima Europæ regio, olim obtinens Orbis Imperium ſub Alexandro Magno Macedone, deinde fuit à Romanis occupata, & adpræſens ab eodem immaniſſimo Turcha; Plures habet Prouincias, & Regna, Atcaniam, AEtoliam, Teſſaliam, Peloponeſum, ſeu Moream, Regnum Cretę, Acaiam, &c. Græci olim armis, & litteris valde fuerunt excellentes; vnde ſeptem Græciæ Sapientes ex Ciuitate Athenatum. In Regno adſunt aliquæ huius Nationis coloniæ, in Prouincijs ſcilicet Calabriæ, & Hydrunti, vide

vide plura apud Plin. Tolom. & Strabon. & nouiſſimè apud Boter. *in ſuis relationibus par.1. lib.1. in deſcriptione Europæ*.

5 Omnes ſupradictæ Nationes, ob Turcharum inuaſionem, ad hoc Regnũ deuenerunt, & ab initio non habebant ſedem permanentem, ſed per diuerſa loca vagabantur, domos ſubterraneas, & tentoria incolentes, & ex praua eorum natura, maximè Græci, ſunt rixoſi, inquieti, rapaces, mendaces, & proditores, vicinis valde infeſti; ideo non ſunt inter vaſallos reputandi, nec ſoluunt onera fiſcalia ordinaria, ſed tantùm carolenos vndecim pro qualibet familia, & medietatem onerum extraordinariorum, nec ipſis ſal diſpenſatur, ex determinationibus Re-
6 gis Alphonſi, & Ferdinandi Primi; & ſi habitant in Caſalibus inhabitatis,
7 ſoluunt certum quid Baroni; & ſingulis annis ſolebant antiquitus numerari: de ijs latè Frecc. *de ſubfeud. lib.2. qu.10.nu.8.& qu.11.nu.8.* Regens Moles *de Regijs fiſcalibus*, §.1.*nu.*100. Salernitan.*dec.38. & dec.*40. Nouar. *in*
8 *pragm.1.de appret.num.23.* & dicuntur focularia extraordinaria: quia non numerantur in Numeratione ordinaria, Mol.*loc.citato*, & poſſunt quando-
9 cunq; expelli, cùm ratio poſtulat, ex eorum praua natura, argumento *l. quod ſi nolit*, §.*qui aſſidua*, *ff.de ædilit.*
10 *edicto*, & Perceptor Prouincialis quolibet anno debet dictos numerare ad finem exigendi focularia, aliàs tenetur de proprio ſecundùm Numerationem anni præcedentis, vt Regia Camera *apud de Marin.arr.22.*

11 Benè verum eſt, quod, ſi habitauerint ſpatio viginti annorum in loco, duxerint vxorem, emerint domum, & ſtabilia, tunc quia habent animum permanendi, acquirunt ciuilitatem in loco, ſunt numerandi in Numeratione ordinaria, & ſoluunt, vt cæteri ciues, Frecc.*dicta qu.10.nu.5.* & tenentur Baronibus ſoluere adiutoria, de quibus *in conſtit.quamplurimum*, Frecc.*loc.cit. & qu.11.* & in Taxa Adohæ pro vaſallis burgenſibus numerantur, & taxantur, Iacob. de Aiell. *de iure adohæ*, *nu.*57. Loffred. *ad Andr. in c.1. tit.quis dicatur Dux*, *&c.* Thor. *in comp.dec.par.1. verb.adoha*.

12 Notandum eſt etiam, quod, ſi Baro habeat feudum quaternatum, ſeu Caſale inhabitatum, & ipſum velit reducere ad priſtinum, & vaſallis replere, quod poterit cum Principis licentia, aliàs ſecus, *vt in conſtitutione Regn. Caſtra*, Afflict.*deciſ.*267. *nu.*70. Regens de Pont. *de poteſtate Proregis, in rubrica de diuerſis prouiſionibus, tit.de feudis inhabit.* vbi Thor. addens: tunc conceditur hæc licentia, dummodo inducantur ad habitandum AEpyrotæ, Græci, Albanenſes, aliæq; Nationes extra Regnum, ne fiat præiudicium Regio Fiſco, Baronibus, & Terris Demanialibus, de Pont. & Thorus *vbi ſup.* Capiblanc. *de Baronib.pragm.11.nu.1.& 81.*

§. I.

13 IN Terris, aut Caſalibus habitatis in Prouincia, ſeu Repartimento Regij Numeratoris à Sclauonibus, Græcis, & Albanenſibus, debet adhiberi diligentia habendi eorum numerum, quia multoties occultantur, vel habitant in domibus ſubterraneis, gryptis, & tentorijs paleæ, & debet ſumi informatio à circunuicinis, vel alijs informatis, vt habeatur notitia de eorum habitatione; quibus inuentis, debet notari modus viuendi, ſi ſint deſcripti in libris eſtimi, aut collectarum, quos in ſui poſſe habere procuret Numerator, & de ijs habere rationem, quæ de iure habenda erit, & numeret ſicut alios Regnicolas, cum diſtinctione tamen; & ſi eorum vxores ſint Regnicolæ, deferant iuramentum Deputatis, & alijs examinandis, prout ſibi videbitur. Item deſcribat ætatem, exercitium, & bona, diſtinctè, & clarè, in margine focularis numerati, vt ex Inſtructionibus *cap.11.in principio*.

14 In diſcuſſione focularium ſupradictorum eſt videndum, ſi ſint notati in libro eſtimi, aut collectarum vniuerſitatis, tunc remaneant pro focularibus;

ſic etiam ſi habitauerint in loco ſpatio annorum 30. vt ex Inſtructionibus anni 1591.*cap.39.* 40. & nouiſſima determinatione Regiæ Cameræ anni 1661; ſic etiam ſi habitent,& ſint deſcripti in Cataſto ratione bonorum, vel capitis,vt ex dd. Inſtructionibus,& in nouiſſimis *loc.cit.nu.2.*Sic etiã,ſi habitent extra Terram, in ſuburbijs, vel in territorio, ſpatio triginta annorum, licèt non ſint deſcripti in Cataſto, aut alijs libris, ex Inſtructionibus anni 1591.*cap.43.*& in nouiſſimis *nu.3.*

15 Intellige hæc omnia, ſi adſit habitationis ſignum,& animus permanendi; alias ſecus: quia tanquam oues errantes ſunt tractandi,ex mente Regiæ Cameræ, & rationibus,adductis *in rubrica de vagabundis*.

§. II.

16 OCcaſione noſtræ Rubricæ agẽdum duximus de alio hominum genere extero, in Regno noſtro valde frequente, & eſt genus AEgyptiacũ,vulgò Zingari,populi ex AEgipti Regione,ſita inter Aphricã, & Aſiã: à prima diuiſa per Oppidum Canocẽũ in oſtio Nili, à ſecunda per Peluſium, à nonnullis Geographis collocatum inter regiones Aſiæ, ab alijs Aphricæ, vt Ptolom.& Boter. *in ſuis relat.par.2. lib.3.* Eſt regio calidiſſima,in qua quaſi nunquam pluuiæ videntur,eſt tamen feraciſſima, à Nilo, flumine famigeratiſſimo, fœcundata, ſeptem ſuis oſtijs nauigabile, plures ſpecies piſcium in ſuo ſinu continente: antiqui AEgyptij in maxima fuere eſtimatione, & aliquando Orbis Imperium obtinuerũt, in ſcientijs valde inſignes, Geometriæ inuentores ſecundùm aliquorum opinionem, Phyloſophi, & præcipui Aſtrologiæ ſectatores, motus Solis, Lunæ, & ſiderum inueſtigatores, & quibus futura prædicebant,non solùm ex cauſis naturalibus, ſed etiam liberis prouenientia, quod prorſus vetitum eſt, cùm ſit iudiciaria Aſtrologia,à iuribus, & ſacris Canonibus vetita, *vt in tit.Codicis de maleſic.& mathemat.*quæ fallax eſt etiam iuxta ſenſum Gentilium,teſte Tacit. *lib.17. annalium*: ibi: *Genus hominum,potentibus infidum, ſperantibus fallax, &c.* latè Martin. de Rio *diſq.magic. lib.4.cap.3. qu.1.*quod non eſt in ſcientia Aſtrologiæ naturalis, vt docent Suarez *de religion. lib.2.de ſuperſt. cap.11. à nu.8.* Sanchez *in Decalog. tom.1.lib.2.cap.38. nu.28.*latè Carena *de offic.S.Inq.par.2. cap.12.§.11.à nu.65*;Ex hoc AEgyptiaci valde fuerunt ſuperſtitioſi, malefici, cabaliſtæ, & negromantici: maximè numeris,& figuris,tribuebant,eorum litteras corporibus auium conficiebant, arte architectoria oblectabantur; vnde Triſmegiſti, Pitagora, & alij inſignes Filoſophi ad ſcientias addiſcendas in AEgyptum conuolarunt. AEgypti regione ab immane communi hoſte Ottomano tyrannicè occupata, vel coacti, vel ſponte eius dominium indignantes, in diuerſis Europæ partibus profugi ſe contulerũt,præcipuè in Italia, & in noſtro Regno, & priſcis temporibus, quia rectè ſe gerebant,Chriſtianam Religionem profitendo, fuerunt benignè accepti, teſte Rouit. *in pragm.1. hoc tit.* deinde,quia malis moribus, vt eſt dicta natio, imbuti, in reprobum ſtatum ſe dederunt,profugi,& errones per loca vagando,rapinis viuebãt,& ſuperſtitionibus abſq; vlla Religionis ſcintilla, malis moribus, eorum malo exẽplo loca, per quæ tranſibant, imbuebant; ideo fuerunt à Regno expulſi tanquam genus hominum proteruum, & infamiſſimum, *vt in d.pragm.1.* niſi tamen habeant licentiam à Principe, qua conceſſa, etiam concedit eorum Caput,& Conſulem artis, quam exercent,pro differentijs dirimendis, teſtè Nouar.*in d.prag.nu.7.* Caſtill. *dec.129. tom.2.* De ijs alia tradit Ricciull. *in tract. de perſonis, quæ in hac Repub. verſantur,lib.8.à nu.1.vſq;ad 4.*

17 Ex ſupradictis ideo AEgyptij, ſeu Zingari, qui per hoc Regnum vagantur,dicuntur infames,& repelluntur à teſtimonio ferendo, ex regula *l.3.§.lex Iulia,ff.de teſtibus, cap.teſtimonium,cap. licèt*

licèt quadam, *& cap. ex parte, de teſtibus*, Triuiſan. *dec.* 49. *nu.* 71. *& dec.* 53. *lib.* 2. Franciſc. Marc. *dec.* 667. *volum.* 1.
18 niſi agatur de criminibus atrocibus, vti crimen læſæ Maieſtatis, Diuinæ, & humanæ, *cap. licet, de Simonia*, Triuiſan. *dec.* 5. *nu.* 4. *lib.* 2. vel niſi agatur inter ipſos Zingaros, *ex l. quenquam, Cod. de Epiſcopis, & cleric.* Guid. Papa *dec.* 500.
19 *nu.* 3. & in delictis in hoc Regno puniuntur pœnis ſtatutarijs, prout exteri omnes, qui ſunt extra Regnum, Rouit. & Nouar. *in d. prag. nu.* 8. Alia de hoc peſſimo hominum genere vide apud Martin. del Rio *lib* 4. *cap.* 3. *qu.* 5. Creſp. *de odio ſatanæ*, *lib.* 1. *diſcurſ.* 12. Azeued. *lib.* 8. *tit.* 11. *l.* 11. *nouæ recopil.* Alciat. *lib.* 5. *parergon*, *cap.* 3. Petr. Gregor. *ſyntagmat. Iur. vniuerſ. lib.* 34. *cap.* 16. Rouitus, & Nouarius *in d. pragm.* 1. Nazar. *in p. p. D. Thomæ, tom.* 3. *qu.* 114. *art.* 4. Torre blanc. *de mag. lib.* 1. *cap.* 10. *à nu.* 30. Carena *de offic. S. Inquiſit. p.* 2. *tit.* 12. *S.* 17. *à nu.* 157.
20 Pro Zingaris in Numeratione, ſumenda eſt regula, prout *in titulo de vagabundis, & exteris*; ſi tamen Zingarus vxorem ducat ciuem alicuius loci, & ibi per longum tempus habitet, non vagando, vt mos illorum eſt, bona poſſideat, & in Cataſto ſit deſcriptus pro capite; & ſoluerit collectas, tunc remanet pro foculari; ſecus verò, ſi nil poſſideat, aut habeat vxorem ſuæ nationis, & per loca errans tranſierit, ex decreto Regiæ Cameræ 27. Iunij 1672. in aula Domini Locũtenentis; & in dubio Zingarus præſumitur aduentitius, & errans, ex ſupra adductis, & colligitur ex diſpoſitione Regiæ Pragmaticæ 1. *tit. de Zingaris*, Ricciull. *dict. tract. cap.* 3.

TITVLVS DVODECIMVS.

De Baronibus.

ARGVMENTVM.

Agitur *in hac rubrica* de Baronibus Regni, deſcriptis in Numeratione, & hac occaſione de eorum dignitate, & alijs, ad materiam pertinentibus.

SVMMARIVM.

1 *In Regno Neapolitano multi ſunt Barones.*
2 *Adducuntur Doctores, qui agunt de Baronibus.*
3 *Baro quis dicatur?*
4 *Verbum*, Baro, *quid ſonet? & eius officium.*
5 *Baro aliquando appellatur fidelis, & miles.*
6 *Quomodo dicatur hebraico idiomate?*
7 *Barones olim erant filij ſecundogeniti Regum.*
8 *Baro propriè dicitur, qui Terras cum vaſallis, & iuriſdictione obtinet immediatè à Principe cum hoc titulo.*
9 *Baro dicitur, qui ſub ſe habet plures ſubfeudatarios, & conſenſu Domini, aut qui poſſidet plures Terras per modum vnius.*
10 *Baronia dicitur Vniuerſitas.*
11 *Qui non habet feudum cum his conditionibus, non dicitur verè Baro, ſed Feudatarius.*
12 *Nomen* Feudatarij *eſt tanquam genus.*
13 *Feudatarius non poteſt dici, qui non habet in redditu Feudi vncias viginti.*
14 *Baronia eſt Dignitas, ſeu titulus regalis, ſicuti cæteri.*
15 *Titulus Baronis tenet vltimum gradum.*
16 *Nomen* Baro, *ſumptum in genere, continet omnes titulos.*
17 *Baronia an ſit Dignitas regalis? inquiritur.*
18 *De origine, & ethymologia Baronum, remiſſiuè.*
19 *Appellatione Baronum qui veniant in materia Numerationis? inquiritur.*
20 *Reſoluitur.*
21 *De Baronum prærogatiuis, obligationibus erga Dominum directum, & vaſallos burgenſes, remiſſiuè.*
22 *Baro dicitur primus Ciuis ſuarum Terram, de iure communi, & Regni.*
23 *Baro an dicatur propriè ciuis, ſaltem per allectionem?*
24 *Reſoluitur affirmatiuè, immo dicitur caput Ciuitatis.*

25 *Dum*

25 *Dum caput dolet, cætera membra languet.*
26 *Baro, & eius filij, poſſunt ordinari ab Epiſcopo loci, quem poſſident, licèt alibi ſint nati, aut numerati, & ſi poſſidēt diuerſa loca in diuerſis diœceſibus, ab vnoquoq; Epiſcopo ordinari poſſūt.*
27 *Baro gaudet prærogatiuis, conceſſis Vniuerſitati.*
28 *Baro poteſt aſſiſtere in viſione computorum Syndici, & Electorum, ſed non poteſt inſtare pro reuiſione.*
29 *Baro eſt immunis à gabellis ſuæ vniuerſitatis.*
30 *Ampliatur, ſecundùm aliquos, in gabella farinæ, etiam pro negotiatione.*
31 *Explicatur, & reſtringitur hæc opinio.*
32 *Operarij exteri in bonis feudalibus ſunt immunes à gabella, ſed hæc immunitas cedit in beneficium operarij, & non Baronis.*
33 *Baro debet ſoluere bonatenentiam iuxta Cataſtum pro bonis burgenſaticis, quæ poſſidet in ſuo loco, etiam ſi ſit Ciuis Neapolitanus.*
34 *Limitatur reſpectu Ciuis Neapolitani in annuis redditibus.*
35 *Baro propriè non dicitur, qui emit feudum propria pecunia nomine alterius cum recognitione.*
36 *Qui poſſidet feudum quaternatum, aut Baroniam, eſt verè nobilis.*
36 *Declaratur cōcluſio, ſecundùm aliquos, in feudo antiquo, vel conceſſo pro meritis, non autem in feudo, pecunia cōparato.*
38 *Nobilitas quid ſit?*
39 *Declaratur ſupradicta opinio.*
40 *In Regno adſunt Barones titulati ex antiquiſſimis familijs, & dicuntur Magnates Regni.*
41 *Adducitur regula in Numeratione Baronum.*
42 *Barones quomodo ſint deducendi à Numeratione, vel potiùs aggregandi, & ſint focularia in eadem Terra?*
43 *Barones, habitantes in aliquo loco, extra ſuam terram, quomodo numerandi?*
44 *Baro, numeratus ſub foculare ſui Aui Baronis in antecedenti Numeratione ſuæ Terræ, ſi, mortuo Auo, fuerit repertus in Oſtiaria, eſt foculare?*
45 *Baro, alibi numeratus in antecedenti Numeratione oſtiatim, ſed aggregatus in propria Terra, ſi in noua Numeratione numeretur, eſt foculare.*
46 *Baro criminalis numeratus oſtiatim in ſua Terra, ſed in antecedenti alibi, an ſit foculare in propria Terra? Adducitur ratio negatiua, ſed concluditur pro opinione affirmatiua.*

1 BAronеs in hoc Regno adeo creuerunt, vt pauca loca ſint demanialia, ideo deſcribuntur in Numeratione in eorum Terris, in quibus habitant, vel in quibus ſunt originarij, vel in alijs, vbi habent domicilium, ſi tamen non ſint Equites Neapolita-
2 ni; & ideo ponitur hæc *rubrica*, & de Baronibus, eorunq; authoritate latè agunt Freccia *de ſubfeudis*, Rouit. Capiblanc. Nouar. *in pragm. de Baron.* & alij, Conſiliarius Petra *in ritu M. C.* 273. *à nu.* 15.
3 Ad cuius ornatum, ſciendum eſt, quod Baro eſt perſona, in dignitate conſtituta, ex iuriſdictione, & poteſtate, quam obtinet in ſubditos, teſte Bald. *in cap. innotuit, column. final. de elect.* Curſ. iun. *de feudis, par.* 2. *column.* 26. & eſt textus *in cap. fundamenta*, §.
4 *finali, de electione in* 6; Baro, ſi græcum idioma inſpicies, idem ſonat, ac fortis, & ſtrenuus in laboribus, Luc. de Penn. *in l. fin. column. fin. C. de mancip. & col. lib.* 11. Anton. de Alex. *in cap. ſimiliter, de capitan. qui Cur. vendid.* & ideo ſtrenuè ſe gerere debet pro defenſione Domini, à quo obtinuit Baroniam, & pro eo incommoda pati in occaſione belli, præcipuè ob iuramentum fidelitatis, Andr. *in rubric. de feud. & in* §. *ſed nec alia, tit. quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi, & in cap.* 1. *de noua*
5 *forma fidelitatis*; Hinc aliquando fidelis appellatur, & miles, *cap.* 1. §. *idem ſi fidelis, tit. quibus modis feud. amittatur, cap.* 1. *de capitulis Corradi*, & obtinens Baroniam, debet eſſe aptus ad militiam, Andr. *vbi ſupra*, Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *tit.* 1. *nu.* 6. Si verò Hebrai-
6 cum idioma, Baro idem ſonat, ac Filius,

lius, erant nanque Barones filij Regum, quos cùm pater non valeret omnes Reges facere, cùm Regnum ſit indiuiſibile, & duos non capiat, inueſtie-
7 bat ſecundogenitos Terris, & Oppidis cum iuriſdictione, & Imperio, cum hoc vocabulo, Luc. de Penn. *loc. cit.* Albericus *in dictionario, verb. Baro*, Alciat. *lib. 5. parergon, cap. 16.* Caſſan. *in catalog. gloriæ Mundi, par. 8. conſiderat. 15. & part. 5. conſiderat. fin.* Frecc. *de ſubfeud. lib. 1. tit. de origine Baronum*, Marc. Ant. Surg. *de Neapoli illuſtrata, cap. 23. nu. 3.* Bouadill. *in ſua polytica, lib. 2. cap. 16.* Fontanell. *de pact. nuptialib. clauſul. 4. gloſ. 10. par. 1.* Capiblanc. *de Baronibus, tom. 1. in proœm. à nu. 6.*
8 Ex hoc colligitur, quod is dicitur Baro, qui Terram, aut Caſtrum cum vaſallis, & iuriſdictione obtiner immediatè à Principe, cum hoc titulo, Andr. *in cap. 1. §. ſimiliter, de capitan. qui Cur. vendid. column. 6.* Freccia *de ſubfeud. tit. qui dicantur Baro*, Rouit. *in rubrica de Baronibus*, Grammat. *dec. 34. 104.* Gabet. *dec. Luſit. 104. par. 2.* vel qui
9 habet ſub ſe plures ſubfeudatarios, qui ab eo de conſenſu Domini feuda recognoſcunt, And. *loc. cit. column. 2. & in conſtit. poſt mortem*, Frecc. *loc. cit. à nu. 26.* Regens de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. regio ſuper alienatione feudorum, à nu. 2. & conſ. 132. lib. 2.* Galeot. *lib. 1. controu. illuſtr. cap. 53.* Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 4. cap. 2. nu. 45.* aut qui poſſidet plures Terras per modũ vnius cum vno capite, à quo omnes, tanquam membra, dependent, & ideo
10 Baronia dicitur Vniuerſitas facti, ſicut Territorium Vniuerſitas agrorum, Andr. *in d. cap. ſimiliter, & in dict. conſt. poſt mortem, & in conſtitut. ſi alijs*, & eſt ad inſtar Comitatus, & Marchionatus, Frecc. *dict. tract. tit. quis dicatur Comes, num. 3.* de Pont. *vbi ſupra*, vbi Thor. Andr. de Georg. *alleg. 5. & 50.* & nouiſſimè Conſil. Petra *in rit. M. C. 273. à nu. 14. 62.* vbi eruditè tractat de materia.
11 Hinc infertur, quod qui non habet feudum cum hoc titulo, iuriſdictione, & vaſallis, non dicitur Baro, nec gaudet prærogatiuis, conceſſis Baronibus, ſed appellatur Feudatarius, Andr. *in dicto cap. 1. nu. 23.* Frecc. *in dict. tract. lib. 1. tit. de origin. Baron. & lib. 2. eodem tit. nu. 6.* Capiblanc. *vbi ſupra, à nu. 13.* aut Baro impropriè, Nouar. *in collect. pragm. in rubrica de Baronibus*, immo
12 Feudatarius ſe habet, vt genus: omnis enim Baro, Comes, & Marchio, dicitur Feudatarius, ſed non è contra, & qui à Rege, vel Regia Curia poſſidet feudum, ſaltem in redditu vnciarum
13 20. dicitur Feudatarius, Andr. *in dicto cap. ſimiliter, & in conſtit. honorem, column. 3.* Frecc. *in dicto tractatu, lib. 2. tit. quis dicatur feudatarius in Regno*, & qui non habet talem redditum, vel dimidiatum feudum, non dicitur feudatarius, Andr. *vbi ſupra*, & Frecc. *nu. 3.* nec Baro, qui non habet illas qualitates, licèt plura feuda diſtincta poſſideat, vt diximus *ſupra*, & probat Afflict. *in conſtit. Comites*, Gramm. *conſil. ciuili 68. & dec. 104.* Capiblanc. *loc.*
14 *cit. num. 15.* quia Baronia eſt dignitas, ſeu titulus regalis, ſicuti Marchiona-
15 tus, Ducatus, Comitatus, licèt vltimũ teneat gradum, Frecc. *nu. 3. tit. de different. feudorum regal.* Si tamen Baro
16 ſumatur in genere, in hoc vocabulo continentur omnes Titulati, Marchionatus, Comitatus, &c. vnde vulgò iactari ſolent Barones Regni, tamen propriè hanc dignitatem complectitur, quæ eſt primus gradus ad alias, ſicuti prima tonſura ad alios ordines, Frecc. *lib. 2. tit. quis dicatur Comes, nu. 49.* Capiblanc. *vbi ſupra, nu. 24. 25.* Regens de Pont. *de poteſt. Prorcg. tit. de aſſenſibus Regijs præſtandis, fol. mihi 285.*
17 Licèt ſit controuerſia inter Doctores, an Baronia ſit dignitas Regalis, de qua Frecc. *lib. 1. tit. de origine Baronum*, Capiblanc. & de Pont. *vbi ſupra*; & an in alienatione Baroniæ requiratur aſſenſus Regis, ſicut in alijs feudis dignitatũ, nec ſufficiat Proregis, ex diſpoſitione *Regiæ pragm. 4. de feudis*, de qua Scurff. *conſ. 127. nu. 5.* & Conſil. Petra *loc. cit. nu. 61.*
18 Alia plura de origine, ac ethymologia Baronum, vide apud Andr. *in dicto cap.*

cap.1. tit.quis dicatur Dux, Frecc. *loc. cit.* Regent. de Pont. *lection.feudal.6. nu.43.& lect.7.* Regens de Curt.*in ſuo diuerſor.feudal.par.1.* Contard.*in templo Iudicum,lib.1.de Magiſtratibus Regni,cap.4.5.6.7.* Forcatul.*de feud.cap.3.* Renat. Coppin. *de demanio Franciæ, lib.3.tit. à quo creatur Dux*, *Marchio, &c.*Fronſter. *de iuriſdict. Roman.part. 2.ſect.3.nu.10.* Ripoll.*de regalibus,cap. 5.*Maſtrillus *de magiſtratibus,lib.4.cap. 5.6.7.* Fontanell. & Capiblanc. *loc.cit.* Varat. *in Theatro feudali,tom.1. par.5. dilucidat.26.*Conſil.Petra *loc.citato.*

19 Sed quæritur, an appellatione Baronum,in materia noſtra, veniant Titulati tantùm, an etiam Feudatarij, qui feuda in capite à Regia Curia poſſident, ſiue cum vaſallis, ſiue non?

Et videtur negatiuè reſpondendū, quia, vt diximus, Feudatarij non ſunt propriè Barones, nec valet inferre ab vna qualitate ad aliam,argumento *l.ſi vnus,§.ante omnia,ff.de pactis.*

20 Sed tamen in contrarium eſt veritas:quia in Inſtructionibus,& in rubrica, etiam complectūtur Feudatarij,ex identitate rationis, & Barones in ea accipiuntur in genere generaliſſimo, & ſecundùm communem vſum loquēdi;vnde,ſi in diſpoſitione comprehenduntur caſus improprij, etiam in rubrica debent includi, Io:Andr. *in cap. quoniam, de immunit.Eccleſ.in 6.* Regens de Pont. *conſ.2.* & in ſimilibus terminis Capiblanc. *in rubr. de Baronibus,à n.35.*Regens de Pont. & Thor. *vbi ſupra.*

21 Quæ ſint Baronum prærogatiuæ, quæ obligationes erga Dominum directum, quæ erga vaſallos burgenſes, & alia, vide apud Alciat. *lib.5. parergon,cap.16.*Petr.Calefat. *in libello de equeſtri militia, nu.112. 113.* Bouadill. *in ſua polytic.lib.2.cap.16.*Caſſan. *in catalago gloriæ Mund. par. 8. conſid. 39.* Fontanell.*de pactis nuptialib.clauſul.4. gloſ.10.par.1. tom.1. & clauſul.5.gloſ.4.* Chriſtof. Beſold. *diſcurſu polytic. & theſ.practicarum vocum*, Calefat.*de dignitate equeſtri, nu.12.* & alios apud Conſil. Petra *dicto ritu 233. à num.14.* Luc.de Penn.*in l.vlt.* Frecc.Capiblāc. & Rouit.*locis citatis*, Conſil.Rocc. *reſponſ.82.lib.1.& in interpetrat.ad tit.de forma fidelitat.& ad tit. de noua forma fidelitatis.*

22 Vnum tamen non eſt prætermittendum pro materia noſtra, quod Baro dicitur primus Ciuis ſuarum Terrarum,non ſolùm de iure communi, vt Boer. *deciſ.240.* Auendan. *de exequutione mandati, lib.1.cap.4. num.25.* Cancer. *lib.3.variarum,cap.4.num.63.* Cyriacus *controuerſ.543. num.12.* ſed etiam de iure Regni, ſicuti appellatur *in pragmat. 5. §.2. de adminiſtratoribus vniuerſitatum, & in pragm.12. de Baronibus*, vbi Capiblanc. *tom.1. & tom.2. cap.84.nu.5.* Rouit.*nu.2.* Nouarius *nu.7.* de Pont. *de poteſtate Proreg. tit.de elect. official.§.2.* Thorus *in compendio dec.verb.Baro,par.1.* Cannauer. *dec.30.*

23 Sed an dicatur Ciuis propriè, ſaltem per allectionem, aut impropriè? certant Doctores, & eſſe impropriè ciuem per præſumptam allectionem, tenet Boſſ.*tit.de Principe,nu.363.*Frāc. *dec.197.nu.18.* Galcot.*lib.2. controuerſ. illuſtr.cap.67.nu.4.*

24 Sed tamen contraria opinio mihi magis probatur: quia cùm habet poteſtatem, & iuriſdictionem cum mero, & miſto Imperio in Ciuitate, dicitur caput ciuium, Bart. *in l.obſeruare, §. proficiſci, nu.12.ff.de Offic.Proconſul.* & alij ciues membra huius corporis ficti. Debet propriè dici ciuis, licèt in ea non naſcatur, aut non habeat domicilium,argumento *l.mortuo,ff.de fideiuſſorib.l.ſed ſi hac, § qui manumittuntur, ff.de in ius vocando*, ſic argumentatur Boer.*dec.260.* & ſicuti corpus naturale conſtat ex capite, & membris,aliquibus principalibus, aliquibus minùs principalibus,ſic pariter hoc miſticum, ſeu polyticum corpus Ciuitatis, conſtat capite, ſcilicet Barone, Ciuibus nobilibus, honeſtis, & ciuiliter viuentibus,& plebeis, & ſicut caput phyſicè influit ſpiritus animales in corpus, & dicit vnitatem,ſic etiam Baro; vnde, ſi

25 caput doleat,ſcilicet ſi Baro ſit malus, aut

aut Tyrannus, cætera membra langueſcere oportet, iuxta illud Matthæi *cap.* 2. ibi: *Audiens autem Herodes Rex, turbatus eſt, & omnis Hyeroſolima cum illo*; ſi ergo eiues dicuntur membra Ciuitatis, multò magis Baro, qui eſt caput, argumento *auth. multò magis, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* ſic tenet Reuerendus de Luca *ad Franch. dicta dec.* 197. *nu.* 2. & argumentatur doctiſſimus Conſil.
26 de Roſa *conſult.* 9. *nu.* 26. vnde ipſe, & ipſius filij, poſſunt ordinari ab Epiſcopis Ciuitatum, quas poſſident, licèt ſint in diuerſis Diecæſibus, non obſtāte, quod ibi non habeant domicilium, Campanil. *in diuerſorio Iuris canonic. rubr.* 9. *cap.* 8. *nu.* 20. Pater Iordanus *de Sacramento ordinis, lib.* 3. *tit.* 6. *tract. p. nu.* 66. Dian. *par.* 8. *reſolut. moral. tract.* 2. *reſolut.* 16. Barboſ. *de poteſt. Epiſcopi, par.* 2. *alleg.* 4. *nu.* 32. quos ſequitur nouiſſimè doctiſſimus Conſil. Petra *in ritu Magnæ Curiæ* 173. *nu.* 173. *tom.* 3. ſetuata tamen hodie conſtitutione Innocentij XII.
27 Inde eſt, quod Baro gaudet, omnibus prærogatiuis, & priuilegijs, conceſſis ciuibus, idem de Roſ. *loc. cit. nu.*
28 34. & poteſt aſſiſtere in viſione computorum Adminiſtratorum vniuerſitatis, licèt non poſſit inſtare pro reuiſione, *vt in pragm. ſub tit. de adminiſtratoribus vniuerſitatum*, & Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 530.
29 Eſt tamen in ſua Terra immunis à gabellis, impoſitis pro rebus commeſtilibus, pro ſe, & familia, Capibl. *in pragm.* 8. *de Baronibus, par.* 1. *nu.* 164. & 273. Nouar. *de grauamin. vaſallorum par.* 2. *grauam.* 177. & 264. Conſil. Rocc. *lib.* 1. *reſponſ.* 82. *à nu.* 11. vbi refert deciſionem Collateralis Conſilij in anno
30 1638. & ampliat in gabella farinæ pro alimentis, & pro negotiatione, & Capibl. *in pragm.* 12. *de Baronibus, nu.* 12.
31 quod valdè durum mihi videtur, & perniciofum vniuerſitati: quia eſſet dare anſam fraudibus; & hoc ampliatur in omnibus feudatarijs, vt reſpectu gabellæ farinæ, & aliarum, ſint immunes pro fructibus, naſcentibus in ſuo feudo, tantùm pro ſe, & familia, quia non poſſunt duplici onere grauari, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 40. 158. 536. 566. 567. 668. ſic
32 etiam pro vſu operariorum exterorum. Sed hæc immunitas cedit in vtilitatem operarij exteri, ſic Regia Camera *apud eundem, arreſt.* 567.

Limita tamen in bonis burgenſaticis, quæ poſſidet Baro in territorio ſuę
33 Ciuitatis, quia pro his debet ſoluere bonatenentiam iuxta Cataſtum, non obſtante, quod ſit ciuis Neapolitanus, vt Regia Camera *apud eundem arreſt.* 247. quicquid ſit reſpectu an-
34 nuorum redditũum, pro quibus Baro, ciuis Neapolitanus, eſt immunis, vt Regia Camera *apud eundem, arreſt.* 651.
35 Aduertendum tamen eſt, quod Baro, aut feudatarius, dici non poteſt, qui propria pecunia emit feudum ſub nomine alterius, cum recognitione, vt fieri ſolet in Regno: quia in feudalibus non habet locum titulus Codicis *plus val. quod agit.* & Cod. *ſi qu. alt. & ſibi*, Regens de Marin. *lib.* 2. *quotid. cap.*
36 38. & Rota *par.* 9. *recent. dec.* 100. & qui poſſidet feudum quaternatum, aut Baroniam, dicitur verè nobilis: feudũ enim, præcipué cum vaſallis, inducit paradogium, & dicitur dignitas, Bart. *in l.* 1. *nu.* 46. *Cod. de dignitatibus, lib.* 12. Imol. *in cap. de mulcta, de præbend.* Siluan. *conſ.* 30. *nu.* 42. Bald. *conſ.* 129. *nu.* 4. *lib.* 2. Caſtrenſ. *conſ.* 107. *lib.* 2. Tiraquel. *de nobilitat. cap.* 7. Rota *par.* 4. *recent.*
37 *deciſ.* 551. *nu.* 5. quòd intelligendum aliqui non improbabiliter putant in feudo antiquo, vel conceſſo pro meritis, non autem in feudo pecunia comparato; alioquin quilibet ruſticus, ſine meritis, ſed ſolùm pecunia, fieret nobilis, quod valde incongruum eſt, vt Tiraquel. *loc. cit. nu.* 4. & colligitur *ex l. cùm neque, Cod. de incolis, lib.* 10. *l.* 2. *Cod. de praſ. & omn. reb. nauicul.* vbi Luc. de Penn. Bald. *in cap.* 1. §. *ex eadem, de leg. Corrad.* Iacobut. de Franchis *in prælud. feudor. tit. ſpec. feud. quæ ſint, nu.* 30:
38 Nobilitas enim nil aliud eſt, quàm vetus maiorum virtus, & opulentia, ex Ariſtot. *lib.* 4. *polytic. cap.* 8. & *lib.* 5. *cap.* 1. Tiraquell. *in dicto tract. cap.* 3. *a*

Y *num.*

*num.*11.quod non poteſt conſiderari in ignobile,emente feudum; neque facit replicatio, hoc prouenire ex ipſa feudi conceſſione,cui,ex largitate Princi-
39 pis, annexa eſt nobilitas: quia hoc intelligitur quando conceſſio fit ex meritis,non pecunia: feudum enim,comparatum ex pecunia,non dicitur verè feudum, *vt in capit.*1. *de feud.dat.in vim leg. comiſ.* Si tamen hoc feudum emptum trauſeat in deſcendentes cũ aliquo tempore conſiderabili, non debet habere locum dicta opinio: quia tunc feudum dicitur antiquum, & antiquæ diuitiæ nobilitant,Petr. de Bellapert *in l.humilem,in fine,Cod.de inceſt. nupt.* Albert.*in rubrica*, *ff.de vulgari,*
40 *& pupill.*Tiraquell.*in dicto cap.*3. Aduertendum tamen eſt, quod in Regno licèt adſint plures tituli in Baronibus, poſſidentibus Terras, aut Ciuitates, tamen adſunt aliquæ inſignes Familiæ antiquiſſimæ, quæ maximas Terras, & Ciuitates ab antiquo poſſederunt, vt olim fuit Princeps Salerni,ad præſens Biſiniani, de antiquiſſima, & nobiliſſima Sanſeuerinorum proſapia, Princeps Hoſtiliani,Abellinarum,Dux Adriæ, & Andriæ,Martinæ, Marchio Vaſti,Comes Cupreſſani, Comes Caſtri,& alij,& hi dicuntur MagnatesRegni,ad differentiam aliorum,& de his fit ſermo *in conſuet. Neapol.* quæ dicitur *mos magnatum*, vt latè Taſſon.*de antefat.verſic.*2.*obſeruat.*2.Gyptius *ad Capyc.Latr.dec.*35.

§. VNICVS.

41 SI contingerit numerari Terram, aut Ciuitas, & in ea inueniatur habere domiciliũ Baro illius loci, vel alterius Terræ, ſiue ſit ordinarius,ſiue exterus, eſt deſcribendus in oſtiaria cum vxore,filijs,ætate, & bonis, quæ poſſidet in propria Terra, in qua habet ordinariam habitationem, & detinet familiam, & Numerator debet inquirere à Deputatis veritatem, delato iuramento, & in margine focularis facere breuem, & diſtinctam notam de omnibus, vt ex Inſtructionibus *cap.*12. *in principio.*

42 Barones, habitantes in Terris,in eorum dominio exiſtentibus,regulariter debent deduci; ſed, ſi in antecedenti Numeratione ſint numerati in eadem Terra pro foculari, aut ſub foculari patruo,debent remanere,ad inſtar illorum,qui numerantur in alijs Terris,
43 quæ non ſunt de eorum dominio; exceptis tamen Baronibus, qui ſunt ciues Neapolitani, qui ſemper ſunt deducendi,vt colligitur ex Inſtruct. anni 1591.*cap.*32.33.*&* 34. & ex noſtris nouiſſimis *in hac rubrica*, *nu.*1. & ex arreſto R.Cam.559.*apud de Marin.*

Ex hoc colligitur, quod,ſi Baro in antecedenti Numeratione ſit numeratus in ſua Terra, & in vltima ſit numeratus in aliqua Terra, quæ non eſt ſui dominij, ſed Baronis alterius, vel demanialis, debet remanere vbi priùs fuit numeratus, vt deciſum fuit à Regia Camera 3.Februarij 1663. in Baronibus,numeratis in Ciuitate Cõſentiæ, vbi erant ciues, & habitabant in eorum Terris,ad interrogationem magnifici Anibalis Quaranta, Regij Numeratoris in dicta Ciuitate.

44 Colligitur ſecundò, quod, ſi Baro fuerit numeratus ſub foculare ſui aui in ſua Terra in antecedenti Numeratione,& in noua,mortuo auo, repertus fuerit in oſtiaria, vti ſucceſſor in feudo, eſt foculare,ex decreto Regiæ Cameræ 1.Auguſti 1663.ad interrogationem magnifici Numeratoris Ioſeph Morcone, qui in Numeratione anni 1658.ex ſpolio inuenit hodiernũ Baronem, numeratum ſub foculare ſui aui, & reſponſum accepit eſſe foculare.

45 Sed, ſi Baro in antecedenti Numeratione fuerit alibi numeratus oſtiatim, deinde ordine Regiæ Cameræ ſit aggregatus in propria Terra,hoc caſu in vltima Numeratione debet eſſe foculare ſuę Terræ, non obſtante, quod in antecedenti ſit alibi numeratus, vt Regia Camera die 11.Ianuarij 1664. reſpondit ad interrogationem Regij Conſiliarij doctiſſimi, tunc Numeratoris, & Fiſci Patroni Audientiæ Hydruntinæ, Franciſci Raitani,in cauſa Vniuerſitatis Triputij, cum domino Mar-

Marchione dictæ Terræ, qui in anno 1658. fuit numeratus in Ciuitate Licij, & in anno 1660. ordine Regiæ Cameræ aggregatus in ſua Terra, & fuit prouiſum in Numeratione anni 1662. quod *remaneat in dicta Terra, ſeruata forma prouiſionum Regiæ Cameræ.*

46 Quid dicendum, ſi aliquis poſſideat in aliquo loco iuriſdictionem criminalem, & habitet in eo, ſed in antecedenti non fuit numeratus, an in eo poſſit practicari regula Inſtructionum in hoc titulo? Et videtur negatiuè reſpondendum: quia hic non poteſt dici propriè Baro, ſed is tantùm, qui ciuilem iuriſdictionem poſſidet, Franc. *deciſ.* 131. Sanfelic. *deciſ.* 321. *num.* 11. Giurb. *obſeru.* 115. *nu.* 6. Fontanel. *deciſ.* 366. *nu.* 22. Capiblanc. *in pragm.* 1. *de Baribus, à nu.* 62.

Sed contrarium mihi videtur: Ratio eſt, quia poſſidens iuriſdictionem criminalem in feudum, dicitur etiam feudatarius, Capiblanc. *in rubric. de Baronibus, nu.* 40. & in materia noſtra etiam venit Baronis appellatione, vt diximus *ſupra*. Confirmatur, quia hæc iuriſdictio nõ poteſt collectari ab vniuerſitate, quia feudalia non ponuntur in appretio, nè duplici onere feudum grauetur, ex *cap. Regn. porrecta*, & *prag.* 1. *de appret. bonor. & Iſtruct. Petr. Piccol.* Gannauerr. *dec.* 38. *num.* 25. nec poteſt collectari, pro capite, quia nobiles, & Regius Fiſcus in hoc non grauatur, dum habet exactionem Adohæ, & ſic ſuam collectam: Focularia enim in Regno fuerunt ſubrogata in locum antiquæ collectæ, quæ ſoluebatur ex appretio bonorum, vt Regens Moles *de Regijs fiſcal. num.* 11. & hæc fuit ratio, vt exiſtimo, quæ mouit Regiam Cameram, deducendi regulariter Barones ex Inſtructionibus ſupra, & taliter reſpondi doctiſſimo amico, me hoc interroganti, & hæc ſufficiant pro hac *rubrica*.

TITVLVS XIII.

De Preſbiteris, Monachis, & Oblatis.

ARGVMENTVM.

In *hac rubrica* agitur de perſonis Eccleſiaſticis, quæ, vti pars Reipublicæ, etiã numerantur, licèt ſint eſempti à tributis, & veniunt in diſcuſſione pro deductione; de eorum ſtatu, differentia, iure, & priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ Eccleſiaſticæ, aut ſunt ſeculares, aut regulares, aut oblati, & in Statu Monarchico ſpirituali, & temporali, quorum caput eſt Summus Põtifex, Chriſti Vicarius, & Prælati.*

2 *Explicatur nomen Preſbiteri.*

3 *Appellatione Preſbiteri latino idiomate propriè venit Sacerdos, ſed lingua vernacula, etiam comprehenditur clericus primæ tonſuræ.*

4 *Quid in diſpoſitione, puta in fundatione beneficij, an vocato preſbitero intelligatur de Sacerdote? remiſſiuè.*

5 *An, pro aſſequutione beneficij Sacerdotalis, ſufficiat, vt quis poſſit promoueri per annum, vel qualitas requiratur tempore vacationis? remiſſiuè.*

6 *Nomen monachi, ethymologia, & ad quid ſit obligatus?*

7 *Monachus extra monaſterium eſt velut piſcis extra mare.*

8 *Monachus, emiſſa profeſſione, dicitur mortuus Mundo, carẽs velle, & nolle.*

9 *Monachus caret teſtamenti factione actiua, & dicitur inteſtabilis.*

10 *Extenditur ad milites religioſos.*

11 *Nec de licentia Superioris.*

12 *Quid de licentia Summi Pontificis?*

13 *Quid de religioſis, ad Epiſcopatum aſſumptis?*

14 *Quid in donatione cauſa mortis? remiſſiuè.*

15 *Monachus an poſſit reuocare teſtamẽtum, initum tempore laicatus, vel nouitiatus? adducitur ſententia affirmati-*

matiua,adducitur negatiua, quam, vti veriorem,ſequitur Author.

16 *Monachus poteſt declarare verba dubia teſtamenti, confecti tempore habili, ſi declaratio non inducat nouam diſpoſitionem.*

17 *Teſtamentum, confectum ante ingreſſum, an rumpatur per ingreſſum religionis? Concluditur negatiuè, ſi Religio ſit incapax bonorum,tam in communi,quàm in particulari.*

18 *Adducitur quæſtio de teſtamento monachi Religionis,capacis bonorum,adducitur affirmatiua,negatiua, & ſententia diſtinguens.*

19 *Ex teſtamento,confecto tempore habili, an, ſecuta profeſſione, poſſit adiri hæreditas, vel ſit expectanda mors naturalis teſtatoris?*

20 *Declaratur concluſio de morte naturali Religioſi in diſpoſitione hominis, vel Principis,concedentis ad vitam.*

21 *Monachus non poteſt contrahere, nec ſibi acquirere, agere, aut conueniri, nec etiam, vti procurator, ſine Superioris licentia.*

22 *Monachus an poſſit liquidare inſtrumentum de licentia Superioris? remiſſiuè.*

23 *An poſſit eſſe arbiter, arbitrator, aut amicabilis compoſitor,de Superioris licentia, exequutor teſtamenti, & quid in cauſa pia? remiſſiuè.*

24 *Monachus quicquid acquirit, rectà via tranſit ad monaſterium.*

25 *An bona monachi, acquiſita in vna Religione, vel quando erat filius alicuius monaſterij; ſi deinde tranſeat ad aliam Religionem, vel aliud monaſterium de licentia Superioris, remaneant in prima Religione, vel monaſterio,an in ſecunda? remiſſiuè.*

26 *In diſpoſitionibus, & contractibus nouitiorum debet ſeruari diſpoſitio* Sacri Concilij Trid.ſeſſ.25. cap.5. de reform.

27 *Sed an hæc diſpoſitio vindicet ſibi locũ in diſpoſitionibus ante ingreſſum? Adducitur opinio negatiua,vti verior, ſi de ingreſſu non ſit facta mentio.*

28 *Quid,ſi in diſpoſitione ſit facta mentio de ingreſſu? Adducitur controuerſia, & opinio negatiua, ſecundùm determinationem ſacræ Congregationis Tridentini.*

29 *Monachus an aſſimiletur ſeruo, aut filiofamilias? Adducitur vtraque opinio,& poteſt eſſe vera vtraque ſecundùm diuerſos effectus.*

30 *Monachus omne,quod acquirit, tranſit ad monaſterium rectà via, ſic etiam tranſeunt omnes actiones.*

31 *An in adeunda hæreditate, relicta monacho, requiratur factum monachi? Adducitur opinio Canoniſtarum, & Ciuiliſtarum, monachi exiſtentia tempore,quo aditur hæreditas.*

32 *An legatum, aut donatio cum conditione, vt nihil monaſterio acquiratur, valeat,vel conditio reijciatur? remiſſiuè.*

33 *Monachi, & moniales, non poſſunt poſſidere bona ſtabilia, vel vſuſfructum, nec pecuniam, aut mobilia magni valoris, etiam de licentia Superioris: quia hæc repugnant voto paupertatis, non obſtante quacunq; conſuetudine, etiam immemorabili.*

34 *Reſeruatio quantitatis ad beneficium monachi in donatione ſtabilium ad beneficium alicuius, cum conditione, vt nihil poſſit de ea prætendere Religio, & in caſu controuentionis quantitas ſit ampliata donatario, an debeat ſeruari diſpoſitio iſta, & quomodo?*

35 *De pluribus quæſtionibus Regularium, & de hac materia, remiſſiuè.*

36 *Oblatus quis dicatur? & de requiſitis oblationis.*

38 *Oblatus in vna Religione, non poteſt tranſire ad aliam, ſine licentia, licèt adſit contraria opinio.*

38 *Oblatus debet ſe, & ſua,abſque vlla reſeruatione dicare monaſterio, aliàs non dicitur verè oblatus, nec gaudet priuilegijs,& immunitatibus.*

39 *Verè oblatus gaudet priuilegijs, & exemptionibus, vti perſona Eccleſiaſtica.*

40 *Oblatus etiam poteſt viuere in ſtatu coniugali, & contrahere matrimonium.*

41 *Oblatus etiam dicitur, qui alicui Eccleſia*

cleſiæ ſeculari de licentia Ordinarij ſe,& ſua offert.

42 *Sic etiam heremita ſub aliqua regula de licentia Superioris, licèt profeſſionem non emittat.*

43 *Limitatur in heremitis vagis, qui ſedem permanentem non habent.*

44 *An donatio,facta ab oblato, reuocata oblatione,reuocetur? remiſſiuè.*

45 *Alia de oblatis,remiſſiuè.*

46 *Presbyteri, aliique Sacris,latino, aut græco ritu,ordinati,eorumq; filij,vxores, & famuli, ſunt deſcribendi in oſtiaria à Numeratore, qui debet recognoſcere bullas Ordinis, aliaſque circunſtantias, cum deſcriptione ætatis,bonorum, &c.*

47 *Quando vniuerſitas in Numeratione alicuius opponit de monachatu, aut oblatione, debet producere fidem ſolemnis profeſſionis in aliquo monaſterio, & pro oblato inſtrumentum oblationis, & alia ad cognoſcendum ſit nè verè oblatus.*

48 *Presbyteri in Sacris, recognitis bullis ordinum, non debent numerari; etſi fortè ſint deſcripti, aut aggregati, oſtenſis bullis,ſunt deducendi.*

49 *Adducitur ratio.*

50 *An immunitas,& exemptio Eccleſiaſticorum, ſit de iure Diuino, aut humano?*

51 *Presbyter numeratus,ſi non exibeantur bullæ, non eſt deducendus, niſi probetur,palàm miſſas celebrare.*

52 *Inuериſimilitudo eſt imago falſitatis.*

53 *Sic pariter eſt deducendus Sacerdos, Diaconus,aut Subdiaconus,ſine bullis, ſi per alia legitima documenta probentur eſſe tales,quod etiam habet locum in religioſis.*

54 *An ordinatus ab alieno Epiſcopo,ſine, aut cum falſis dimiſſorijs, gaudeat priuilegijs Eccleſiaſticis? Inquiritur, & reſoluitur non gaudere: quia ſuſpenſus,licèt rectè ordinatus, ſed tamen in Sacris debet deduci à Numeratione.*

55 *Quid,ſi in antecedenti Numeratione ſit deſcriptus, vt Sacerdos,ſed in noua non producuntur bullæ? reſoluitur.*

56 *Presbyteri Orientales habent eandem regulam,ſicuti Latini,ſecus ſi eorum vxores poſſideant bona.*

57 *Declaratur ſecunda concluſio.*

58 *Filius Sacerdotis,ſi vnitè viuat cum patre, gaudet immunitate, & eſt deducendus à Numeratione, ſecus ſi viuat ſeparatim.*

59 *Declaratur arreſtum Regiæ Cameræ* apud de Marinis 156.

60 *Adducitur ratio,cur vxor,poſſidens bona ſeparata à viro,ſit foculare?*

61 *Adducitur regula de filijs Presbiterorum,legitimis,& naturalibus, ſuſceptis ante ordinem, & decretum Regiæ Cameræ.*

62 *Explicatur ſupradicta concluſio de filijs Presbyterorum,in patris, vel aui Sacerdotis,poteſtate exiſtentibus.*

63 *Limitatur in filijs naturalibus.*

64 *Adducitur regula oblatorum,in Numeratione deſcriptorum, inſpecto inſtrumento oblationis.*

65 *Ceſſante fraude, & aliqua reſeruatione,debet deduci,aliàs ſecus.*

66 *Facta oblatione à marito, cum reſeruatione ad beneficium vxoris, & huiuſmodi,non debent deduci.*

67 *Monachus eſt deducendus, oſtenſa fide profeſſionis.*

68 *Non ſufficiunt litteræ teſtimoniales Superioris,aut monachorum, niſi adiuuentur alijs adminiculis.*

69 *An profeſſio poſſit teſtibus probari? Inquiritur,& affirmatiuè reſoluitur.*

70 *Monachus, emittens tacitam profeſſionem,eſt deducendus.*

71 *Quæ requirantur pro tacita profeſſione? remiſſiuè.*

72 *Milites religioſi, tria vota emittentes in regula approbata, ſunt deducendi, vt milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani.*

73 *Laudes huius inclytæ Religionis, & priuilegia, & ſpecies Fratrum adducuntur.*

74 *Quid de Equitibus, qui non emittunt tria vota? & quod non debent deduci,ſed ſint focularia,concluditur.*

75 *An nouitius alicuius Religionis,durante anno nouitiatus, ſit deducendus? Adducitur ratio pro affirmatiua ex eo, quod gaudet priuilegijs Religionis.*

76 Con-

76 *Contrarium concluditur in materia Numerationis, ſed tamen cum temperamento, & diſtinctione, & adducuntur rationes.*

77 *Quid dicendum de heremitis? Adducitur regula cum diſtinctione, & decretis Regiæ Cameræ.*

78 *Fœminæ Presbyterorum, ſi viuant ſeparatè, poſſidentes bona vltra vnciã, non ſunt deducendæ.*

79 *Clerici, etiam in minoribus, non ſunt deducendi, ex decreto Regiæ Cameræ.*

80 *Explicatur determinatio Regiæ Cameræ.*

81 *Suppoſita determinatione Regiæ Cameræ, quomodo intelligatur?*

82 *Clericus, ſi, pendente reclamatione, vel alio recurſu, aſcendat ad ordines ſacros, an ſit deducendus? Adducitur decretum Regiæ Cameræ pro reſolutione.*

83 *Ampliatur concluſio.*

84 *Quid in clerico ſexagenario, nil aliud poſſidente, niſi bona beneficialia vltra vnciam? Reſoluitur, quodſit deducendus.*

Continet hæc *rubrica* perſonas Eccleſiaſticas, quæ, licèt ſint pars Reipublicæ, & inueniantur in Numeratione oſtiaria, quia tamẽ ſunt exemptæ à ſeculari iuriſdictione, licèt deſcribantur materialiter, debent deduci, quia ſunt de Republica ſpirituali, iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſubiectæ, tam quò ad temporalia, quàm quò ad ſpiritualia, caput cuius eſt Summus Pontifex, Chriſti Vicarius, quibus præeſt tanquam Princeps ſupremus in ſpiritualibus, & temporalibus, & Epiſcopi, & Prælati ſecundùm diſtributionem, & diuiſionem dicti Summi Principis, alijque, in dignitate conſtituti, de quibus Theologi, & Canoniſtæ ſignanter Card. Bellarm. *in 1. tom. controuerſ. tit. de Pontifice*, & nouiſſimè Pilaia *dec. Pontific. lib. 1. à dec. 5. vſq; ad 12.* Nos verò aliqua ad noſtræ materiæ ornatum adnotabimus.

1 Perſonarum Eccleſiaſticarum tria ſunt genera, ex diuerſitate Ordinum, & miniſteriorum, quibus funguntur in Eccleſiaſtica Hyerarchia, Diuina ordinatione inſtituta, *ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 3. & 4.* quæ continet Prælatos, Presbyteros, & miniſtros, vt *Trid. in eadem ſeſſ. cap. 6.* Vazquez *in 3. par. D. Thom. tom. 3. diſp. 240. cap. 2. nu. 2.* Fagnan. *in cap. requiſiuit, de ordinat. ab Epiſc. nu. 71.*

Perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt primò Presbyteri, qui manent in ſeculo, pro ſeruitio Eccleſiæ ſecularis, ſub poteſtate Ordinarij: alij Monachi, qui Eccleſiæ regulari, in aliqua Religione approbata inſeruiunt: alij Oblati, qui etiã Eccleſiæ ſecularis, vel regularis, probatæ Religionis, ſunt vulgaribus ſeruitijs mancipati, & de his noſter erit ſermo.

2 Hoc nomen *Presbyter* apud Græcos idem ſonat, ac ſenior, ex Auguſt. *ſuper Geneſ. par. 1. tom. 4. qu. 70.* eſt textus *in cap. cleros, §. presbyter, diſtinct. 21. in cap. mulieres, 32. diſtinct. & in cap. vlt. diſt. 83.* latè Carol. de Graſ. *de effectibus clericatus, in prælud. nu. 390.* & dicitur Presbyter, quaſi alijs præbens iter vitæ æternæ, docendo, ſacra miniſtrando, & bonis exemplis populum inſtruendo, *dicto cap. cleros, & cap. vlt. diſtinct. 31.*

3 Vnde infertur, quod Latino idiomate, appellatione Presbyteri ſolùm veniunt Sacerdotes, præcipuè in materia pœnali, largè autem alij, in ſacris conſtituti, *l. presbyteros, Cod. de Epiſcop. & cleric.* Oſtienſ. & alij *in cap. presbyter, de celebratione miſſarum*, Fagnan. *ibid. nu. 15. 27. & in cap. 1. de bigamis, & cap. 2. de coabitatione clericor. & mulier.* Sed vernacula lingua veniunt etiam clerici primæ tonſuræ, ad differentiã laicorũ, præcipuè in materia fauorabili, *cap. veſtra, cap. ſi quiſquam, de cohabit. clericor. &c.* Pariſ. *conſ. 50. nu. 19. lib. 4.* Viuian. *de iure patronat. lib. 6. cap. 6. nu. 32.* Rota *apud Mantic. dec. 129. num. 3. apud Merlin. deciſ. 803. 825. & part. 2. recent. dec. 216. nu. 3.* Eminentiſſimus de Luc. *de benefic. diſcurſ. 61. & 62.*

4 Quid, ſi in aliqua diſpoſitione fuerit vocatus *presbyter* latino ſermone, puta in fundatione beneficij, in iure patro-

patronatus paſſiuo, an beneficium ſit Sacerdotale, maximè ſi adſit obligatio celebrandi? vide Rotam *apud Merl. loc.cit.& par.12.recent.dec.*184. *à num.* 11. *& dec.*345. *num.*2. de Luc. *loc.cit.*& quid quando adſunt verba, quæ important celebrationem miſſarum per ſeipſum, aut alia equipollentia? vide, vltra citatos, Fagnan. *in cap.vt Abbates, de ætate, & qualitate, à nu.*44. & an
5 ſufficiat, vt poſſit promoueri, per annum, vel requiratur qualitas tempore vacationis, vel præſentationis; & quid, ſi per verba negatiua, ſcilicet, vt non poſſit præſentari, niſi Sacerdos? vide Canoniſtas *in cap. licèt canon, §.is autem, de elect.in 6.* Barb. *de offic. Epiſc. par.2.alleg.*24. *nu.*41. Gratian. *diſcept.* 800. Epiſcop. Marant. *lib.* 1. *reſponſ.*7. *nu.*9. Corrad. *in prax.benefic. lib.*2.*cap.* 10. *à nu.*107. Fagnan. *loc.cit.*& quæ tradit Rota *par.*15.*rec. dec.*103.
6 Nomen *Monachus*, etiam eſt græcum, & latinè interpretatur *ſolus, ac triſtis*, à verbo *Monos, & arcos*: quia ſolus, ac triſtis debet in cella, ac clauſtro, morari, *l.decernimus, Cod.de Epiſc. & cleric. §. ſancimus igitur, authentico de monachis, cap. placuit,*16. *qu.*1. ibi: *ſedeat proinde ſolitarius, ac taceat, quia mundo mortuus eſt, agnoſcat nomen ſuũ*: monos *enim græcè, latinè eſt* vnus, arcos *græcè, latinè* triſtis *ſonat, vndè dicitur* Monachus, *ideſt* vnus, *&* triſtis, *ſedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet, &c.* Idẽ Diuus Hieronymus *in epiſt.*13. D. Paul. de qua *in cap. ſicupis, eadem cauſa, qu.*5. vnde monachus extra monaſte-
7 rium talis non dicitur, & eſt ſicut piſcis extra mare, *cap.placuit*, vbi Gloſſa, *verb.mortuos, cap. nullus monachus,* 2. *qu.*7. *cap.ac monaſterium, §.final.de ſtatu monachor. cap.porrecta, de regularibus, clement.*1. *de religioſis domibus*, &
8 dicitur mortuus mundo, & ideo ex tribus votis ſubſtantialibus, emiſſis in profeſſione, dicitur carere velle, & nolle, *cap.ſi religioſis, de elect.in ſexto, cap. religioſi, de ſepult.in ſexto, cap.vlt.de teſtament.in ſexto.*
9 Hinc deducitur, quod ex defectu voluntatis, & voto paupertatis, monachus caret teſtamenti factione actiua, & cuiuſcunque alterius vltimæ voluntatis, & dicitur inteſtabilis, *cap. quia ingredientibus*, 19.*qu.*3.*cap.*2.*de teſtament.* vbi Canoniſtæ, & ex Suarez, Sanchez, Leſſ. Lezan. & alijs, docet Pelizzar. *in manuali regular. tom.*1. *tract.* 4.*cap.*2.*ſect.*3.*qu.*11.*nu.*204. Barboſ. *de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib.*1.*cap.*42.*à n.*205. Rota *part.*5.*recent.deciſ.*267.& notant Ciuiliſtæ *in authentica ingreſſi, Cod.de*
10 *Sacroſanct.Eccleſ.* quod extenditur ad milites Religioſos, vt Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Rota *vbi ſupra*, Cardin. de Luca *de iuſtit. & iure, tom.*1.*diſput.*3.*ſect.*6. *nu.*109. Dominus Iul. Ca-
11 pon. *lib.*1.*controuerſ.cap.*49.*num.*3. nec etiam de licentia Superioris, de Luca
12 *vbi ſupra*; Quid de licentia Summi Põtificis? vide, vltra de Luca, Sanchez *in præcept. Decalog. lib.*7. *cap.*8. Patrem Lezzan. *in ſumm. regular.tom.*1. *cap.*9.
13 *num.*19.*& tom.*2.*cap.*5.*num.*33. & quid de religioſis, ad Epiſcopatum aſſumptis? Barboſ. *de poteſt.Epiſcop. alleg.*114. *nu.*18.23. Epiſcop. Marant. *lib.*5.*controuerſ.cap.*83.*à nu.*77. Rotam *apud Ludo-*
14 *uiſ.dec.*109.*nu.*4. Quid in donatione cauſa mortis? Nauarr. *conſ.*3.*de regularib.* De Luca *loco citato*.
15 Sed, an poſſit reuocari teſtamentum, factum tempore, quo erat laicus, vel nouitius? affirmant Bartol. *in l.*1. *nu.*7. *ff.de teſtament.* Cuman. *ibid.nu.*1. Suar. *alleg.*20.*num.*25. Decian. *conſ.*31. *lib.*3. Cald. *de nominat. & emphytheuſ.cap.*3. *nu.*17.& alij; Contrariam ſententiam, quæ communior, & verior eſt, tenent Abb. *in cap.in præſentia, de probationib.* Couarruu. *in cap.*2. *nu.*9. *de teſtament.* Regens Tap. *in dicta auth.ingreſſi, n.*67. Rodriq. *qu.regular.tom.*3.*qu.*16. *num.*3. Fachin. *lib.*6.*controuerſ.cap.*16. Spin. *in ſpeculo teſtamentorum, gloſ.*6. Azorius *Inſtitut.moral. par.*1.*lib.*12. *cap.*6.*qu.*5. Sanchez *tom.*2. *lib.* 7. *cap.*19. Mirand. *tom.*1. *qu.*24. *art.*10. Reginald. *lib.*18. *cap.*27.*nu.*397. Genuenſ. *in prax.q.*267. Theſaur. *lib.*2. *quæſtion. forenſ. cap.*56. Barboſ. *ſuper Trident.ſeſſ.*25. *cap.*16.*de reformat. num.*22. De Luca *ad Franch. dec.*423. *nu.*4. Scalon. *de teſtam. lib.*3.

ſect.

*ſect.vlt.nu.*101. Add.*ad Rouit.conſ.*27.
16 *nu.*11.*lib.*2. Limitatur tamen, vt poſſit declarare verba teſtamenti dubia, dummodo non inducat nouam diſpoſitionem, ex regula *l.hæredes palàm*, *§.finali*, *ff.de teſtament.* & ex traditis per Doctores *in l.adeo*, *ff.de acquirend. rer.domin.* Cozzalin. *conſ.*41.*n.*5.15.*&* 16.Emanuel Rodriq. *tom.*3. *qu.*69.*art.* 3.Reginald. *loc.cit.nu.*397. Barboſ.*nu.* 24. Monet. *de commutat. vltimar. volunt.cap.*5.*qu.*1. *nu.*11. Sanchez *in præceptis Decalog.lib.*7.*cap.*11.*nu.*16.Scalona *loco citato*.
17 Sed,an teſtamentum,confectum ante ingreſſum, ſaltem rumpatur per ingreſſum Religionis, quæ habetur loco filij? & certum eſt,non rumpi ſi monaſterium ſit incapax, neque valet poſſidere bona in communi, vel in particulari:Ratio eſt,quia qui non poteſt ſuccedere, non poteſt rumpere teſtamentum,*l.ſi poſt mortem*, *§.liber*,*ff.de bonor. poſſeſ.cont.tabulas*, *l.ſuus hæres*, *Cod.de repudianda hæreditate*;neque poteſt dici ruptum ex præſumpta mente teſtatoris: quia hoc eſt introductum fauore illius, cui debetur ſucceſſio, qui omni caret actione, Bald. Caſtrenſ. Imol.Felin.& alij,*apud Sanch lib.*7.*cap.* 3.*qu.*3.*nu.*23.Barboſ.*de diuiſ.fructuum*,
18 *par.*2.*cap.*2. *nu.*42. Quæſtio igitur procedit, ſi monaſterium ſit capax,ſaltem in communi, & alij affirmant, alij negant,alij diſtinguūt,vt ſi de ingreſſu ſit cogitatum,non rumpatur; ſecus verò ſi ſit cogitatum tempore confecti teſtamenti, vide Doctores *in authentic. ſi communiter*, *Cod.de ſacroſanct.Eccleſ. & in cap.in præſentia,de probat.*Barboſ. *vbi ſupra*, Regens de Marin. *lib.*2.*quotid.cap.*150.*à n.*11.Vazquez *controuerſ. illuſtr.cap.*102. Couarruuias *vbi ſupra*, *nu.*5.Mart. *in ſumma ſucceſſ. legal.part.* 3.*qu.*13. *art.*5.Sanchez *loc.cit.*De Luca
19 *dict. dec.*423. & dato, quòd ſit verior opinio(vt ipſe exiſtimo)quod non rumpatur, an ſaltē debeat expectari mors religioſi, vt poſſit hæreditas adiri,vel ſufficiat profeſſio? & licèt aliqui diſtinguant,vt ſupra,an monaſterium ſit capax,vel non,vt Girocc.*diſcept.*11. De Luca *ad Franch.loc.cit.* tamen in vtroque caſu verior mihi videtur opinio, vt ſit expectanda mors religioſi profeſſi:ex eo quia non valet argumentum à morte naturali ad ciuilem, quando diuerſa militat ratio,& diuerſos operatur effectus,vt in caſu: quia poterit præmori hæres, & teſtamentum fieri caducum, & dari locus ſuccedentibus ab inteſtato, argumento *l.Statius Florus*,*§.Cornelio Felici*,*ff.de iure Fiſci*,*l.ex ea parte*,*§.inſulam*, *ff.de verb.oblig.l.cū pater*,*§.hæreditatem*,*de legat.*1. & hanc probant Imol. Salicet.Socin. & alij, *in dictis iuribus*,Peregrin.*de fideicommiſſ. art.*28.*nu.*36.Theſaur.*lib.*3. *qu.*36. Fuſar.*de ſubſtit.qu.*430.*nu.* 12. Spin.*in ſpecul.teſtam.gloſ.*12.*nu.*34. Barboſ.*loc.cit. nu.*63.Nec potuerūt negare Rota *apud Burat. dec.*639. *nu.*9. & P.Afflict. *lib.*1. *controuerſ.cap.*29. *nu.*10. *&* 25. & de Luca *ad Franc.loc.citato*, præcipuè in materia ſubſtitutionis, & fideicommiſſi; licèt contraria opinio in monaſterio incapaci ſit frequentiori Doctorum calculo recepta; quam tenent Bart.Bald. & Caſtrenſ. *in dicto §.hæreditatem*, Pariſ.*conſ.*65. *volum.*2. Surd. *conſ.*90. *num.*8. Burſat. *conſ.*48. *nu.*27. Capr.*conſ.*83. *nu.*3. Simon de Petr.*de interpetr.vltim.volunt.lib.*2.*dub.*1.*nu.*6. Mantic. *de coniect. lib.*11. *tit.*7. *num.*8. Graſ. *in §.fideicommiſſum*, *qu.*40.*nu.*7. Ceuallos *communium contra commun. qu.*193. *nu.*8. Sanch.*dicto cap.*3. *nu.*79. Franc.*dec.*14.*nu.*7.Oſaſc.*dec.*162. Boer. *dec.*354.*n.*11.Caualc.*dec.*1.31.*&* 34.*lib.* 3. Mainard. *dec.*75. *lib.*5. Seſſe *dec.*44. Molfeſ. *ad conſuetud.Neapolitan.par.*4. *quæſt.*65.
20 Declaratur dicta concluſio, vt nullo modo locum habeat in conceſſione,facta ab homine, vel a Principe, alicui, durante eius vita:quia eſto in Religione incapaci fuerit profeſſus, non ceſſat conceſsio, niſi ſecuta morte naturali religioſi, & interim gaudebit proximior in gradu, aut renunciatarius: quia verba conceſsionis ad vitam, canunt de naturali, quæ non,niſi morte, eſtinguitur, & ideo non procedit argumentum de ciuili ad naturalem, *vt ſupra*

ſupra diximus, Regens de Pont. *conſ.* 159. *lib.*2. Regens de Marin. *lib.*1. *quotid.cap.*166.*& arreſt. Reg. Cameræ* 373. Thor. *in ſupplement. dec.verb. conceſſio annuæ præſtationis*.

21 Ex ratione defectus conſenſus, & voluntatis, non poteſt monachus contrahere, ſine Superioris licentia, nec ſibi acquirere, nec agere, aut conueniri, in iudicio, nec eſſe procurator, *clement. ſi religioſi, de procurator. cap. quod quibuſdam, de fideiuſſ.* Bart. *in dicta auth. ſi qua mulier, nu.*7. Galter. *de liquidat. inſtrument. par.*2. *nu.*11. Vant. *de nullitat. ſentent. ex defect. inhabilit. mandat. nu.* 46.47. Virgilius *de legitim. perſon. c.*18. Rot. *ap. Verall. dec.*187.*n.*3.*p.*3. *Doctiſs. D. Conſ. Altimar. de nullit. rubr.*11.*q.*13.

22 Sed an poſsit de licentia Superioris inſtrumentum via ritus liquidare? vide Galter. *in dict. par.*1. 2.*part.* Thor. *in compend. dec. par.*3. *verb. inſtrumentum, an poſſit liquidari via ritus per mona-*

23 *chum,&c.* & an poſſit eſſe arbiter, arbitrator, & amicabilis compoſitor, de Superioris licentia, & quid in Fratribus minoribus? vide Galeot. *lib.*2. *controuerſ. illuſtr. cap.*66. *à nu.*1. Rouit. *in rubr. de arbitris*, Gratian. *lib.*1. *diſcept. cap.*123. *à num.*8. & an poſſit eſſe exequutor teſtamenti? vide *cap.*2. *de teſtamentis, in ſexto, clement.*1. *eodem tit.* Couarruu. *in cap. tua, de teſtamentis, nu.* 2. Craſſ. *de ſucceſſionibus, lib.*2. *§. exequutores, c.*2. *qu.*2. *nu.*8. Quid in cauſa, & in alijs? Barb. *loc. cit. à nu.*147. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*102.123.270.

24 Et quicquid monachus acquirit, ex eadem ratione, tranſit recta via ad mo-

25 naſterij beneficium; Sed an bona, acquiſita tempore, quo erat monachus in vna Religione, vel filius alicuius Monaſterij, ſi deinde tranſeat ad aliam Religionem, vel aliud Monaſterium de licentia Superioris, an bona, primò acquiſita, remaneant primæ Religioni, ac Monaſterio, an tranſeant ad aliā Religionem? vide Staiban. *lib.*2. *forenſ. cap.*125.126. Tap. *in dict. auth. ingreſſi, cap.*6. *nu.*90. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapolit. par.*4. *qu.*64. *nu.*15. Azor. *tom.*3. *Inſtit. moral. lib.*12. *cap.*15. *quæſt.*3. Anaſt. Germond. *de ſacr. immunit. lib.*3. *cap.*4. *à nu.*35. Sanfelic. *dec.*323. *nu.*8. *lib.*2. & qui poſſit dare licentiam tranſeundi? vide Gratian. *lib.*3. *diſcept. cap.* 434. Staiban. *loc. cit. in nouiſ. addit. à nu.*13.

26 Quæ diximus in diſpoſitionibus, & contractibus monachorum, habent locum in nouitijs, ſi fiant ante duos menſes à die profeſſionis, ex diſpoſitione *Trident. ſeſſ.*25. *cap.*16. *de reformat.* Sic etiam, ſi fiant ſine requiſitis in dicta diſpoſitione, Barboſ. *ibidem*, Sanch. *loc. cit. cap.*3. *nu.*40. quæ tamen diſpoſitio non habet locum in vltimis voluntatibus, Barbat. *loc. cit. nu.*88. & ſic reſpondit Sacra Congregatio Concil. Trid. 22. Ianuarij 1598.

27 Sed quid, ſi diſpoſitio, aut contractus, ſint ante ingreſſum, non facta de ipſo mentione, an ſubiaceant diſpoſitioni ſacri Concilij? & verior eſt opinio, non ſubiacere, Mandell. *conſ.*22. *nu.* 8. Ceuall. *communium contra commun. qu.*806. *nu.*74. Sanch. *in ſumma, cap.*1. *&* 2. Capyc. *dec.*31. *nu.*2. Rota *par.*9. *recent. deciſ.*450. *nu.*1. *tom.*3.

28 Sed, ſi in ipſa diſpoſitione fiat mentio de ingreſſu, anceps eſt controuerſia, quæ hinc inde graues habet Authores; ſed in praxi recepta eſt negatiua ſententia, pro qua ſæpius reſpondit S. Conc. Trid. teſte Rota *vbi ſupra*.

29 Sed an monachus aſſimiletur ſeruo, aut filiofamilias? Controuertunt Doctores, & quod ſit ad inſtar ſerui, tenuerunt Abb. *in cap.*4. *de iudic.* Stracc. *de adiect. par.*3. *nu.*39. Euerard. *in topic. legal. loc. à ſeruo ad monachum, à nu.*3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*4. *tit.* 28. *nu.*2. Fagnan. *in cap. monachi, nu.*17. *de ſtatu monac. D. Conſ. Altim. de nullit. d. rubr.*11. *q.*13. *n.*1. Sed quod comparetur filiofamilias, tenēt Fachin. *lib.*6. *controu. cap.*14. Cuiac. *in nouell.*5. *ſiue auth. de monach.* quia non amittit ciuilitatem, & libertatem, Barbat. *vbi ſupra*, *nu.*102. Vtraque tamen opinio poteſt eſſe vera ſecundùm diuerſos effectus.

30 Hinc ſequitur, vt diximus, quod omne, quod acquirit monachus, recta via tranſit ad monaſterium, *cap. ad monaſterium, de ſtatu regularium*, *cap. cùm olim, gloſ.*2. *de priuileg.* Canoniſtæ *in dicto*

Z

ĉto cap.in præſentia, etiam ſi ſit apoſtata, *cap.quanto*, *de offic.Ordinar.cap.Abbates*, 18.*qu*.2. Gloſ.*in cap*.1. *de infantibus expoſit.* Innocent. *in cap. cùm olim*, 2.*de regular.* Abb.& Ancharan.*in cap. vlt.eod.m tit.* Capr. *conſ*.96. Vazquez *de ſucceſſ.reſolut.* §.17.*nu*.10. Bald.*conſ*. 404.*lib*.5.Barbat.*conſ*.19.*volum*.3. Frãchis *dec*.40.*lib*.2. Sic etiam tranſit omnis actio ex vltima voluntate,aut contractibus,delictis,aut quaſi, Barb.*in dict.tract.nu*.171.

31 Sed an in adeunda hæreditate, delata monacho, requiratur factum monachi? diſcordant Ciuiliſtæ á Canoniſtis:quia Canoniſtæ tenent,non requiri de iure Canonum, ex allata ratione immediati tranſitus ad monaſterium, *in dicto cap.in præſentia*, Couarruu. *in cap*.1.*de teſtament.nu*.2. Gratian. *lib*.2. *diſcept.cap*.363.*à nu*.17. Barbat.*vbi ſupra*,*nu*.199.Ceuall. *communium contra communem*,*qu*.391. Contra tenent Ciuiliſtæ de quibus Addent. *ad Rouit. conſ*.44. *lib*.2. vbi ex Claro *in* §. *teſtamentum*,*in fine*,tradit,quod in foro laicali,& in terris Imperij, debet ſeruari opinio Ciuiliſtarum, & in foro Eccleſiaſtico, & in Terris Eccleſiæ, opinio Canoniſtarum, an requiratur exiſtentia monachi, vt Rouit. *dicto conſ*. 44. *nu*.21. & in ſententia Canoniſtarum poteſt monaſterium adire hæreditatē poſt mortem monachi, Andreol.*controuerſ*.61.*n*.13.Scalon. *de teſtamentis*, *lib*.6.*cap*.3.

32 Sed an legatum,aut donatio, facta monacho, cum conditione, vt nil monaſterio acquiratur, valeat, aut reijciatur conditio,tanquam impoſſibilis? Vide Doctores *in authent. excipitur*, *Cod.de bon.quæ liber.*Barbat.*loc.cit.nu*. 129. Sanchez *in ſumma*, *lib*.7. *cap*.19. Fauſt. *in theſaur. religioſorum*,*lib*.8.*tit. de voto paupertatis*, *qu*.86. Layman. *de regularib. tract*.1b *qu*.3.*nu*.5. *& qu*.43. Roderic. *de regularib. tom*. 2. *qu*.125. *art*.2.Molin.*de iuſtitia*, *& iure*, *tom*.1. *diſp*.140.Azor. *lib*.12.*moral.cap*.10.*q*.3. Pat.Dian.*par*.3.*tract*.2. *reſolut*.34. Caren. *reſolut*. 199. ex noſtris Franch.*dec*. 718. vbi de Luca, Fagnan.*in dict.cap. monachi*, *lib*.21. Eminentiſ.de Luca *de teſtamentis*, *diſcurſ*.23. Rotam *par*.16. *recent.dec*.405.*& dec*.410.

33 Ex rationibus adductis colligitur, monachos,aut moniales, prohiberi eſſe proprietarios, aut vſufructuarios bonorum ſtabilium, immo nec poſſe poſſidere pecunias, aut bona mobilia, nec habere adminiſtrationem bonorum,etiam de licentia Superioris:quia hæc repugnat eſſentiæ paupertatis, cuius voto ſunt adſtricti, & ſtatui monachali,*cap.cùm dicatt*, 2.*qu*.2.*cap.quãto*,*de offic.Ordinarij*,*cap.Abbates*, 18.*qu*. 2.*cap.cùm ad Monaſterium*,*de ſtatu monachorum*,Sacrum Trident.*ſeſſ*.25.*cap*. 2.*de regular. & monialib.*non obſtante quacunque conſuetudine, etiam immemorabili, aut aliqua probabili opinione, aut prætextu, quod poſſideant nomine monaſterij, aliaque tergiuerſatione, vt ſæpius reſpondit Sacra Congregatio Epiſcoporum *apud Fagnan. in cap. monachi*, *de ſtatu monachorum*, Rota *par*.16. *recent. dec*.405. Sed,pro dolor!noſtris temporibus Regulares (pace bonorum ſit dictum) non ſolùm poſſident ſtabilia,& annuos redditus, ſed etiam pecuniam mercaturæ exponunt, & fœnerantur per vicos, & plateas,ambulantes, negotiantes, vt laici. Qui hæc faciunt, videant ipſi: quia Deus non irridetur, noſcit corda hominum, nec ſubterfugijs,aut fictis coloribus,fallitur.

34 Sed an reſeruatio in donatione inter viuos, facta ad beneficium monachi de aliqua quantitate, cum conditione,quod dicta quantitas perueniat ad diſpoſitionem monachi, nec valeat Religio prætendere dictam perceptionem,aliás intelligatur donata donatario ſtabilium, cui fuit iniunctum onus ſoluendi annualitatem,an in caſu,quo monaſterium aliquid prætenderet,ſeruetur diſpoſitio, & debeat ſeruari pactum ad beneficium donatarij? Reſpondetur,quod in hoc caſu ſufficit,vt monaſterium patiatur, monachum habere annualitatem eo modo, quo poteſt, ſcilicet quo ad vſum facti, ex licentia Superioris, ab ipſo reuocabili, vel

vel patiatur conniuentibus oculis, vt in puncto reſpondit Rota *in Licien. Saluant. p. 16. recent. dict. deciſ. 405. & 410.* & hoc modo, & non alio, poteſt ſaluari relictum, dummodo tamen non eroget monachus pecuniam vltra indigentiam, & cum ſcientia Superioris, & faciunt tradita per Reuerend. de Luca *ad Franch. dict. dec. 718. nu. 4. & 5. & in appendic. ad dictam deciſionem.*

35 Longum eſſet, omnes Regularium quæſtiones abſoluere, & extraneum à noſtra materia, ſed videndi ſunt Nauar. *in comment. de regularib.* Emanuel Rodriq. *quæſtion. regul.* Frat. Ludouic. Mirand. *in manual. Prælator. regular.* Thom. à Ieſu Maria *de ſtatu monachor.* Frat. Ioſeph à Duc. *de ſtatu Relig.* Laurent. de Portel. *induct. regular.* Sanchez *tom. 2. in præcept. Decalog.* Bartholom. à Sancto Fauſto *in theſaur. religioſ.* Suar. *de relig. tom. 34.* Frat. Barthol. Auecch. *in praxi ſeruand. in admitt. ad Relig. ſtat. nouit.* Graff. *in dec. tit. de regular.* Ioan. Valer. *de different. vtriuſq. fori, verb. regularis*, Portel. *in dubijs regularium*, Roderiq. *in compend. quæſt. regular.* Ledeſma *in ſum. tom. 2. de ſtat. religioſ.* ex noſtris Doctores *in auth. ingreſſi. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Canoniſtas *in rubric. de ſtatu monachor.* & quæ ſit differentia inter Monachum, & Fratrem? vide Abb. *in cap. cauſam, quæ, de Iudic.* & an Monachi appellatione veniat Abbas? vide Felin. *in cap. quanto, de ſimon.* Archidiac. *in cap. 1. & 9. q. 3.* & de origine Religionum, & earum diuerſitate, vide Caſſan. *in cathalogo gloriæ Mundi, par. 5. à conſiderat. 52. vſq. ad 73.* Tap. *in dicta authent. ingreſſi, verb. monaſteria, à cap. 1. vſq. ad 55.*

§. I.

36 IN præſenti agitur de oblatis: Oblatus ille dicitur, qui alicui Eccleſiæ ſeculari, de licentia Ordinarij, vel alicui probatæ Religioni, de licentia Superioris, Eccleſiæ regulati, mutato habitu, ſe, & ſua, perpetuò dedicat. Colligitur ex *cap. vt priuilegia, de priuileg.* vbi Gloſſa *verb. mutato, cap. duo ſunt genera, verb. conuerſi, 12. qu. 1. cap. non dubium, de ſententia excommunicationis, in ſexto*, & ideo verè oblatus debet profiteri aliqua vota illius Religionis, cuius ſit oblatus, & ſecularem habitum mutare, & ſeculum relinquere, vt diſtinguatur à laicis, & in ſignum religioſitatis, & omnia ſua bona transferre, Gloſſa *in cap. lex continentiæ, verb. profeſſi, 2. q. 1. & in cap. exceptionem, de priuilegijs, in ſexto, clem-*

37 *ment. 1. de decimis*, & ideo non poteſt de vna Religione ad aliam tranſire, ſine licentia, Gloſſa *in dict. cap. lex continentiæ*, Sanchez *in moralib. tom. 2. lib. 6. cap. 7. nu. 9.* licèt contrarium teneant Fagnan. *in cap. non eſt nobis, nu. 11. de*

38 *regularibus*; & reſpectu bonorum debet ea perpetuò dicare monaſterio, aut Religioni, tam præſentia, quàm futura, abſq; vlla reſeruatione fructuũ, aut alicuius partis, aliàs non dicitur plenè oblatus, nec perſona Eccleſiaſtica, nec fruitur priuilegijs Religionis, aut Eccleſiæ, ſed tantùm dicitur largè oblatus, ex oblatione perſonæ, & tantùm gaudet indulgentijs, conceſſis Religioni, ſed non dicitur perſona Eccleſiaſtica, Canoniſtæ *in dict. cap. vt priuilegia*, Anchar. *in dict. clement. 1. de decimis, nu. 26.* Abb. *conſ. 53. nu. 1.* Fagnan. *in dict. cap. vt priuilegia, nu. 9.* Couarr. *in cap. alma mater, par. 2. 82. de ſententia excõmunicationis*, Cardinal. Thuſc. *tom. 5. lit. O. concluſ. 16. nu. 17.* Pat. Lezz. *quæſt. regular. tom. 2. cap. 8. nu. 5.* Capell. Tholoſan. *dec. 8.* Ric. *in prax. par. 3. reſolut. 128.* Regens de Marin. *lib. 1. quotid. cap. 117. nu. 20.* Sanfelic. *dec. 191. à nu. 7.* Vnde non gaudet priuilegijs, & exceptione, Marant. *lib. 4. controuerſ. cap. 4. collect.* Fagnan. *vbi ſupra, nu. 27. 30. & 37.* Mart. *de Iuriſdict. par. 4. centur. 2. caſ. 113. num. 17.* Sanfelic. & de Marin. *loc. cit. & arreſt. Reg. Cameræ 47. & 479.* & adeſt decretum Sacræ Congregationis Immunitatis 26. Iunij 1644. *apud Pignatell. conſult. 98. num. 31. lib. 1.*

39 Secus, ſi ſit plenè oblatus, vt diximus, &, vltra Doctores citatos, adeſt decretum Regiæ Cameræ *apud de Marin. arreſt. 437.* & *capit. Regni*, incipiens

 Pri-

Digitized by Google

Priuilegia,vbi latè Nic.& alij; Et hanc
oblationem poſſunt etiam facere co-
40 niugati,cum oblati non prohibeantur
contrahere matrimonium: quia non
adſtringũtur voto caſtitatis,ſed ſolùm
tenentur ſeruare continentiam, &
alia,de quibus Fagnan. *in dict.cap.pri-*
uileg.& Marant.*vbi ſupra*.
41 Et eodem modo dicitur oblatus,
qui ſe, & ſua, alicui Eccleſiæ ſeculari
offert,de licentia Ordinarij, & dicitur
perſona Eccleſiaſtica,Regens Tap.*in*
dict.authent.ingreſſi, verb.ſua, *cap.*10.
Tales ſunt heremitæ, Carol.de Graſ.
*de effect. cleric. effect.*1.*num.*102. Mart.
42 *loc.cit.à nu.*4.de Marin.*num.*8, etiam ſi
heremita viuat in heremo ſub regu-
la alicuius Religionis de licentia Su-
perioris, licèt ſolemnem profeſſionem
non emittat,dicitur religioſus, Suarez
*tom.*4.*lib.*2.*cap.*2. Ciballin.*de clauſura,*
*par.*3.*cap.*1.§.7. *nu.*23. Gonzalez *in cap.*
43 *cùm monaſterium,de elect.* Secus,ſi, vt
ſunt aliqui,ſcilicet errans,&,profugus
ambulet eum habitu: quia tunc di-
citur ouis errans, immo debet cogi
habitum dimittere,Fagnan.*in cap.nul-*
*lus,de foro competenti, nu.*63. ſic,vt di-
ximus, dicitur oblatus, ſi,de licentia
Epiſcopi,habitum ſuſcipiat, profitea-
tur obedientiam,&,de eius deſtinatio-
ne alicui Eccleſiæ inſeruiat,cum tranſ-
latione ſuorum bonorum, Marta *loc.*
*cit.nu.*4.Fagnan.*in dict.cap.nullus,à nu.*
150.Alia in materia Oblatorum vide
apud Rodriq.*quæſt.regular.p.*2.*q.*123.
art. 1. Barboſ. *de iure Eccleſ. vniuerſ.*
*lib.*1.*cap.*39.§.2.Mart.*loc.cit.* Fagnan.*in*
*dict.cap.vt priuilegia, & cap.*1.*de ſucceſ-*
ſionib.ab inteſtat.& in cap.in præſentia,
de probationib. Duard. & Pat.Pueron.
*in cap.*15.*Bul.cœn.* Epiſcop.Marant. *lib.*
3.*reſponſ.*64.Ric.*in prax. par.*3. *reſolut.*
128.de Marin. & alios *citatos*. Sed an
44 reuocetur donatio, facta monaſterio
ab oblato,ſi fuerit reuocata oblatio?
45 vide Sanfelic. *dict. dec.*191.
Conſil. de Roſ.*lib.*2.
*conſult.*8.

§. II.

46 SI numerantur Preſbyteri, alijq.
in ſacris, latino, aut græco ritu,
ordinati, eorumq. filij,vxores,& famu-
li,debent deſcribi in libro Numeratio-
nis, ſicuti reperiuntur in oſtiaria, &
Regius Numerator debet recogno-
ſcere bullas ordinis collati, cum data,
& à quo Prælato ſint initiati, & quo
ordine,ſcilicet Subdiaconatus,Diaco-
natus,aut Preſbyteratus,aliaſque cir-
cunſtantias, iuxta eius prudentiam;
eſt etiam deſcribenda ætas,& poſſeſſio
bonorum. Si numerantur vxores Preſ-
biterorum Orientalium, inſpicere de-
bet, ſi dependent á foculari antiquo,ſi
ſint deſcriptæ in libris æſtimi,exactio-
num vniuerſalium, & ſint poſitæ in
taxa, aliæque agantur diligentiæ, pro
ſeruitio Regij Fiſci, & cuncta deſcri-
bantur in margine focularis,breui, &
diſtincta nota.
47 Et reſpectu monachorum eſt dan-
dus terminus vniuerſitati ad produ-
cendam fidem ſolemnis profeſſionis in
aliquo monaſterio; & denique reſpe-
ctu Oblatorum ſunt recognoſcenda
inſtrumenta oblationum, ſi fortè in eis
adſit aliqua reſeruatio, aut conditio,ſi
habitent in eorum domibus, aut in
Conuentibus,& Eccleſijs, quibus ſunt
oblati,aut vadant, & redeant à domi-
bus prædictis ad Conuentum, ſi perci-
piant alimenta à Religione,omniaque
debent deſcribi, vt colligitur ex In-
ſtructionibus nouiſſimis *cap.*13. in hac
rubrica: Optima enim probatio focu-
laris eſt inſpectio Iudicis ad euitandas
fraudes in damnum Regij Fiſci, & ad
releuandum ab onere probationis vni-
uerſitates.
48 Presbyteri, alijque in Sacris, non
debent numerari, recognitis tamen
bullis ordinum; & ſi fortè, de facto re-
periantur deſcripti, aut aggregati, &
in promptu non ſunt exhibitæ bullæ,
tunc,illis oſtenſis, deducuntur; vt col-
ligitur ex Inſtructionibus anni 1545.
& ex nouiſſimis *in hac rubrica*, *num.*1.
49 Ratio eſt, quia dicti ſunt quo ad iu-
riſdi-

riſdictionem, & reliqua exempti, nec Principi laico ſubiecti, &, attento iure Diuino, adeſt præceptum Domini Moyſi, vt Tribum Leui non numeret, *cap.1.numerorum*, vt diximus *ſupra, de origine Numerationis*, & confirmant Ioſ.Hæbr. *lib.3. antiquit. cap.11.* Abulenſ. *in dict.loc.qu.25.* Pat.Pueron. *in comment.Bullæ cœnæ, cap.10.nu.14. verſ. non eſt autem.*

50 . Sed an immunitas Eccleſiaſtica, & exemptio Eccleſiaſticorum ſit de iure Diuino, aut humano? vide Scribentes in hac re. Et placet opinio, vt ſint exẽpti iure Diuino, licèt, quò ad declaratiõnẽ, & exequutionẽ de iure humano, Felin. *in c.ſi Imperat. verb. diſcuti, 96. diſtint. & in cap.quanquam, verb.dicitur, de cenſibus*, quam ſequuntur Ioann. Andr. Gemin. Archid. Ancharan. & Franc. *ibid.* Abb.Felin.Innocent. Butr. & Fagnan. *in cap. Eccleſia Sancta Mariæ, de conſtitution.* Marr. *de iuriſdict. par.2.cap.9.* Cened. *in collectan.iur.canon.collect.32.* Carol.de Graſſ. *de effectib. clericatus, effect.1. nu.2.* Vazquez *de ſucceſſion. §.22. limit. 17. num. 58.* Guttier. *in l.nemo poteſt, nu.107. de legatis primo*, Viu. *commun. opinion.verb. clerici à poteſtate*; latè proſequitur nouiſſimè Iul.Carthar. *in diſput. de immunit.Eccleſ.par.2.cap.1.à nu.40.* ex Theolog. Azor. *tom.1.Inſtitut. moral. lib.5. cap.12.* Alter. *de cenſur. tom.1. lib.5. diſput.16.cap.2.column.4.* Lecar. *lib.4.aduerſus Reſ.Angl.cap.8.& 9.* Cardin.Bellarm. *lib.1. controuerſ. cap.8. propoſit.5. & in tractatu de exemptione clericorũ, cap.1.§.ijs igitur, & in tractatu de poteſt. Sum. Pontific. in tempore, cap.34. §. ad hunc reſpondeo*, Pat.Pueron. *loco citato*, Filliuc. *tom.1. tract.16. cap.15. nu.326.* Pat. Diana *part.5. tract.1. reſolut. 21. par.1.tract.2.reſolut.1.par.7. tract.1. reſolut.2.& 7.* Pilaia *dec.Pontific.lib.1.dec. 11.à nu.138.* ex Tridentino *ſeſſ.25. de reform.cap.20.*

51 Si verò (vt reuertamur ad noſtram ſemitam) bullæ ordinum non exhibeantur, obtentu, quod Prælatus, qui ordinauit, non ſit ſolitus bullas expedire, hoc caſu non ſunt deducendi: quia hæc allegatio non eſt veriſimilis, & contra ſtylum omnium Epiſcoporũ, niſi tamen ordinari in Sacris palàm viſi ſint celebrare, vt colligitur ex Inſtruct. anni 1545. *in capit.incipiente: In quanto alli Preti*, & ex nouiſſimis
52 *ad rubric. nu.1.* Ratio eſt in primo caſu, quia inveriſimilitudo eſt imago falſitatis, & inducit fraudis præſumptionem, Bald. *in l.1. Cod.de ſeruis fugitiuis*, & Regius Fiſcus habet intentionem fundatam pro ſtatu laicali, vt optimè Merlin. *lib.2.controuerſ.cap.91.à nu.29.* & Conſil.Petra *rit.65. nu.7.* quæ ceſſant *in 2.caſu*, Petra, & Merlin. *citati.*

53 Hinc, ſi fuerit probatum, bullas eſſe deperditas, vel Sacerdotem celebraſſe; aut per teſtes, qui depoſuerunt interfuiſſe ordinationi, aut celebrationi, aut ex litteris teſtimonialibus Ordinarij, alioque legitimo documento, eſſe talem, qualis allegatur, tunc debet deduci, quia non per hoc excluduntur alia probationum genera, *cap. tuæ fraternitatis, de cleric. peregrin.* de Ponte *conſ.36. volum. 1.* Maſcard. *de probat. concluſ.303.* Couarruu. *practicar.qu.cap.33.à nu.3.* Sperel. *dec.7.n.23.* & ad formam ritus Magnæ Curiæ, Petra *loc.cit.& rit.235.à nu.3.* latè Gipr. *ad Capyc.Latr. deciſ.173. tom.2.à num. 2.* vbi, ſi producatur Bulla cum ſigillo Epiſcopi abſque eius ſubſcriptione, docet probare ordinem collatum, ex Anna *ſingul. 480.* & hæc etiam procedunt in probando profeſſionem reſpectu monachi; Franc. *dec.384.* de Marin. *lib.1. quotid.cap.295.nu.14. & allegat.104. tom.3.* Gratian. *diſcept.640. nu.4.* Reuerend. de Luca *ad Franc.loc. cit.* & nos *inferiùs*.

54 Sed an ordinatus ab alieno Epiſcopo, ſine, aut cum falſis dimiſſorijs, gaudeat priuilegijs eccleſiaſticis? vide allegationem, impreſſam apud Gyptium *ad Capyc.Latr.dec.198.* & Rotam *par.17. recent.dec.304.& 392. & par.18, nu.1. dec.10.tom.1.* licèt debeat deduci, cùm ſit rectè ordinatus.

55 Quid dicendum, ſi in antecedenti Numeratione ſit deſcriptus Sacerdos, aut Diaconus, & non oſtendantur bul-

læ

læ in noua Numeratione, nec alia legitima documēta? Reſpondetur, quod debet remanere pro foculari, ex rationibus adductis: quia enunciatiua eſt ſolùm facta à Deputatis, quibus, ſine alia probatione, non creditur: ſic reſpondit Regia Camera Annibali Quaranta Numeratori 23. Septẽbris 1662. *vt in libro Notamentorum*.

56 Presbyteri Orientales, ſeu Græci, non debent numerati, recognitis bullis, & in omnibus his eſt obſeruanda regula Presbyterorum Latinorum, ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ anni 1545. & ex decreto eiuſdem, ex Inſtructionibus *nu.* 1.

57 Limita, ſi vxores ipſorum poſſideant bona parafernalia, ex titulo hæreditario, vel alio, & poſita in cataſto, ex Inſtructionib. anni 1591. *cap.* 44. & ex nouiſſimis *in hac rubrica, nu.* 2.

Quod intelligendum mihi videtur, ſi vxor hæc bona poſſideat ſeparatè, nec concedat marito vſufructum, & adminiſtrationem; ſecus autem è conuerſo: quia hæc bona debent tractari immunia, ex quo fructus acquiruntur perſonæ Eccleſiaſticæ, vt Doctores *in l. vlt. Cod. de pact. conuent.* Surd. *dec.* 471. *nu.* 10. Mateſcot. *lib.* 2. *variar. cap.* 117. *nu.* 10. Menoch. *de præſumpt. cap.* 9. *n.* 19. *lib.* 3. Cancer. *lib.* 1. *variar. cap.* 9. *nu.* 162. Cyriac. *controu.* 31. *nu.* 3. ad inſtar pa-

58 tris Sacerdotis, qui eſt immunis in bonis filij, quorum habet vſufructū, *l.* 1. *& toto tit. Cod. de bonis maternis, & in tit. Cod. de bon. quæ liber.* & cum filio vnitè viuens deducitur à Numeratione, ex decreto Regiæ Cameræ *apud de Marin. arreſt.* 502. *&* 595. licèt ſecus ſit, ſi viuat ſeparatè, *ex arreſt.* 523. vt dicemus *in rubrica ſubſequenti*, nec vlla inter hos poteſt dari differentia, cùm vir, & vxor, dicantur vna caro, ſicuti pater, & filius, vna perſona.

59 Et licèt vrgeat in contrarium aliud decretum Regiæ Cameræ *apud eundem de Marin. arreſt.* 156. *in* 2. *cap.* reſpectu dotis, datæ viro Sacerdoti oriētali ab vxore, quam non eſſe immunē decreuit; tamen poteſt reſponderi, quod intelligatur reſpectu bonarenentia, à qua nullus priuilegiatus eximitur, ex decreto eiuſdem Tribunalis, & obſeruantia in Regno pro bonis, quæſitis ex titulo particulari, exceptis Eccleſijs, & Monaſterij, & patrimonio, ad cuius titulum quis eſt initiatus. Quod an ſit verum alibi, Deo dante,

60 dicemus; & licèt hæc reſponſio ſit de mente Regiæ Cameræ, tamen in caſu mihi non arridet: quia ſequeretur, quod etiam haberet locum in bonis, datis in dotem, eſtimatis eſtimatione, quæ facit emptionem, & tamen immunia eſſe, decreuit eadem Regia Camera *in eodem arreſto*; ideo, ſalua pace tanti Tribunalis, videtur aliquam pati difficultatem: quia maritus eſt dominus dotis in dote, eſtimata eſtimatione, quæ facit emptionem, *ex l. doce ancillam, Cod. de rei vindic.* & in dote ineſtimata habebit vſufructum, & per conſequens exemptionem á collectis, immo ipſa vxor ex perſona ſui viri, vt idem Reg. de Mar. *lib.* 1. *quotidian. cap.* 350. *nu.* 11. & eſt textus *in d. l.* 2. *Cod. de Epiſc. & cleric.* Fagnan. *in cap. nullus, à nu.* 37. *de foro competenti*, ideo maturiùs in caſu prædicto eſt inueſtigandum.

Si tamen vxor poſſidet bona ſeparata à viro, eſt foculare, non obſtante viri priuilegio, vt ex Bart. Salic. & alijs, cum Gloſſa *in l. penult. ff. ad leg. falc.* Capyc. *deciſ.* 76. Reg. de Marin. *loc. citato.*

61 In filijs Presbyterorum, legitimis, & naturalibus, ante ordinē ſuſceptis, debet ſeruari decretum Regiæ Cameræ 15. Aprilis 1545. in quo habetur, vt, ſi poſſideāt bona propria, aut exerceāt induſtriam, ex qua viuunt, ſiue ſint ſoluti, ſiue vxorati, remaneāt pro focularibus, licèt habitent ſimul cum patre, ſed, ſi nihil poſſident, aut viuunt in cōmuni, ſunt deducendi, Regens de Marin. *arreſt.* 595. Sed, ſi ſunt deſcripti in Cataſto, & ſoluunt collectas, ſunt focularia, vt ex dicto decreto, & Inſtructionib. anni 1591. *cap.* 45. & ex nouiſſimis *in hac rubric. nu.* 3. item, ſi ſeparatè viuunt, idem de Marin. *arreſt.* 523.

62 Vnde collige, quod, ſi filij poſſident bona propria ſeparatè, deſcripta in

cata-

Cataſto, vel quia pater remiſit vſunfructum, vel quia filij acquiſiuerunt pacto, vt non quæratur patri vſusfructus, & hoc caſu ſunt deſcribendi in capite focularis;ſecus, ſi adſit perfecta vnio, quia gaudent priuilegio paterno,ex dicta *l.2.* vbi Gloſſa *verb.liberi, & verb.filij*, Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*502.*&* 595. & quod etiã gaudeant priuilegio Fori, ex eodem textu docent Barboſ. *de iure Pontific. lib.1.cap.*39. §.2. *num.*62. Dian.*part.*1. *tract.1.reſol.*7.*&part.*4.*tract.1.reſol.*11. Pignatell.*conſult.*464.*tom.*1.vbi adducit decretum Sacræ Congregationis Immunitatis.

Idem dicendum puto in nepotibus, exiſtenribus in poteſtate aui paterni Sacerdotis, ſi dos materna ipſi tradita ſit, ſecundùm terminos textus *in l.ſi,cùm dotem*, §.*transſgrediamur,ff. ſol.matrim.* de Marin. *lib.*1. *quotid.cap.* 94.Capyc.Latr. *dec.*36.vbi Add.in his enim eadem militat ratio,quæ in filijs, *dict.l.*2.Abb.*in cap.*2.*nu.*7. *de foro competenti*, & videndi ſunt Paſchal.*de patria poteſt.par.*2.*cap.*7.*nu.*89. Fontanel. *de pactis nuptial. clauſul.*7. *gloſ.*2.*par.*2. *nu.*73.Surd.*dec.*47.vbi Hodier.Merlin. *de pignorib.lib.*3. *qu.*49. Rouit. *conſ.*24. *lib.*3. Capyc.Latr. *dec.*138.*lib.*2.Thor. *in Cod.rer.iudicat.part.*2. *cap.*50.*n.*134.

63 Bonden. *de iure controuerſ. collect.*1. *nu.*18. Limita in filijs naturalibus Sacerdotum, ſuſceptis ante ordines ſacros,de Marin.*arreſt.*302.

64 In Oblatis,deſcriptis in Numeratione,inſpici debet, ſi oblatio proceſſit in fraudem collectarum, & iudicij ſecularis, quæ colligitur ex oblationis inſtrumento, ſi in eo adſit aliqua reſeruatio bonorum,vel vſusfructus,ſaltem in parte,vel,ſi,non obſtante oblatione bonorum Eccleſiæ ſeculari, vel regulari,ipſe poſſideat,& fructus percipiat, quibus caſibus Oblatus debet remanere pro foculare: quia talis verè non dicitur, ex decreto Regiæ Cameræ 23. Iulij 1590. *apud de Marin. arreſt.*479. & ex Inſtructionib. ann. 1591. *cap.*51. & ex nouiſſimis *in hac rubrica,nu.*4.

65 Immo, ceſſante fraude, ſufficit aliqua reſeruatio in inſtrumento oblationis: quia tunc non dicitur plenè Oblatus, nec perſona Eccleſiaſtica, vt ex Fagnan. *in dict.cap.vt priuilegia, & in cap. in præſentia, nu.*4. *de probationibus*,Marant.& alij, vt diximus *ſupra*, & adeſt *capit.Regn.priuilegia*,Capyc.*in inueſtitura feudali*, *verb. Oblati Eccleſiarum*.

66 Hinc deducitur, quod, ſi maritus fecerit oblationem, & reſeruauerit ad beneficium vxoris vſunfructum mobilium, & alimenta,tradenda à Monaſterio, aut Eccleſia, cui ſe obtulit,remanet foculare, vt reſpondit Regia Camera 9.Auguſti 1663.Magnifico Aloyſio de Vicarijs, Regio Numeratori, vt ex decreto *in libro Notamentorum*.

Si verò Oblatus ſe, & ſua obtulit, abſque reſeruatione, & fraude, cum omnibus requiſitis,de quibus *ſupra*, eſt deducendus, ex eiſdem Inſtructionibus,& decreto Regiæ Cameræ *apud de Marin.arreſt.*479.

67 Monachi, oſtenſa fide profeſſionis, ſunt deducendi, ex Inſtructionibus *in hac rubrica,nu.*5.

68 Sed,an ſufficiant literæ teſtimoniales Abbatis, aut Prioris Conuentus, aut monachorum? & quod non ſufficiant, niſi alijs adminiculis coadiuuetur,docent Maſcard.*de probationib.concluſ.*1243.*nu.*15. Gratian. *lib.*4.*diſcept.* 650.*nu.*10.*&* 13. Franc. & alij,adducti *ſupra*.

69 Et an profeſſio poſſit teſtibus probari,ſi alia deficiat probatio? Reſpondetur affirmatiuè, Doctores *in cap.*1. *de cenſib.*Præpoſit.*in cap.rurſus,columm.* 7.*qui clerici, vel vouentes*, Magon.*deciſ.*141.*nu.*9,Riccius *collect.*530.Franc. *dec.*384. vbi Reuerendus de Luca,Regens de Marin.*lib.1.quotidian.cap.*295. *nu.*13.& valent etiam adduci,in teſtes, fratres Monaſterij, Bald. Abb. & Felin.*in cap.nuper,de teſtib.*Maſcard.& de Luca *loc. cit.* Sanchez *in ſumma,tom.*2. *lib.*5.*cap.*3.

70 Ampliatur concluſio in monacho, qui tacitam emiſit profeſſionem: quia hic dicitur verè Religioſus, Ric. *deciſ.* 206.*nu.*2.*part.*3.Sair.*dec.*42. *de regularib.*

Digitized by Google

*rib.*Reg.de Marin. *lib.1. quotidian. cap.* 295.& hæc tacita profeſſio non éxcluditur à diſpoſitione Sacri Concilij Tridentini *ſeſſ.25.cap.5.* licèt facto, & non verbis,fiat, Doctores *vbi ſupra*.

71 Quæ verò requirantur in hac profeſſioue tacita ? vide Rodríq. *quæſt.regul.qu.2. art.1.par.3.* Nauar. *conſ.41.de regular.*Sanchez *in Decalog. tom.2.lib. 5.cap.3.nu.30.* Tondut. *qq.benefic.lib.1. qu.14.* Fagnan. *in cap. quia ingredientibus,à nu.41.de teſtamentis, & in cap.vidua,de regularib.* Sperell.*dec.161.lib.2.* Gratian.*diſcept.640.à nu.16.*de Marin. *vbi ſupra,*Rouit.*conſ.96.lib.1.* vbi Add. Rotam *par.2.recent.dec.365.*

72 Ampliatur ſedundò in Religioſis militibus,ſeu Equitibus,qui in Regula,à Summo Pontifice approbata, tria emittunt vota,vt ſunt Equites S.Ioannis Hieroſolymitani,*clement.1. de religioſis domib.* Bart. *in l.ſemper,§.quibuſdam,ff.de iure immunit.* de Pont.*conſ. 14.*Ricc.*in prax.tom.4.reſol.177.&249.* Carleual.*de iudicijs,lib.1. tit.1.diſput.2. qu.6.ſeſſ.3.à nu.408.*Maranta *lib.1.controu. cap.89.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par.2.alleg.12.n.45.*ex Theologis Azor. *Inſtitut. moral. tom. 1. lib.13. quæſt. 4.* Vgol. *de cenſur. Bullæ cœnæ,par.2. cap. 15.*Sanch.*in ſelect.diſput.49.nu.13.* Pat. Dian.*par.1.tract.2.reſolut.49.& par.2. tract.2.reſol.30.& tom.4. tract.1. reſol.*

73 *86.* Huic inclytæ Religioni, fidei, & Chriſtianitatis antemurali,ob eius inſignes virtutes, poſt expulſionem á Tyranno Ottomano ab Inſula Rhodi, noſter inuictus Monarcha Inſulam Melitæ, ſeu Maltæ,elargitus eſt, cum multis priuilegijs,& Equites cum Magno Magiſtro in ſuos ſocios, & confœderatos adſcripſit, vt ex multis refert Tap.*dec.Sen.Ital.8. nu.13.& 14.& dec. 19.*de eius origine (quę fuit ann.1020.) ſtatutis,& priuilegijs,vide Statuta dictæ Religionis,Henric.Pantol.*in hiſtor. de reb.mirabilib.ordin.*Ioann.Codiol.& Fratrē Hyeron.Marull. *in ſua hiſtoria Hieroſolymitan. Relig.* Et in hac Religione ſunt tres Fratrum ſpecies, vna Militum, ex primaria Orbis nobilitate adſcriptorum, ſecunda Fratrum Conuentualium obedientiæ, & tertia Fratrum Seruientium, vt in ſtatutis Religionis,*lib.2.cap.2. rubric.della diuiſione de'Frati dell'Ordine,*Rota *par.11.recent. deciſ.18.*

74 Quid de Equitibus, qui tantùm coniugalem vouent continentiam, aut caſtitatem perpetuò, vt ſunt milites Sancti Iacobi de Spata,Calatrauæ,Alcantaræ, Sancti Lazari? quæſtio eſt inter omnes Doctores, & hos eſſe Eccleſiaſticos,tenent aliqui apud Carleual. *loc.cit.*Nauarr.*de redditib.Eccleſiaſt.qu. 3.num.28. & conſ.13.de regular.* Dian. *par.1. reſol.49.* Sed contrarium verius tenent Ancharan.*in cap.ea,qua,qu.15. de reg.iuris,in 6.*Specular. *in tit.de ſtat. monachor.qu.36.* Sot.*de iuſtit.& iure, lib.6.qu.5.art.3.* Mart.*de iuriſdit.par.2. cap.32.& par.4.caſ.113.* ex doctrina D. Thom.*2.2.qu.88.art.1.in corpore,& qu. 186.art.4.* vbi docet, ſtatum coniugalem eſſe incompatibilem cum Religioſo,& eſt textus *in cap.ad monaſterium, de ſtat. monachorum*, Pat. Pueron.*in Bulla cœn.cap.15.nu.26.* & hanc ſequitur noſtra Regia Camera *apud de Marin.arreſt.365.371.434.*

75 Sed,an nouitius,ſi numeretur,ſit deducendus, durante anno nouitiatus? Videtur affirmatiué reſpondendum: quia dicitur perſona Eccleſiaſtica, & pars integralis Religionis, & in via ad illum ſtatum, licèt non ſit verè religioſus,*capit.religioſo,* vbi Gloſſa,*§.quãuis, de ſententia excommunic. in ſexto;* vnde Fori, & Canonis priuilegio gaudet,Fagnan.*in cap.in præſentia, nu.101. de probationibus,* de Graſ. *de effect.clericat.effect.3.nu.13.*Molin. *tom.3.tract. 2.diſput.671.* Pat.Dian. *tom.1. tract.2. reſolut.38.* Nauarr. *conſ.5.* Duard.*in Bull.cœn.cap.15. qu.3. nu.2.* necnon ſecundùm aliquos immunitate in gabellis,Dian.*part.3. tract.2. reſolut.30. §.4.& in ſumma, verb. gabellas ſoluere, nu.11.& verb. nouitius, num.2.* & hæc
76 opinio eſt valde probabilis;ſed tamen in materia noſtra contrarium eſt dicendum,cum hac tamen diſtinctione, vt ſit, pendente nouitiatu, numerandus,& remaneat pro ſeculari,ſed,ſi ante

te

Digitized by Google

te clauſam Numerationem, aut, pendente reclamatione, faciat ſolemnem profeſſionem, eſt deducendus: Ratio primi dicti eſt, quia nouitius non eſt verè religioſus, nec adhuc tria vota emiſit, & retinet dominium ſuorum bonorum: & rationibus de Fori, & Canonis priuilegio, reſpondetur, ideo gaudere, quia nouitius dicitur membrum Religionis, & ſic in fauorabilibus, ſecus verò quando agitur de tertij præiudicio, vt eſt immunitas à collectis, vt fatentur Fagnan. & Doctores *vbi ſupra*, reſpectu bonorum, in quibus non poteſt monaſterium ſe intromittere, non obſtante quacunque donatione, quæ, pendente tempore nouitiatus, eſt in ſtatu reuocabili, ex Tridentino *ſeſſ.25.cap.16.de reform.* & contra immunitatem in gabellis tenent Parlador. *rer. quotid. lib. 1. cap.3. §.1.nu.21.* Laſſart. *de gabell. & decim. vendition. cap.19.nu.*50. latè D. Reg. Conſil. Altimar. *ad Rouit. conſ.27. lib.2.* ſic in noſtra materia determinauit Regia Camera 28. Octobris 1664. ad interrogationem Magn. Ioannis Canale in Numeratione ciuitatis Caſertæ, in qua per ſpolium Numerationis anni 1658. aggregauit aliquos nouitios, & reſpondit, *vt, ſi vniuerſitas docuerit de eorum profeſſione, ipſos deduceret; aliàs per diſtinctos numeros deſcriberet pro focularibus, vt in libro Notamentorum*: Ratio ſecundæ propoſitionis eſt, quia in caſu initæ profeſſionis, re integra, ceſſat præſumpta poſſibilitas laicationis, vt ex hac ratione in fortioribus terminis determinauit Regia Camera 9. Octobris 1596. in Numeratione Terræ Acceptūræ ad relationem Præſidentis Raparij in clerico numerato, qui, poſt Numerationem, aſcendit ad ordines ſacros, *vt in Numeratione dicti anni* fol. 363. & nos *infra*.

77 Quid dicendum de Heremitis? Non loquimur de heremitis alicuius Religionis, vt ſunt Auguſtiniani, Camaldulenſes, &c. ſed de illis, qui non viuunt in Religione, & hi ſunt in triplici differentia: aut enim viuunt congregati, cum habitu, & licentia Ordinarij, cuius obedientiæ ſunt ſubiecti, quales ſunt heremitæ Montis Gargani, & iſti dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, ſecundū D. Thom. *in 4. diſt.27. & in 2.2. qu.186. art.5. ad 3.* Silueſt. *in ſum. verb. heremita, qu.1. nu.2.* Nauar. *in manual. cap.27. num.*79. Aut non viuunt collegialiter, ſed tamen cum habitu inſeruiunt Eccleſiæ alicui, de licentia Ordinarij, à quo habitum ſuſcipiunt, cum promiſſione obedientiæ, & hi etiam ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ad inſtar Oblatorū, argumento *clement.1. de decimis, & cap. per exemptionem, de priuilegijs, in ſexto*, Cardinal. *in element. litteras, n.9. de præbendis*, Silueſt. *loc. cit.* Fagnan. *in cap.2. de foro compet. à num.*56. Rodriq. *tom.2. quæſt. regul. qu.62. art.*20. Reg. de Marin. *lib.1. quotid. cap.*117. *nu.*8. Ricc. *in praxi for. Eccleſiaſt. p.3. reſolut.128. nu.2.* Pat. Dian. *par.4. tract.1. reſol.*35. ideoque, ſi iſti numerantur, ſunt deducendi ex identitate rationis, & adductis determinationibus Regiæ Cameræ; Alij ſunt ſine iſtis requiſitis, ſed incedunt cum habitu, &, tanquam oues errantes, tranſeuntes de vna Eccleſia ad aliam, & iſti non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, Fagnan. *loc. cit. nu.63.*

78 Fœminæ presbyterorum, ſi poſſidēt bona vltra vnciam ſeparatè, ſunt focularia, ex Inſtructione Regiæ Cameræ anni 1591. *cap.*48. & ex nouiſſimis *in hac rubrica, nu.63.*

79 Clerici, etiam ſi ſint minoribus ordinibus initiati, remanent pro focularibus, ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ anni 1591. *cap.*49. & ex nouiſſimis *in hac rubrica, num.*7: Ratio adducitur, quia clerici poſſunt mutare ſtatum, & ad libitum habitum dimittere, & ex hac poſſibilitate, quæ non reperitur in conſtitutis in Sacris, Regia Camera determinauit, vt *ſupra*.

Sed hæc, & ſimilis ratio maximam videtur pati difficultatem: ſi enim clericus, ſecundùm præſentem ſtatum, eſt extra iuriſdictionem laici, & immunis à gabellis, collectis, & tributis, vti perſona Eccleſiaſtica, ac proinde vniuerſitas non poteſt ſe ſubleuare ab onere focularis, & conſequenter ceſſat

prætenſio Regij Fiſci; nec obſtat poſſibilitas laicationis: quia in materia Numerationis habetur reſpectus ad ſtatum præſentem,& ad tempus,in quo numeratur,diſcutitur,& liquidatur foculare, non verò ad futurum. Probatur, quia quando diſcutitur foculare vnitè viuentis, iudicatur vt vnitè viuens actualiter,licèt poſſit poſt diſcuſſionem ſeparari; ſic è contra pariter hoc iudicatur in foculare pupilli, filij familias,licèt poſſit deinde emancipari;ſic de reliquis, ex mente Regiæ Cameræ *arr eſt.444.apud de Marin.* Vnde in futurum doctiſſimis viris relinquo cogitandum; nil obſtat ſi poſſideat bona,empta, aut donata, quorum intuitu debet eſſe foculare, quia etiam Neapolitanus, & pater onuſtus,poſſidet,& tamen deducitur.

80 Sed,retenta illa determinatione,debet intelligi, dũmodo clericus ex alio capite nõ ſit deducendus,ſcilicet,quia minoris ætatis,aut quia ſexagenarius,
81 & nihil poſſideat:non enim debet eſſe deterioris conditionis,quàm laicus.

82 Sed in terminis Inſtructionum quæritur,an clericus numeratus,pendente diſcuſſione, aut reclamatione, aut alio recurſu ad Superiores pro deductione,ſi iſto medio tempore aſcenderit ad ordines ſacros,ſit deducendus? Reſpondetur, hunc articulum fuiſſe excitatum in Regia Camera in anno 1596. in clerico,qui, poſt liquidationẽ Numerationis,aſcendit ad ordines ſacros;& ad relationem Præſidentis Raparij fuit interpoſitum infraſcriptum decretum,votantibus Domino Regente Fornario, Locuntenente, Præſidentibus Aldana,Minadoo, Campanile,& Barba, cum interuentu Fiſci Patroni, & Procuratoris, *vt in libro votorum fol. 563.* videlicet: *Die 9. Nouembris 1596. in prima Aula Dominus Raparius dixit, che in Noià fù numerato vn clerico de' primi ordini, e che la Numeratione è liquidata, & andata in taſſa, e detto clerico è reſtato per fuoco, & hora ſi porta fede, che è promoſſo all'ordine ſacro,e dubita,an debeat deduci, ſtante, quod Numeratio eſt liquidata. Et cùm fuiſſet diſcuſſum, tandem fuit prouiſum, quod deducatur, adſunt ſcripturæ neceſſariæ ad deducendum.*

83 Vnde idem dicendum eſt, tam in ſupradictis caſibus,quàm etiam ſi vniuerſitas non reclamaſſet, quia forſan exiſtimauit, non poſſe iuſtificare grauamen ex ſupradictis determinationibus: in omnibus enim caſibus, in quibus ceſſat poſſibilitas laicationis per aſcenſum ad ordines ſacros, eſt deducendus, non obſtante clauſura Numerationis.

84 Quid,ſi Clericus ſit ſexagenarius,& nihil aliud poſſideat, niſi bona beneficialia in redditu vltra vnciam? Reſpondetur,hunc caſum eueniſſe Domino Franciſco Raitano,Regio Conſiliario Regiæ Audientię Hydruntinæ(eximij illius viri Regij Conſiliarij, & Regiæ Cameræ Præſidentis, Aſcanij filio, & Regentis Vincentij germano, quem inuida mors immaturè nobis abſtulit) in Numeratione Ciuitatis Licij, & conſulta Regia Camera in anno 1664.accepit reſponſum, quod *bona beneficialia non connumerantur inter redditus, & ſi aliud non poſſideat dictus clericus, deducatur*, vt eſt videre *in libro Notamentorum*.

TITVLVS XIV.

De vnitè viuentibus.

ARGVMENTVM.

In præſenti rubrica tractatur materia vnitè viuentium,ſcilicet de ijs, qui,arctiſſimo ſanguinis vinculo coniuncti, viuunt vnitè in eadem domo, & menſa, vt ſunt pater familias, & filij, & vxor, & quando ſe habeant collectiuè per modum vnius ad conſtituendum vnum foculare, vel plura, quando non adeſt perfecta vnio. Traduntur aliqua de ſocietate vniuerſali, de vnione, & coniunctione, & reſoluuntur plures quæſtiones in materia Numerationis pro hac rubrica.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vnitè viuentes, qui dicantur? & de multiplici diuiſione vnionis.*
2 *Vniuerſalis ſocietas propriè cadit inter fratres, aliosque, arctiſſimo ſanguine coniunctos.*
3 *Adducuntur plura de vnione, & concordia fratrum.*
4 *Societas vniuerſalis tacita inter fratres ex quibus reſultet?*
5 *Societas vniuerſalis tacita etiam admittitur inter patruum, & nepotem.*
6 *Ad contrahendam tacitam vniuerſalem ſocietatem, quæ requirantur?*
7 *In ſocietate vniuerſali, non ſolùm cõmunicantur bona paterna, & alia, exiſtentia tempore communionis, ſed etiam deinde acquiſita, titulo, ſiue particulari, ſiue vniuerſali, & etiam ex fructibus beneficiorum, & prabendæ.*
8 *Minor, quando prouocat ad diuiſionem, ad eius validitatem, quæ requirantur?*
9 *Societas vniuerſalis poſt diuiſionem, ſi deinde iterum adſit communio.*
10 *Si à fratre requirantur computa ab alio, non per hoc deſtruitur ſocietas vniuerſalis.*
11 *Minor poteſt tacitè contrahere ſocietatem cum maiori fratre, ſi adſit eius commodum*
12 *Minor, factus maior, ex continuatione communionis, dicitur ratificare ſocietatem.*
13 *Socius, emens, etiam nomine proprio, debet communicare bona empta cum ſocio vniuerſali.*
14 *Ratione communionis inter fratres multa ſpecialia ſunt à iure indulta.*
15 *Vicini qui dicantur, qui confinantes?*
16 *Vicinus dicitur amicus.*
17 *Adducuntur plura de iure vicinitatis.*
18 *Vicino competit prælatio iure prothomiſeos.*
19 *Contractus emptionis dicitur perfectus facta eſtimatione, ſi ad menſuram, & ad apprètium res vendatur.*
20 *Poſſeſſio antecedens in venditione prodeſt emptori pro prælatione etiam primi emptoris.*
21 *Qui habet ius luendi, dicitur habere partem rei.*
22 *Qui habet partem rei, dicitur coniunctus, & conſocius.*
23 *Qui habet ius ad rem, dicitur rem ipſam habere, & vendere.*
23 *Venditio cum pacto de retrouendendo dicitur reſoluta, ſi redemit vendens, ſecus verò, ſi tertius, vigore iuris luendi, retroemat.*
25 *Poſſeſſor, vel habens ius in re, habet prælationem in re vendita.*
26 *Adducuntur exempla: emptor cum pacto de retrouendendo, dicitur habere communionem, cum venditore in re vendita, & coniunctionem in parte quotitatiua, & commune habent periculum.*
27 *Ex communione, & coniunctione reſultat prælatio.*
28 *Aliud in iure res ſtabilis, aliud res immobilis.*
29 *Iura, & actiones, dicuntur immobilia, & ratio.*
30 *Iura, & actiones, quomodo dicantur conſtituere tertiam ſpeciem?*
31 *Iura, & actiones, veniunt, ex vi comprehenſiua* in cõſtitutione ſancimus, *ſicuti contractus locationis ad modicum tempus.*
32 *Aſſiſtentia poteſt concedi in fructibus pendentibus, & in iure luendi.*
33 *Stante ſtatuto, vt in contractu venditionis mobilium ſoluatur gabella, debet etiam ſolui quando venditur ius luendi.*
34 *Prælatio agnato quando venditur feudum, competit etiam, quando venditur ius luendi.*
35 *Explicatur textus* in l. dudum, Cod. de contrahend. emptione.
36 *Adducuntur Doctores pro affirmatiua ſententia de prælatione emptoris cum pacto de retrouendendo contra emptorem iuris luendi.*
37 *Adducitur authoritas Rotæ pro contraria ſententia: quibus occurritur.*
38 *Emptor cum pacto de retrouendendo, dicitur conſocius cum venditore, &*

coniunctus in re ad formam conſtitutionis ſancimus, *quicquid ſit de ſtatuto Vrbis*.

39 *Dominus in venditione ſeruitutis, ſeu alterius actionis in re, præfertur emptori*.

40 *Vaſalli, fauore libertatis, præferuntur in venditione, & locatione feudi*.

41 Conſtitutio ſancimus, *etiam comprehendit incorporalia*.

42 *Iterum explicatur* textus in dicta l. dudum, & in l. in re mandata, Cod. mandati.

43 *Emptor medietatis fundi præfertur, quando venditur altera medietas*.

44 *Explicatur* conſt. Pij V. de cenſibus, *reſpectu prælationis creditoris cenſualis in re cenſita*.

45 *Declaratur authoritas Rotæ, vt non procedat in terminis* conſtit. ſancimus.

46 *Confutatur ſententia Regentis de Marinis, & Antonini de Mauro, in contrarium adducta*.

47 *Declaratur authoritas Piſanelli, & Thori*.

48 *Explicatur ſententia Riccij*.

49 *Confutantur Ciarlinus, & Pilaia*.

50 *Explicatur ſententia Tiraquelli*.

51 *Confutatur authoritas Gyptij*.

52 *Vnitè viuentes quomodo dicantur in materia Numerationis?*

53 *Fraudibus occurrendum, & quomodo indaganda vera, & legitima vnio, aut fraudolenta?*

54 *Vniti fraudolenter, ſunt ſeparandi, & diſtinctis numeris aggregandi*.

55 *Duo fratres vxorati, vnitè viuentes in domo, & menſa, ſed poſſidentes pro diuiſo aliqua bona, ſunt ſeparandi, quia non habent perfectam vnionem*.

56 *Pater, donans filio clerico, qui fructus percipit ſeparatè, eſt ſeparandus, & faciunt duo focularia*.

57 *Pater, & filius, vnitè viuentes, conſtituunt vnum foculare, licèt filius ſit vxoratus, & notatus diſtinctè in taxa pro induſtria*.

58 *Limita, ſi vxoratus poſſideat ſeparatè bona dotalia, licèt redditum vnciæ nō excedant*.

59 *Filius, poſſidens in cataſto bona dotalia in diſtincta rubrica, nō eſt ſeparandus à patre, ſi non poſſidet pro diuiſo, ſed in communi*.

60 *Limita, quando filius non habitat in eadem domo, & menſa cum patre*.

61 *Sublimita, quando filius ex cauſa non cohabitaret, ſcilicet ob anguſtiam domus, vel ex cauſa ſit abſens, quia in cæteris concurrente perfecta vnione, eſt deducendus*.

62 *Filius familias, ducens vxorem, dependentem à foculari antiquo, ſed extincto, debet numerari pro vnico foculari*.

63 *Sed an ſit vnum, & idem foculare cum patre?*

64 *Exterus ſi ducat in vxorem filiam focularis extincti, aut ſororem, nec adſit hæres, qui conſeruet foculare, hic exterus debet ſoluere pro bonis dotalibus, & alijs ſuæ vxoris, vti ciuis*.

65 *Declaratur concluſio, pluribus adductis exemplis*.

66 *Sorore nupta ciui, & altera extero ſecundùm ſupradictos terminos, ſoror nupta extero conſeruat foculare paternum pro bonis*.

67 *Declarantur ſupradicta, ſi filiæ, in vita patris numeratæ ſub foculare, ſecus ſi vna in vita patris ſit ſeparatè numerata cum viro in antecedenti Numeratione: quia ſolùm altera ſoror, nupta extero, ſoluit, vti ciuis, pro bonis poſſeſſis*.

68 *Limitatur in bonis paternis, obuentis nuptæ ex hæreditate paterna*.

69 *Vxor ſequitur ciuilitatem, & forum viri regulariter*.

70 *Vidua, dependens à foculari antiquo, & extincto, viuens vnitè cum filio, qui duxit vxorem, dependentem à foculari antiquo, & extincto, ſi poſſideat bona vltra vnciam, eſt ſeparanda*.

71 *Quodnam dicatur foculare extinctum?*

72 *Quodnam dicatur feudum nouum, quodnam antiquum?*

73 *Socer viuens vnitè cum filio, & eius vxore, vnione perfecta, vnum conſtituunt foculare, ſic etiam plures fratres vxorati*.

74 *Plures filij, ſuccedentes ab inteſtato eius patri, ſi diuiſerunt bona materna, quatuor*

tuor conſtituunt focularia,etiam ſi adſit fœmina, admiſſa ad ſucceſſionem, & eius portio ſuperet redditum vnciæ.

75 *Declaratur concluſio.*

76 *Soror,poſſidens bona in communi, & in eadem domo, cum fratre Sacerdote, ſi eius portio ſit in redditu vltra vnciam, debet poni pro foculari in capite.*

77 *Quid dicendum, ſi poſſideantur bona tantùm paterna, & materna,in quibus ſucceſſit frater* ex conſtitutione in aliquibus, *cum onere dotandi, aut alimentandi ſororem?*

78 *Reſoluitur quæſtio, vt ſi paragium, & alimenta, excedant redditum vnciæ, ſit foculare.*

79 *Fœmmina in liquidatione legitimæ facit partem, licèt non admittatur in parte.*

80 *Plures ſorores,numeratæ in antecedenti Numeratione vnitæ, ſi in noua reperiantur in diuerſis Conſeruatorijs, aut in vno, an ſint diſtincta focularia?*

81 *Adducitur pro reſolutione decretum Regiæ Cameræ.*

83 *Pater, & filij, vel patruus,& nepotes vnitè viuentes, ſed in cataſto taxati diſtinctè pro induſtria, vnum conſtituunt foculare.*

84 *Vidua cum pluribus filijs, ſi ſecundas contraxerit nuptias,& dotem ſeparatè poſſideat cum ſecundo viro,licèt cohabitauerit cum filijs primi matrimonij,ſi dicti filij poſſident bona paterna, aut alia in redditu vltra vnciam, aut ſint maiores, ſunt diſtincta focularia.*

84 *Filius, numeratus ſub patre in vno loco, ſi deinde ad alium ſe contulit, & ibi fuerit numeratus pro foculari acquiſito, mortuo patre, nullo alio relicto, debet ſuſtinere foculare paternum, & deduci à loco,in quo fuit numeratus,ſed viuente patre ſecus.*

85 *Duo fratres,numerati vnitè viuentes, ſi poſt Numerationem ſe ſeparauerint, dicuntur duo focularia acquiſita.*

86 *Fratres vniti, ſi aliò ſe conferant, & viuant vnitè, debent tractari, vti exteri in loco habitationis,& in loco, vbi ſunt numerati, debent ſoluere pro vno foculari.*

87 *Plures filij, numerati ſub foculare patris,ſi omnes diſceſſerint, debet primogenitus conſeruare foculare paternū, & ſi alij in dicto loco viuant ſeparatim,dicuntur focularia acquiſita.*

88 *Declaratur, vt ſi remanſerit in patria filius ſecundogenitus, vel alius, ipſe debet conſeruare foculare paternum.*

89 *Quid, ſi remanſerit in patria frater clericus, an hic conſeruet foculare paternum?*

90 *Reſoluitur.*

91 *Declaratur concluſio de patre, & filijs, numeratis in loco, & filius ſit foculare acquiſitum alibi.*

92 *Fratres,ſi fecerint diuiſionem poſt mortem patris, & deinde contraxerint ſocietatem vniuerſalem,& unitè uixerint notabili temporis ſpatio, non ſunt diuidendi.*

93 *Ampliatur in duobus fratribus vxoratis.*

94 *Duo fratres,aut pater,& filij,numerati, uti unitè uiuentes, in antecedenti Numeratione, ſi unus non fuit repertus in Oſtiaria ob eius abſentiam, & uniuerſitas, alleget abſentiam, an abſens debeat eſſe diſtinctum foculare?*

95 *Gener,unitè uiuens cum ſocero, aut ſocru, ſic etiam leuiri, qui dependent à foculari antiquo, aut diuiſè poſſident bona paterna cum alijs, ſunt ſeparandi, licèt habitent unitè, quia debent conſeruare antiquum foculare.*

96 *Limitatur concluſio:gener,aut leuir aduentitius, licèt non ſuſtineat foculare paternum, debet diuidi, & haberi uti foculare acquiſitum.*

97 *Fratres uxorati, unitè uiuentes cum filijs,& vxoribus, unum conſtituunt foculare, licèt uxores conſeruent diſtinctè mobilia dotalia; ſecus, ſi adſit aliquod ſignum diuiſionis, aut fraus, aut diuiſio in domo.*

98 *Sublimita,quando domus eſſet incapax, & habitent in domo contigua.*

99 *Si uxor de conſenſu uiri ſeparauerit ſe à uiro, qui fuit promotus ad ordines ſacros,& ipſa uouerit continentiam,*

& poſ-

& poſſidet bona ultra unciam, an ſit foculare?

100 *Reſoluitur quæſitum.*

101 *Quid, facto diuortio ex cauſa?*

102 *Filius emãcipatus eſt foculare diſtinctum à patre.*

103 *Ampliatur in emancipato ad aliquem actum, ex decreto Regiæ Cameræ.*

104 *Declaratur decretum Regiæ Cameræ.*

105 *Fratres emancipati, concurrentibus requiſitis pro vnione, conſtituunt vnũ foculare.*

106 *Priuignus, habitans cum vitrico, ſi maior, eſt ſeparandus; & ſic minor annorum quatuordecim, ſi poſſidet vltra vnciam, aliàs ſecus.*

AGitur in hac rubrica de his, qui
ſtricta ſanguinis coniunctione in
1 eadem domo, menſa, & communione
bonorũ, quaſi vniuerſali ſocietatis
iure, viuunt: vnitè viuere pluribus mo-
dis contingere poteſt, & primo vita
ſpirituali, ſic omnes Chriſti fideles, qui
ſunt in gratia, dicuntur vnitè viuentes
in Eccleſia, cuius caput eſt Chriſtus
Dominus, communicantes ſocietate
ſpirituali omnia merita, vnde in ſym-
bolo habetur *Sanctorum communio*: ſic
fideles, qui conueniunt ad orandum
in loco pio, ſeu congregatione, dicun-
tur confratres, ſeu ſodales: fraternitas
enim in iure aliquando accipitur pro
ſocietate, *l. verum, ff. pro ſocio*, & ideo
hoc ſenſu omnes Chriſtiani dicuntur
fratres in Domino, *cap. multi, 2. q. 1. cap.
quædam lex, 35. qu. 3. cap. ad menſam, 12.
qu. 3. cap. 1. de ſepulturis, in 6.* Speculat.
par. 3. tit. de renunciat. §. 2. Secundo vi-
ta ſpirituali, vt ſunt omnes Religioſi,
& Religioſæ, & ideo dicuntur Fratres,
& Sorores, *cap. Epiſcopus, 10. qu. 3. cap.
dilectiſſimus, 12. qu. 2.* vnde illud Pſalm.
132. *Ecce quàm bonum, & quàm iucun-
dum, habitare fratres in vnum!* Tertio,
qui tantùm vita temporali ad diſcen-
das virtutes in eadem domo, & men-
ſa, & dicuntur conuictores, vt ſunt Se-
minariſtæ, *cap. priuilegia*, vbi Io: Andr.
& Archidiaconus, *de priuileg. in 6.* &
omnes, qui ad vnum panem viuunt,
communibuſque expenſis, dicuntur
ſocij in menſa, & certa eſt contracta
ſocietas, Mantic. *de tacit. & ambig. lib.
6. tit. 2. nu. 2. & tit. 11. nu. 14.* Michalor.
de fratribus, part. 2. c. 4. & 5. & hanc ſo-
cietatem poſſunt contrahere etiam
extranei, *cap. 1. §. ſi duo fratres*, vbi Do-
ctores, *tit. de duob. fratrib. de nou. feud.
inueſt.* & Doctores *vbi ſupra*. Quarto, ſi
vltra conuictum, & habitationem, ad-
ſit communio omnium bonorum, &
operum: quia tunc dicitur contracta
tacita vniuerſalis ſocietas, concurren-
te arctiſſima ſanguinis coniunctione, vt
ſunt fratres poſt obitum patris, qui
communiter viuunt in eadem domo,
& menſa, eadem fortuna, promiſcua
poſſeſſione bonorum, reddituum com-
municatione, abſque vlla redditione
rationis, vt Doctores *in l. qui Romæ, §.
duo fratres, ff. de verb. obligat.* Angel.
*in l. quod, ſit fugitiuus, §. apud Celſum,
ff. de ædilit. edicto*, Decian. *conſ. 73. lib. 5.*
Surd. *de aliment. tit. 6. qu. 13. & qu. 23.
nu. 21.* Gratian. *dec. 190. & diſcept. 160.
nu. 5.* Micalor. *de fratribus, par. 2. cap. 7.
& ſequentibus*, Ciarlin. *lib. 1. controu. cap.
15. & lib. 2. cap. 177.* Caten. *reſolut. 183.
194. 238.* Cyriac. *lib. 3. controu.* Gratian.
controu. lib. 1. controu. cauſ. 71. nu. 5. Bon-
den. *de iure controu. cap. 36.* Rota *par.
10. recent. dec. 129.* doctiſſimus Conſil.
de Roſa *conſultat. 8. lib. 1.*
2 Et hæc vniuerſalis ſocietas, & vnio,
vt diximus, magis cadit inter fratres,
in quibus concurrit naturalis affectio,
*l. cùm allegas, Cod. de erogat. milit. an-
non. lib. 12. l. cùm ſeruus, l. dotem, §. final.
ff. mandati*, & eſt præcipua inter omnes,
excepta parentum, & filiorum, *cap. cùm
conſanguinei, 3. qu. 5.* Luc. de Penn. *in di-
cta l. cùm allegas*: Suauis enim eſt illa
recordatio, *In eodem cum fratre domi-
cilio, antequam natus eſſem, habitaui, ijſ-
dem incunabulis infantiæ tempora per-
egi, ex maiorum imaginibus lucem
traxi*, ſunt verba Valer. Maxim. *lib.
5. cap. 4.* & eſt inter fratres ſacrum,
ac venerandum natalium conſortium,
Quintil. *in ægroto retento.* Hinc *dulciſ-
ſimi* in iure noſtro appellantur, *l. cum
3 pater dulciſſimis, de legat. 2.* & cauſa pie-
tatis in filios extenditur ad fratres, *l.
plerunque, ff. de ædilit. edicto*, & fratres
con-

Digitized by Google

concordes dicuntur Ciuitas firma, & quaſi vectes vrbium, vt *Prouerb.* 18. & Deus optimus maximus, valde oblectatur fraterna concordia, *cap. iuſtum eſt*, 23. *qu.* 13. & *Eccleſiaſt. cap.* 25. & frater dicitur ferè alter, Aul. Gell. *nocti. actic. lib.* 13. Saluſt. *in Iucurta*, Iacob Piegell. *in Lexic. verb frater*; & fraternitas definitur à Quintil. *declamat.* 322. vt ſit diuiſus ſpiritus inter duos, quod placuit elegantiſſimo Annco Robert. *rer. iudicat. lib.* 3. *cap.* 7. & Rotę *par.* 14. *recent. dec.* 179. & aptiſſimè de fratribus cecinit Sil. Italic. *de bell. Punic. lib.* 9.

Lucis idem hoſpitium ad patrium cōmune duobus.
Paupertas ſacro iuuenes Preneſte creati
Miſcuerant ſtudia, & iuncti tellure ferebant
Velle, ac nolle, ambobus idem, ſociataque toto
Mens auo, & paruis diues concordia rebus.

Et Ouid. *lib.* 5 *triſt. eleg.* 10.

Ianque decem vitæ frater geminauerat annos,
Cùm perijt, & cæpi parte carere mei.

Et Alciat. *emblemat.* 40. *cui titulus concordia inſuperabilis.*

Ter geminos interfuerat concordia fratres,
Tanta ſimul pietas mutua, & vnus amor;
Inuicti, humanis vt viribus ampla tenerent
Regna, vno dicti nomine Geriones.

Vide alia apud Michalor. *de fratribus, par.* 3. *cap.* 1. licèt eodem loco adducat, maximam aliquando fuiſſe diſcordiam inter fratres: quia corruptio optimi peſſima, hoc cauſante æmulatione, & intereſſe, vt Tacit. *lib.* 3. 4. & 13. *annal.* & plura exempla adducit Velanzuel. *conſ.* 98. *à nu.* 23.

At, quia de tacita vniuerſali ſocietate ſcripſimus nos in cauſa, quæ agebatur in Curia Epiſcopali Neritonen inter fratres de Melica de Terra Tauiani, ideo allegationem inſerendā duximus.

Neritonen Societatis vniuerſalis.

Ioſeph, & Franciſcus Melica, fratres Terræ Tauiani, Neritonen Diæceſis, inſteterunt in Curia Epiſcopali Neritonen, diuidi omnia bona cum eorum fructibus, quæ habent communia cum eorum fratre Domno Dominico, tam paterna, quàm quomodocunque quæſita, de quibus in libello fol. 12. *à tergo, ex vniuerſali tacita ſocietate inter eos contracta, poſt mortem communis patris, ex vulgata iuris regula, dictante, neminem cogi poſſe viuere in communione; negat D. Dominicus reus conuentus diuiſionem, ex eo quod reſpectu bonorum paternorum, fuit facta diuiſio in anno* 1657. *cum matre, & tutrice dictorum actorum, & nouerca ipſius D. Dominici, vt ex inſtrumento fol.* 7: *negat aliorum bonorum, & ſignanter clauſorij oliuarū arborū* 220. *vulgariter* la Chiuſura della Cornola, *aſſerens, dictum clauſorium emiſſe nomine proprio à Domino D. Iacobo de Franchis, Marchione dictæ Terræ: negat ſocietatem vniuerſalem cum fratribus, & totum concedit, ſe fuiſſe adminiſtratorem, & plus impendiſſe pro alimentis, & oneribus, quàm ſit in fructibus, & induſtria, dictorum fratrū, vt colligitur ex replicationibus, poſitionibus, & articulis dicti rei conuenti.*

Sed, quod ſit concedenda diuiſio pro aquali portione omnium bonorum, tam mobilium, quàm ſtabilium, cum eorum fructibus, ad beneficium dictorum fratrum, & condemnandus reus conuentus in expenſis ob iniuſtè denegatam diuiſionem, fundabitur ex infraſcriptis in facto, & in iure, incontrouertibilibus demoſtrationibus.

Conſtat ex facto, poſt obitum Ioannis Melica, communis patris (qui deceſſit die 30. *Iulij* 1656.) *inter dictos fratres adfuiſſe communionem omnium bonorum, communem habitationem, & victum in eadem menſa, vſque ad menſem Auguſti prateriti, à quo fuit inceptum iudicium communi diuidundo in hac Epiſcopali, vt ex teſtibus, non ſolùm productis ab actoribus, ſed etiam à reo conuento, ex quibus reſultat tacita vniuerſalis ſocietas.*

4 *Nec*

4 *Nec in iure ambigitur non ſolùm poſſe expreſſam, ſed etiam tacitam vniuerſalem omnium bonorum ſocietatem coiri, quæ reſultat ex promiſcua omnium bonorum poſſeſſione, fructuum, lucrorum, & damnorum communicatione, nulla inter ſocios reddita ratione; & hic contractus ex ſolo facto, ſine verborum expreſſione, habetur*, vt in l.ſocietatem coire,ff.pro ſocio, *& hanc ſententiam, confutata aliquorum opinione, latè vltra Interpetres confirmat Decian.* conſ.73.à nu.10.lib.1. *Maſcard.* de probat. lib.3.concluſ.1316. n.20. *Thuſc.*practicar.concluſ.lit.S.concluſ.283.num.46. *Filliuc.*de ſocier.cap.10.nu.16. *Fachin.* lib. 22. controu. cap. 14. *Gratian.* diſceptat.993. nu.23. *Mantic.* de tacita, & ambig.lib.6.tit.9.nu.6.*Ciarlin.*lib.1. controuerſ.cap.16.nu.30. *Michalor.* de fratribus par.2.cap.2. *Bonden.* de iure controuerſ.cap.36.nu.20. *Conſil.de Roſa* controuerſ.8.nu.3. *Andreol.*controuerſ.34.nu.14. *Rota* apud Coccin.dec. 421.nu.2.apud Seraſin. dec.179. nu.1. apud Burat.dec.397. & dec.900. nu.6. & par.18.recent.tom.1. deciſ.212.*Tomas.* dec.124. *latè Velanzuel.* conſ.89. lib.1.*præcipuè inter fratres, ob dilectionem, ex naturali coniunctione ſanguinis reſultantem, quæ etiam à iure dicitur fraternitas, quicquid ſit inter extraneos,* l.verum, ff.pro ſocio, *probant Gratian.* diſcept.547.nu.2. *Mantic.*lib.6. tit.10. nu.1.& tit.26.nu.16.*Tomas.* vbi ſupra, *Rota* par.7.recent. dec.28.nu.10.*Ciarlin.*loc.cit.nu.4. *& Conſ.de Roſ.* vbi ſu-
5 pra,nu.5. *& inter patruum, & nepotem etiã faciliùs reſultare probatur* in l.ſi patruus cõmunis,Cod.commun.vtriuſq; Iudic.nu.16.*Roland.*conſ.91.à num.29. *Mantic.*dict.tit.26.

6 *Ad hanc verò Societatem contrahendam tria requiruntur; Primũ, vt ſocÿ, aut fratres in eadem domo, & menſa habitent, poſſidentes in communi, vt diximus: Secundũ, vt omnia lucra, emolumẽta, damna, & expenſas ad inuicem communicent: Tertiũ, vt nullam ad inuicem reddant rationem ſibi,* vt in dict.l.ſi patruus,& in l.Titius, & Mela,§.altero, ff.de adminiſtrat. Tutorum, *Dec.*conſ. 21.nu.10.*Socin.* con.160. lib.1.*Gratian. Bonden.& de Roſa,*vbi ſupra, *Rota* loc. citato, & apud Eminentiſs. Octobonian olim duorum annorum circulo, Patrem Beatiſſimum in Petri Sede Põtificem inter Alexandros Octauum, dec.84.nu.3.& dec.116.nu.8. *& ſufficit, ſi fratres hoc modo per decemnium vixerint, Bald.* conſ.882. lib.9. *Ancharan.*conſ.302.*Alex.*conſ.48.nu.6. lib.2. *Conſil.de Roſa* loc.cit. nu.13. *immo minus tempus ſufficere, docuit Filliuc.*dict. cap.10.nu.23.*cuius opinionem veriorem affirmat Conſil.de* Roſa vbi ſupra.

At ſupradicta ſatis, ſuperque in facto sũt fundata, & primò conuictus, & cohabitatio dictorum fratrum, à die obitus patris, vt ex teſtibus, che Giuſeppe, e Franceſco Melica, dopo che morſe Giouanni Melica loro padre, hanno viſſuto in vna menſa, & habitaro inſieme in vna caſa con D. Domenico Melica loro fratello, per ſpatio d'anni ventiquattro ſenza diuiſione alcuna: *Item*, che Giuſeppe, e Franceſco Melica hanno poſſeduto vniramente con loro fratello tutti li beni ſtabili, così paterni, come materni, come anche li patrimoniali di detto D.Domenico, ſenza diſtintione alcuna, & ogn'vno coltiuaua, e gouernaua le robe per commune vtilità di eſſi fratelli, nel tempo però, che detto Giuſeppe, e Franceſco arriuarono ad eſſere vn poco grandi, ſenza ſapere qual ſia quella di D.Domenico, e quale quella di eſſi Giuſeppe, e Franceſco, e quello, che faceua vno di detti fratelli, l'altro non contradiceua. *Secundo, quod omnes fructus, & emolumenta, ad inuicem communicabant, vt teſtes ſuper quarto art.*Che li frutti, peruenuti da loro beni, come grano, olio, vino, ſi coglieuano, e ſi metteuano in commune, nelle Caſe, e Magazeni loro, *& ſuper* 5.che li guadagni ſi metteuano in commune, e da che crebbero Giuſeppe, e Franceſco Melica con l'induſtria loro d'hauere atteſo alla ſudetta roba hanno auanzato, & auanzano tutto in commune.*Tertio, quod nullã ad inuicem reddiderint rationẽ: ſuper 6.art.che* quando

do

Digitized by Google

do vno de'fratelli ſpendeua, ò ſi pigliaua delli frutti, e beni ſudetti, non ſe ne dauano conto frà di loro, ma ogn' vno andaua in confidenza, perche ſtauano vnitamente, e veramente da fratelli, che erano.

7 *Et ex his minimè poteſt controuerti vniuerſalis ſocietas, in qua non ſolùm veniunt communicanda bona paterna, ſed etiam omnia acquiſita, ſiue titulo vniuerſali, ſiue particulari, omnia lucra, & damna, incluſis etiam quæſitis reſpectu Eccleſiaſtici conſocij, & fructibus beneficiorum, præbendæ, & diſtributionum,* Petr. de Vbald. in tract. de duobus fratrib. part. 6. qu. 17. num. 18. *Decian.* loc. cit. *Ciarlin.* loc. cit. nu. 9. *& alij* vbi ſupra, *Caren.* reſolut. 183.

Nòn obſtat prætenſa diuiſio bonorum in anno 1656. ex ſcriptura, in actis pro-

8 *ducta: Primò, quia ſcriptura eſt informis: Secundò, quia illa diuiſio non eſt ſolemnis, ex eo quia fuit facta à Tutrice, quæ talis non probatur cũ debitis adimplementis ſolemnium: Tertiò, quia defuit cauſæ cognitio, & Iudicis decretum, quæ requiruntur in diuiſione bonorum pupillorum, aut minorum, vt tunc erant dicti Ioſeph, & Franciſcus*, l. magis puto, §. final. ff. de reb. cor. l. cùm his, §. ſolet, ff. de tranſact. l. ſi pupillum, ff. de reb. cor. *Doctores* in l. ſi res pignori, ff. familiæ erciſcundæ, *& in puncto diuiſionis, Simoncell.* de decret. lib. 2. tit. 4. in 3. *Nau.* conſ. 162. n. 34. *Gabr.* conſ. 13. nu. 1. lib. 1. *Contr.* diſcept. 60. nu. 11. *Giroсc.* diſcept. 71. n. 50. *Rota* apud Merl. deciſ. 155. nu. 4. 5. *Vnde non mirum, ſi D. Dominicus, non attenta diuiſione prædicta, continuauit in ipſa communione, poſſidendo bona communiter, communicando fructus dictorum bonorum.*

Immò etianſi diuiſio fuiſſet valida, & ſolemnis, quia poſt ipſam de nouo fra-

9 *tres poſſederunt in communi vſque ad præſentem diem, diceretur renouata ſocietas omnium bonorum*, *Crauett.* conſ. 73. nu. 13. volum. 1. *Roman.* conſ. 470. *vbi Addent. Rota* in Romana Societatis, de Rotignis 19. Iunij 1645. coram Ghiſlerio, *accedente maximè lapſu temporis 24. annorum, quando ſufficit decem*, *Alex.* conſ. 40. lib. 2. *Cæphal.* conſ. 403. nu. 3. lib. 4. *Felin.* de ſociet. cap. 10. n. 23.

10 *Minùs obſtat, quod aliquando D. Dominicus requiſiuit computa ab alijs fratribus de expenſis: quia hoc tantùm denotat ſuperintendentiam, quam ipſe, vti maior natus, habebat in alijs fratribus, quod non tollit ſocietatem vniuerſalem, vt Gratian.* diſcept. 147. nu. 12. 16. *& in terminis noſtris, Ciarlin.* dict. cap. 16. num. 36.

11 *Nec etiam obſtat, quod dicti fratres de Melica, tempore obitus patris erant pupilli, & ſic non poterant ſocietatem contrahere: quia, cùm ipſi communicabant bona cum D. Dominico maiore, benè ipſorum fauore reſultauit ſocietas: minor enim poteſt tacitè ſocietatem contrahere, quando agitur de ſuo fauore, ſicuti in omnibus, vt diximus* ſupra, in rubrica de pupillis, *& in terminis ſocietatis tacitæ, Roman.* conſ. 453. *Socin.* conſ. 160. nu. 12. lib. 2. *Felic.* de ſociet. par. 3. *Surd.* conſ. 9. nu. 16. & dec. 49. nu. 1. *Gratian.* diſcept. 317. à nu. 12. *Bonden.* dict. collect. 36. à nu. 11. *Rota Genuenſ.* dec. 14. num. 96. *Caren.* dicta reſolut. 183. *Maſcard.* concluſ. 31. num. 15. 16. *Bald.* in dict. l. ſi patruus, nu. 15. *Mantic.* de tacit. lib. 6. tit. 26. nu. 25.

12 *Immo ſumus extra difficultatem: quia dicti de Melica, facti maiores, ex continuatione in communione ratificauerunt ſocietatem, ac proinde habetur, ac ſi ab initio fuiſſet contracta, vt Grati.* lib. 3. diſcept. 547. à n. 3. & dec. 714. n. 11. *Riminald. iun.* conſ. 200. nu. 53. *Crauett.* conſ. 206. nu. 2. *Surd.* conſ. 534. num. 30. *Cæphal.* conſ. 674. nu. 50. *Magon.* dec. 1. nu. 3. *Rota* apud Coccin. dec. 421. nu. 3. *Mantica* de tacit. lib. 6. tit. 13. nu. 5.

13 *Et denique non excluditur communio, ex eo, quod D. Dominicus emerit prædiũ ſcutis 300. nomine proprio: quia, vt eſt probatum in facto, hoc fuit ad euitandã ſolutionem onerum, & collectarum, ſed tamen maior pars pecuniæ fuit dicti Ioſephi fratris; Immo hoc non excludit vniuerſalem ſocietatem: quia, licèt in aliquo contractu ſit expenſum nomen proprium*

ſocij, *tamen omnia acquiſita in eo*, *veniunt communicanda cum alijs ſocijs*, *Palat.* in repetition.rubr.de donat. inter vir.& vxor.§.65.nu.12. *Barbuſ.*in l. ſi patruus,nu.3.*Conſil.de Roſa* dict.controu.8.*Ciarlinus*,*&* *Bonden*. cit. *&* *Rota* apud Coccin.vbi ſupra.

Hæc cauſa fuit deciſa à Curia Epiſcopali ad fauorem dictorum fratrum ſecundùm hæc ſcripta, die 2. Februarij 1680. deinde ſententia confirmata in Vrbe in ſecunda inſtantia in anno 1684. & ſic etiam in tertia inſtantia coram Prælato Commiſſario,deſtinato à Signatura SS.Domini.

14 Et non ſolùm ratione huius vnionis, & coniunctionis fratribus multa ſunt à iure largita priuilegia, ſed etiam,vt latè Michel.*de fratribus*, & ante ipſum Petrus de Vbald.vicinis, taliter dictis à *vico*, quem proximum incolunt, vel

15 à *vicinia*, teſte Varron. *lib*.4.*lingua latin.* ad differentiam confinantium,qui dicuntur *vicini* in prædijs ruſticis,*l*.4. §.*vlt*.*ff.finium regund.*Vulteius *in comment.Inſtit.de action.* §.18.*num.*23. latè Petrus Gregor. *ſynthagmat. iuris,part.* 1.*lib*.4.*cap*.24. & inter vicinos talis eſt

16 contracta amicitia, vt exæquetur cognationi,D. Thomas *in p. polyt.ſect.*1. & ex hac ratione, vicini alijs prælati,

17 ex ſacra Scriptura *Tobia* 8.ibi:*Indixit Tobiæ filiæ vicinis ſuis*, *&* *cæteris amicis conuiuium*,*Lucæ* 15.ibi:*Homo,qui inuenit ouem*,*&* *mulier,quæ reperijt dragmam*, *vocauerunt vicinos*,*&* *amicos*,*&* *lætati ſunt cum eis*;Confirmatur Exod. *cap*.12. Deutheronom. *cap*.19. & Prouerb.*cap*.17. ibi: *Melior vicinus iuxta*, *quàm frater profugus*, & Seneca epiſt. 35.non magis vtilitati eſſe agrum redditibus amplis, quàm vicinum æqualem cùm bonis moribus; & ex ratione vicinitatis, communitatis, aut connexionis Federicus Imperator *in conſtit.*

18 *ſancimus*, *de iure prothomiſ.* conceſſit prælationem in contractu emptionis, locationis,& emphyteuſis, vltra alias prælationes ex conſuetudinibus, & iure feudorum, de quibus Tiraquel. *de vtroque retractu*, Afflict.Rendell.& alij *in tract.de iure prothomiſ.* ad quos remitto Lectores.

Vnum tamen incidenter in materia prælationis notandum duxi, occaſione quæſtionis, quam habui in facto in Ducali Curia Ciuitatis Neritonenſis, quæ deinde reſoluta fuit in Sacro Cõſilio menſe Maij 1694. ad relationem Domini Regij Conſiliarij Meſſones,an ſcilicet emptor cum pacto de retrouẽdendo præferatur emptori, ſeu ceſſionario iuris luendi, in re, quam prætendit emptor, ſiue ceſſionarius pacti prædicti,ab ipſo auocare,in cauſa,vertente inter Ioſeph de Tuglie, emptorem cum dicto pacto, & Dominicum Berlingieri, emptorem iuris luendi, in qua cauſa duo fuerunt diſputati articuli in Curia primarum, & ſecundarũ cauſarum dictæ Ciuitatis, & ego defendi primum emptorem, ex infraſcripta allegatione, quam inſerendam duxi.

Sententiam primarum, *&* *ſecundarũ cauſarum Ducalis Curiæ Ciuitatis Neritonen*, *latã ad fauorem Dominici Berlingieri*, *condemnantem Ioſeph de Tuglie ad relaxationem cuiuſdam apothecæ*, *emptæ per dictum de Tuglie à Reuerendo D.Matthæo Serenico Ciuitatis Licij cum pacto de retrouendendo*,*ſub prætextu iuris luendi*,*empti per dictum Dominicum à dicto D.Matthæo pro ducatis quatuordecim cum dimidio*, *eſſe retractandã per S.C. ac proinde præferendum in emptione dicti iuris luendi dictum de Tuglie*, *ipſumque abſoluendũ ab impeditis per d. Dominicũ*,*ex infraſcriptis breuiter demonſtrabitur*,*ex duplici capite*. *Primo*,*quia dictus D.Matthæus venditor*, *ante contractum venditionis dicti iuris*,*initum cum dicto Berlingeri*,*perfecerat contractum venditionis eiuſdem iuris cum dicto de Tuglie*, *legitimo poſſeſſore*.*Secundo ex prælatione*, *quam de iure habet præfatus de Tuglie in emptione iuris prædicti*.

Circa primum ſatis,*ſuperque conſtat de tractatu*, *&* *concluſione dicti contractus inter dictum Ioſeph*, *&* *D. Matthæum*, *mediante perſona Ioſeph Coluccij*,*eius legitimi procuratoris*,*ex mandato originali in proceſſu fol.*29. *cum libera facul-*

facultate vendendi, qui per ſemper fuit habitus pro tali, vt teſtes ſuper 8.art. & ex litteris miſſiuis eiuſdem D. Matthæi, in proceſſu originali fol.27. de conuentione æſtimationis dictæ apothecæ, de æſtimatione facta, & concluſione dicti contractus, ex depoſitione ipſius procurato-
19 *ris, & teſtium, & ſic contractus venditionis remanſit perfectus, & abſolutus ex Textu* in l.vlt. Cod. de contrahend. empt. *Sanfelic.* dec.108. *& Doctores, ab eo allegati; & ſic non obſtat poſterior emptio dicti Berlingerij contra legitimũ emptorem, & poſſeſſorem, de Marin.* ad Reuert. allegat. dec.73. & dec.107.& lib.2.quotid.cap.240. *& ſufficit pro prælatione antecedens poſſeſſio dicti Ioſeph, ex Textu* in §.interdum, Inſtit.lib.1.de rer. diuiſ.& l.quoties, Cod.de reiuind.

Nec obſtat factum, in contrarium allegatum ab aduerſario, de imperfectione contractus dictæ venditionis, ex ſecundo teſte, adducto ſuper 8.articulo: quia in facto conſtat, venditorem antecedenter dediſſe mandatum ad vendendum prævio appretio, fuiſſe electum peritum, & factum appretium, vt ex depoſitione procuratoris ipſius venditoris; quod appretium proceſſit ſumptibus ipſius emptoris, vt deponit idem peritus; ergo ex tunc remanſit perfectus contractus ſecundùm terminos dictæ l.vltimæ: *deinde certiorato venditore de appretio facto, teſtis deponit,* che ne voleua ducati cinquanta, *quod minimè poterat prætendere poſt contractum perfectum, & appretium factum, & quicquid ſequutum fuit poſt ipſum appretiũ, nullius momenti eſt imãdum eſt; nec curandum de litteris miſſiuis, poſtea exaratis, immo cum data antecedenti: quia hoc factum fuit à venditore ad euitandum intereſſe, quod poterat prætendere ſecundus emptor, & ad ſe exonerandum, & euitandum ſtellionatus crimen, vt prioribus ſcriptis fundatum eſt; hæc veritas comprobatur, ex eodem tertio teſte, adducto ab aduerſario, qui contra ipſum retorquetur, ibi:* come hauendo auuiſato di detto apprezzo detto D.Mattheo, nõ vi condiſceſe; *Si ergo conſtat planè de mandato dicti D. Matthæi ad vendendum prævio appretio, & fuit factum appretium, nil amplius prætendere poterat dictus D. Matthæus, ſed acquieſcere appretio, quia aliàs contractus claudicaret; & licèt conſtet in actis, mediatores, pro bono pacis, nomine dicti Ioſeph, primi emptoris, obtuliſſe eandem ſummam, hoc proceſſit pro redimenda vexatione, inſcio ipſo primo emptore, & nec expectato reſponſo, ſtatim iſtrumentum ſtipulatum eſt cum dicto Berlingerio, quod à iure, & æquitate fuit alienum, quod ſufficit pro victoria præſentis cauſæ.*

At pro maiori corroboratione ad ſecundum articulum in hac præſenti cauſa deuenio, in quo licèt aduerſarius, & Iudex ſecundarum cauſarum plures deciſiones Rotæ, & Doctores cõſarcinauerint, tamen non loquuntur ſecundùm terminos conſtit. ſancimus, *aut rationes, ab ipſis adductæ, non conuincunt, nec deſtruunt argumenta, adducta pro opinione affirmatiua ad fauorem emptoris cum pacto de retrouendendo, pro prælatione; vnde iterum opinionem pro emptore cum pacto de retrouendendo confirmandam duxi, ac etiam reſpondendum rationibus, & Doctoribus, adductis ab aduerſarijs.*
21 *Et primò probatur: quia, qui habet ius luendi, dicitur habere partem rei, quia ius luendi pars rei eſt,* l.fundi parte, ff.
22 de rei vindic. *& qui habet partem rei, dicitur coniunctus, & conſocius, & ex parte quotitatiua, & communione reſultat prælatio, Afflict.* de iure prothomiſ. §.2.nu.23.*Capiblanc.* de Baron. pragm. 1.nu.116.*Gratian.* deciſ.169. *Giurb. infra allegandus, qui pluribus hanc concluſionem exornat, nec potuit negare Antoninus de Amato, contrariæ opinionis aſſecla,* lib.2.variar.cap.54.nu.9.
23 *Secundò: quia qui habet ius ad rem, rem ipſam habere videtur, & ipſam, ſeu partem, dicitur vendere, Afflict.* de iure prothomiſ.in rub. nu.4. verſ.3. nota, *qui probat, dari in actionibus ad immobilia, Olea* de ceſſ.iur. qu.1.nu.31. *Nec*
24 *poteſt dici in exercitio iurisluendi non agi de venditione, ſed de reſolutione primi contractus: quia hoc eſſet, ſi Dominus, vigore pacti, velit retroemere, non verò quando vendit tertio hoc ius: quia tunc eſt*

eſt vera venditio per ceſſionem translatiuam, ex traditis per Capyc. Latro deciſ. 16. Thor. in compend. verb. ius prothomiſeos fin. col. 2.

25 Tertiò: quia emptori cum pacto de re-
trouendendo debet concedi hoc ius prę-
lationis ratione poſſeſſionis, & dominij,
vt in puncto Tap. deciſ. S.C. 57. n. 1. verſ.
2. ex doctrina Bald. in auth. contra rogatos, Cod. ad Trebell. & ipſa poſſeſſio ius prælationis præbet, l. ſi fundus, §. in vindicatione, ff. de pignor. l. Paulus, §. fin. ff. quibus modis pignus, vel hypothec. de Pont. deciſ. 34. nu. 25. Giurb. deciſ. 22. nu. 3. concurrente omni æquitate, quæ animum Iudicum regere debet, vt in terminis noſtris Pat. Afflict. Epiſcop. Cauenſ. lib. 1. contr. 20. à nu. 21. at in caſu omnis ratio ſuadet, omnis æquitas concurrit, quando hæc etiam conſideratur in emphiteuta, conductore, alijſque, aliquod ius habẽtibus, aut detẽtionem, vt idem Amat. loc. citato; & in terminis noſtri ſtatuti, quod ſit præferendus, qui eſt in poſſeſſione, ratione pacis, & bonæ congruentiæ, ad quem finem latum eſt, probat Scacc. de commer. §. 1. qu. 1. verſ. concludo, fol. mihi 46. à tergo, & Nouar. infra allegandus nu. 11.

Probatur vltimò ex verbis Textus in dict. conſtit. ſancimus, in principio, ibi: Habeat communem domum, agrũ, vel vineam, vel rem immobilem, diuiſam, vel indiuiſam, aut ex communi emptione, vel ex aliquo alio hujuſmodi titulo, vel aliquo alio modo coniũctam, &c. At venditor cum pacto de retrouendendo habet, ratione iuris luendi, aliquomodo ipſam rem coniunctam cum
ipſo emptore, & partem, ſaltem quotita-
26 tiuam, maximãque connexionem, adeo-
que, vt, ſi res pereat, ſit commune periculum, & damnum, Doctores in l. 2. Cod. de pact. inter emptorem, & ſic poteſt dici adeſſe cõnexionem inter venditorem, & emptorem, in re vendita, quæ
ſufficit, ex dictis verbis: aliquo alio mo-
27 do; & in fortioribus terminis, quod ha-
bens puteum in domo communem, dicatur habere connexionem pro obtinenda prælatiõne, docuerunt Gratian, diſcept. 526. nũ. 2. tom. 3. Eminentiſſ. de Luca tom. 4. tit. de ſeruitut. cap. 32. nu. 9. Item Conſtitutio poſt enumerationem ſpecierum rerum ſtabilium, ibi: Domum, agrum, vel vineam, deuenit ad genus generaliſſimum: vel rem immobilem, &c. quæ
28 plus ſignificat, quàm rem ſtabilem: quia
immobile prædicatur de omnĩ, quod non
29 poteſt de loco ad locum moueri, talia ſunt
etiam iura, & actiones, l. iubemus, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. ibi: res poſtremò immobiles, aut in his prędijs colonus, uel mãcipia conſtituta, aut annonas ciuiles, vbi Gloſſa verb. annonas, Bart. & Caſtrenſ. & in auth. de non alien. in principio, ibi: aut aliter alienare rem immobilem, domum forſan, aut agrũ, aut colonum, aut mancipia ruſtica, aut ciuiles annonas, & in §. nos igitur, ibi: licentiam habere alienare rem immobilem, aut in domibus, aut in agris, aut in hortis, aut omnino huiuſmodi, &c. Quæ iura non ſonant ampliatiuè, ſed declaratiuè, enumerando ſpecies, Gloſ. in §. quoniam, verb. redditus, auth. vt qui oblig. clemenr. 1. de verb. ſignificat. Alberic. dict. verb. immobilia, Bald. in §. ſciendum, de feud. cognit. & in cap. 1. nu. 5. de contract. inter vaſal. & Epiſc. verb. annona, ibi: ſicut decimæ, quæ ideo inter immobilia computantur, quia immobilibus adhærent, & ſtabile ſubiectum habent, quod ſemper eſt actu permanens, & quidem in vera philoſophia actiones ſunt inſeparabiles, vt accidens à ſubiecto, & immobiles, quia moueri non poſſunt, vt I.C. in l. ſeruus, §. incorporales, ff. de acqu. rer. dominio; ex his ſequitur, quod ius luẽdi, vt adhærens rei, dicitur immobile, ac proinde comprehenſum in dict. conſtitutione ſancimus, vt docuit Afflict. in comment. in principio, nu. 4. & verba noſtri Textus adamuſſim concordant cum iuribus adductis, & ſenſus vnius legis per aliam interpetratur, Doctores in l. ſi de interpetratione, ff. de leg. cum concordantibus.

Nec obſtat, ſi replicetur, quod iura, & actiones conſtituant tertiam ſpeciem, & ſic non comprehendantur in ſtatuto, iuris communis correctorio: quia, vltra conuincitur ex dictis iuribus, dictæ conſti-

tutio-

30 *tutionis obiectum habet locum, quando conſiderantur in abſtracto, non verò in concreto, quando ponuntur in diſpoſitione, aut hominis, aut legis: quia tunc iudicari debent ſecundùm naturam ſubiecti, cui inhærent, vt optimè Olea* de ceſſ. iur. d. tit. 2. qu. 1. nu. 28. *& Galeot.* lib. 2. contr. cap. 13. nu. 20.

Nec in caſu ad formam dictæ conſti-
31 *tutionis ſit extenſio, ſed iura, & actiones, veniunt ex vi comprehenſiua, ſicuti etiam veniunt fructus pendentes venditi, qui dicuntur pars rei; ſic etiam comprehenditur contractus locationis ad modicum tempus, licèt ex eo nullum ius in re conſtituatur, ſed ſolùm quædam patientia, & facultas fructus percipiendi, vt Nouell.* in tractat. de iure prothomiſeos, §. 2. num. 107. *Rendell.* eodem tract. in principio, numero 27. & verb. rem immobilem; *vnde ex hoc principio noſtri Regnicolæ deduxerunt,*
32 *quod aſſiſtentia, quæ tantùm conceditur in rebus immobilibus, conceditur etiam in fructibus pendentibus, & in iure luendi, vt Thor.* nou. 76. nu. 1. & 25. *Nouar.* in pragm. 1. de aſſiſtentia, *& tamen agitur de ſtatuto, & lege municipali, iuris communis correctoria; Hinc Olea*
33 de ceſſ. iur. tit. 7. qu. 5. num. 17. *deduxit, quod, ſtante ſtatuto, vt de venditione immobilium ſoluatur gabella, etiam debet ſolui, quando venditur hoc ius luendi, & ante ipſum Amat.* lib. 2. variar. cap.
34 67. nu. 53. *Et prælatio, quæ* ex capit. Titius, ſi de feud. defunct. fuerit controuerſia, *cōpetit agnato, quando alienatur feudum, competit etiam quando venditur ius luendi feudum, Canneſ.* in cap. volentes, fol. 111. *& ante ipſum Iſern.* in conſtit. honorem: *non alia ratione, niſi quia cedens ius luendi, rem ipſam cedit, & diſtrahit, Caphal.* conſ. 460. nu. 24. *Canneſ.* vbi ſup. *qui allegat damnatæ memoriæ Gloſſam Pariſienſem.*

Vnde in caſu malè applicatur Textus in l. dudum, Cod de contrahend. empt.
35 *qui non improbat leges, aut ſtatuta in contrarium, illaquè in ſuo robore remanere ſtatuit; & hanc ſententiam de iure veriorem, & æquiorem, firmarunt Alexand.* conſ. 27. lib. 3. *Cagnol.* in l. 2. co-

36 lumn. 9. Cod. de pact. inter emptorem, *Author dānatus, alioquin vir doctiſſimus,* in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 23. qu. 85. *Afflict.* de iure prothomiſ. *in terminis noſtræ* conſtit. loc. cit. *Canneſ. in materia prælationis* loc. cit. *Giurb.* obſeru. 70. nu. 10. *Magret.* ſuper pragm. Sicil. §. 18. obſeru. 6. *Nouar.* lib. 1. forenſ. cap. 2. *& nouiſſimè doctiſſimus Conſil. Altimar. qui teſtatur, hanc eſſe veriorem de æquitate,* ad Rouit. conſ. 94. lib. 2. nu. 15. in fine; *& quidem maxima concurrit æquitas in hoc caſu, quando etiam conceditur prælatio ratione iuris coloniæ vſufructuario, domino vtili, habenti iuriſdictionem ciuilem, vniuerſitati in venditione, aut locatione feudi, & hoc, vel ratione communitatis, & connexionis, iuxta terminos dictæ conſtitutionis, vel fauore libertatis, aut affectionis in re.*

37 *Non obſtat contra opinionem, ſolidiſſimis rationibus firmatam, deciſio Rotæ, quæ anteſignana adducitur pro contraria* in par. 2. recent. deciſ. 502. & 547. & apud Butat. dec. 677. *& in alijs* locis, *adductis per aduerſarium: Quia opinio dictæ Rotæ, quæ alios traxit ad ſic ſentiendum, nullo adducto pro ſe Doctore, aut debilibus, & non iure fundatis, rationibus, hoc firmauis, (pace tanti Tribunalis) aut non loquitur ſecundùm terminos noſtræ conſtitutionis* ſancimus.

Quod, vt ſit manifeſtū ampliſſimis Senatoribus, probatur primum aſſumptum, ex relatione rationum Rotæ, ex reſponſione ad eas.

Prima ratio Rotæ ad excludendum à iure retractus emptorem cum pacto de retrouendendo, adducitur: quia emptor (*ſunt verba Rotæ*) cum pacto de retrouendendo, non dicitur conſocius venditoris cum hoc pacto: quia ſolus emptor dicitur verè dominus; & ſtatutum, vti exorbitans, de hoc non loquitur. *Secunda à pari*: quia vtilis Dominus non habet prælationem, quando vendit dominus directus, ſeu proprietarius. *Tertia*: quia ſtatutum de iure prothomiſeos ſolùm habet locum quando venditur res ſtabilis, non verò ius incorporale, vt eſt ius luendi. *Quarta*: quia non eſt hoc de iure cautum, nec

debet

debet, ob imaginariam æquitatem, prætendi prælatio, contra iuris regulas, ex l. dudũ, Cod. contrahend. empt. l. in re mandata, Cod. mandat. nec debet imponi nouus laqueus, & ſeruitus venditori, cùm ſufficiat emptori incommodum pacto cum minoritate pretij compenſare, & experimento probari, rem onere prælationis minus valere, cuius timore extraneus ad emptionem non accedet.

Quibus facilè occurritur, & prima ratio non obſtat: quia, quicquid ſit, an emptor cum pacto de retrouendendo di-
38 catur conſocius, cum venditore ad formam ſtatuti Vrbis, de quo agit deciſio; tamen, ad præſcriptum conſtit. ſancimus, emptor cum venditore habet ius annexum, & vnitum, ſaltem in parte quotitatiua, & rem communem indiuiſam, quæ, ſi pereat, omnium periculo perit, vt ex Doctoribus in l. 2. Cod. de pact. inter empt. & ſupra probatum eſt, quod ſufficit ad formam conſtit. ſancimus, vt probat Afflict. loc. cit. & nu. 40. verſ. item quæro, Rendel. in dict. conſtit. verb. rem immobilem, à nu. 11. & verb. emphyteuſi, nu. 26. & licèt ſolus emptor dicatur dominus, pendente luitione, tamen venditor, ratione iuris luendi, dicitur habere partem, vel actionem ad rem; quæ cadit ſub venditione ad formam dictæ conſtitutionis.

39 Immo retorquetur argumentum, ſi eſt emptor verè dominus, ergo habet prælationem, quando venditur hæc actio, ſeu ſeruitus, in re ſua, & magis præferendus vicino, ſicuti conceditur domino directo, proprietario, & alijs, habentibus iura dominicalia, Afflict. & alij citati: nec potuit negare idem Antonin. de Amat. dict. reſolut. 54. ſic in venditione ſeruitutis,
40 quod præferatur dominus fauore libertatis, ſic etiam vaſalli, licet nullum ius habeant, de la Rata conſ. 41. Nouar. lib. 1. forenſ. qu. 91. & tranſit in Regno ſine controuerſia.

Ad ſecundam rationem reſpondetur, quod vltra, quod non agitur, in caſu de vſufructuario, & proprietario, Rota aſſumit pro fundamento, quod eſt valde controuerſum inter Doctores, vt fatetur idem Amat. loc. cit. nu. 4. immo vbi viget conſtit. ſancimus, verior eſt opinio pro vſufructuario, & emphyteuta, de Luc. ad Franc. dec. 17. nu. 3.

41 Tertia ratio non eſt vera in terminis conſtit. ſancimus, quæ etiam comprehendit iura incorporalia, vt ſupra probatum eſt.

42 Nil releuant reſponſiones eiuſdem Rotæ: primò, quod hæc ſit imaginaria æquitas, nullo iure fundata, contra regulas iuris, ſcilicet l. dudum, Cod. de contrahenda empt. & l. in re mandata, Cod. mandati.

Quia non ſolùm hoc eſt de æquitate, fundata à Doctoribus in ratione iuris, etiam in illis, qui nullum habent ius in re, ſed etiam fundatur in iure dictæ conſtitutionis, vt ſupra probatum eſt.

Nec ex l. dudum corrigi potuit dicta conſtitutio, vti poſterior, immo non reprobat ſtatutum, & conſuetudinem retractus, vt notat ibi Gloſ. final. & Bald. nu. 4. Salicet. in l. 1. Cod. commun. diuid. & eadem Rota apud Seraſin. dec. 734. nu. 2. & eſt Textus expreſſus in cap. conſtitutus, de reſtit. in integr. nec in caſu poteſt applicari Textus in dicta l. re mandata: quia debet intelligi, niſi aliter à iure fuit diſpoſitum, vt in pupillo, minore, & in habente ius retractûs.

Nec dicitur nouus laqueus imponi venditori, quando priùs eſt iniectus à
43 lege: quia, ſi hoc eſſet, data venditione cum pacto de retrouendendo partis fundi, ſi venderetur altera pars, non poſſet primus emptor cum pacto de retrouendendo prætendere hanc prælationem: quia, vltra commodum minoris pretij, haberet illaqueatam alteram partem, nec poſſet prætendere prælationem, quod eſt falſum, vt in terminis Burat. deciſ. 677. & in contrarium allegat Merlin. dec. 211. nu. 9.

Immo à pari eſſet iniqua conſtitutio
44 Pij V. de cenſib. qua cauetur, cenſum nõ poſſe excedere decimam partem pretij, & tamen inijcit laqueum venditori, vt potiùs vendat domino cenſus, quàm alteri, vt in terminis dictæ conſtitutionis Scacc. loc. citato, & alij; quod eſt abſurdum: quia dicta conſtitutio ſanctiſſima eſt, nec

per

per hoc impeditur venditor vendere cui velit rem ſuam iuſto pretio, nec emptor emere impeditur: quia hæc prælatio, reſultans poſt perfectam venditionem, eſt quoddam accidens, quod poteſt adeſſe, & abeſſe ad libitum vicini; immo experientia docet, magnum commodum eſſe venditori habere vicinum cum æmulatione extranei, quibus incaleſcentibus res cariori venditur, maximè in caſu, quando per appretium res diſtrahitur.

45 *Et ad exuberantiam reſpondetur, deciſiones Rotæ adductas non poſſe applicari in terminis noſtræ conſtitutionis, ſed ad ſtatutum Vrbis, de quo loquuntur, ſcilicet de prælatione in venditione rei communis iure ſocietatis, & de iure congrui ſecundùm conſtitutionem Gregorij XIII. quæ tantùm loquitur de fundo, & ſolo, non verò de iuribus incorporalibus, quæ etiam comprebenduntur in noſtra conſtitutione, vt* ſupra *probatum eſt, & ex hoc corruunt omnes authoritates Rotæ, ab aduerſario adductæ, & rationes de ſtatuto odioſo, & correctorio, non eſtendendo: quia in caſu non agitur de extenſione, ſed de comprehenſione, vt diximus* ſupra.

46 *Non obſtat Authoritas Regentis de Marin.* loco citato: *quia non diſputauit ex profeſſo articulum, ſed ſolùm adduxit authoritatem Rotæ, quæ ex rationibus adductis euincitur, vnde debet intelligi iuxta terminos dictæ deciſionis, qui non ſunt applicabiles in caſu noſtræ conſtitutionis; vnde non immerito ſuccubuit in cauſa, vt teſtatur Conſil. Pratus, ex aduerſo ſcribens,* lib. 2. diſcept. cap. 1. *& eodem modo corruit authoritas Antonin. de Amato, qui, ſibi parùm conſtans, dedit prælationem minora iura, minorenque connexionem habentibus, & denegauit emptori cum pacto de retrouendendo, allucinatus authoritate Rotæ.*

47 *Minùs obſtat authoritas Piſanelli, & Thori, allegantium deciſionem, quia malè applicatur in caſu: doctrina enim Piſanelli, & deciſiones adductæ, loquuntur in terminis conſuetudinis Neapolitanæ de iure congrui, quæ expreſsè excludit incorporalia, non verò in terminis conſtitutionis ſancimus, de qua non fuit diſputatum in dicta deciſione, vt idem Thorus teſtatur.*

48 *Riccius adductus collect.* 2300. *non ſolùm non eſt contrarius, ſed fauet noſtræ ſententiæ: quia poſtquam egit de terminis conſuetudinis Neapolitanæ, docet, conſocium præferri in re vendita à conſocio.*

Thorus alleg. Rotæ 7. non agit de noſtra quæſtione, ſed de venditione fructuum, & Rotæ 76. de rebus mobilibus, immo in diſcurſu fauet noſtræ ſententiæ, qui ius luendi partem rei, & rem ſtabilem eſſe, docet.

49 *Ciarlinus non agit in terminis noſtræ conſtitutionis, immo vti exterus, & malè informatus de noſtra conſtitutione, minimè æſtimandus contra authoritatem Afflicti, & noſtratum.*

Pilaia adductus non loquitur in caſu noſtro, ſed de prælatione vicini in conſtitutione cenſus, & eius rationes corruunt, ex ſupra *allegatis.*

50 *Tiraquellus* de retractu, §. 1. gloſ. 7. nu. 31. *adductus per aduerſarium, noſtrā probat ſententiam, quæ concedit prælationem emptori; & licèt referat, quod in ſtatuto Pariſienſi comprehendantur iura incorporalia, tamen* nu. 33. *adducit authoritatem noſtri Afflicti loco citato, qui concedit ius retractus in incorporalibus, aliaſque authoritates, huic opinioni fauentes, & idem docuit* in retract. conuentional. §. 26. gloſ. 3. nu. 46.

51 *Non obſtat deciſio, adducta per Gipt.* ad Capyc. Latro deciſ. 39. nu. 16. *in cauſa Marchionis Sancti Iuliani: quia, quatenus eſſet vera, non potuit Giptius ſcire motiua, ex quibus Senatores moti fuerunt ad ſic decidendum, & in dicto articulo agebatur de domo, exiſtente in Ciuitate Neapolis vigore conſuetudinis, & deciſiones non poſſunt allegari, niſi ab ijs, qui deciſioni interfuerunt, vt docet Merlin.* contr. 63. lib. 1. num. 10. *Capyc. Latr.* dec. 91. num. 13. *Caſar.* lib. 1. Peregrin. qu. 22. à nu. 18. *vbi docet ex Carleual. & alijs, quod rationibus, non exemplis, eſt iudicandum, & ſic ſolùm remanet nuda authoritas dicti Gyptij, cuius lapſus detegitur ex rationibus, & Doctoribus, adductis contra Rotam, cuius autho-*

authoritate fuit innixus, non diſputata, nec examinata quæſtione.

Vnde ex duplici cauſa eſt præferendus Ioſeph in emptione, tam de iure, quàm ex æquitate, quam ampliſſimi Senatores ſẽper præ oculis habent, & in dubijs quæſtionibus ſemper eſſe ſolent fauorabiliores reis ſecundùm conſentaneam iuris rationem.

In Menſe Maij 1694. eiuſdem quarta die prouiſum fuit ſecundum hæc ſcripta.

52 At redeundo ad materiam noſtrã, à qua digreſſi ſumus, notandũ eſt, quod illi dicuntur vnitè viuentes, qui ſtricta coniunctione naturali, & ciuili, vt in patre, & filiofamilias, & nepotibus, exiſtentibus in poteſtate; aut naturali, ſcilicet ſanguinis, vt in fratribus, & nepotibus ex fratre; aut legali, vt in filio adrogato, ſimul viuunt vniuerſali quaſi ſocietate, vt diximus *ſupra*, & ſunt notati in cataſto vnitè, & in ſolidum poſſidere, vnica onerum, & collectarũ ſolutione, & ex eo vnum foculare faciunt: Ratio eſt, quia omnes vnum corpus, vnanque familiam conſtituũt, vt Doctores *in l. planè*, §. 1. *de leg. 2. l. vnic. §. his itaque definitis, Cod. de caducis tollendis*, Bellon. *de iure accreſcend. cap. 5. qu. 32. à nu. 29. & qu. 35. num. 1.* Angel. *in dict. §. apud Celſum*, Surd. *de aliment. dict. q. 23. nu. 21.* & in terminis noſtris Bartol. *in l. 4. §. actor, ff. de re iudicata*, Bald. *in l. 1. nu. 4. ff. quod cuiuſq; vniuerſitat. & in l. etiam, Cod. de exequut. rei iudic.* Antibol. *de muneribus*, §. 2. Corn. *conſ. 65. lib. 1.* Roman. *conſ. 291. nu. 7.* & noſtri Regnicolæ ex capit. Alphonſi Primi, vt Capyc. *in inueſtitura feudali, verb. collecta, verb. filiusfamilias, & verb. fratres*, Theodor. *alleg. 95. nu. 3.* Thor. *in compend. dec. par. 1. verb. Ciuis Neapolitanus, columm. 4.* & colligitur ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ, tam antiquis, quàm modernis; vnde, ſi deficiat, aut ſanguinis coniunctio, de qua *ſupra*, quæ induceret duram ſeparationem, *ex l. quæſitum, verſ. vxores quoque*, vbi Gloſ. *verb. duram, ff. de fund. inſtructo, & in l. poſſeſſionum, C. commun. vtriuſq; iudic.* aut communitas bonorum, indiuidua habitatio, & collectarum ſolutio, non poſſunt dici vnitè viuentes in terminis, de quibus agitur, vt Doctores locis citatis, & Paris, de Put. *allegat. impreſſ. opuſc. 7. ſingul. Petr. Enriq.*

§. I.

53 VBi maius eſt fraudis periculum, ibi maior eſt diligentia adhibenda: At quia de facili poteſt contingere fraus in vnione fratrum, aut nepotum ad frandandum Regium Fiſcũ, ideo in nouiſſimis Inſtructionibus *cap. 14.* Regia Camera monet Numeratores, vt fraudibus occurrant: quia ſæpe contingit in Numeratione focularis Vniuerſitates procurare vnionem duorum, diuerſis in locis habitautium, relictis vacuis proprijs domibus, & allegant vnum eſſe foculare, ac proinde plura præcipit obſeruanda à Numeratoribus, quando adeſt hæc ſuſpicio: Et primò præcipit delationem iuramenti Deputatis, & alijs, vt, ſub pœna falſi, deponant, ſi perſonæ numeratæ viuant vnitè vnico victu; & à quo tẽpore: Secundò, ſi domus, in qua repetti ſunt, ſit capax perſonarum, & adſint lecti ſufficientes ad dormiendum: Tertiò, ſi adſint ſigna, denotantia diuiſionem, & pluralitatem foculariũ: Quartò, debet Numerator recognoſcere librum Cataſti, cædularum, ſeu alias ſcripturas, ex quibus arguatur, an ſit vnica poſſeſſio, & ſolutio, an verò diſtincta, & ſi aliquis ex filijs ſit emancipatus, aut ſeparaté à patre negotietur, & viuat, omniaque debet claré, & diſtinctè notare in margine focularis, & ſi ipſi videbitur, poteſt ſeparare ſeparandos, & numero cõſequutiuo deſcribere; & reſpectu patris, filiorum, & fratrum extraordinaria eſt adhibenda diligentia, ſic inter priuignos, cum vitrico habitãtes, nepotes cum patruis, aut auo, leuiro, genero, aut ſocero, & ſimilibus, vt cognoſcatur, ſi dependeant à foculari antiquo, & quæ bona

poſſi-

poſſideant: inter has enim perſonas, vt diximus, cadit vnio, & tantum ipſis plura conceduntur à iure, quæ alijs prohibentur, Sanfelic. *dec.* 343. *tom.* 3.

§. II.

54 Vnirè viuentes fraudolenter ſunt ſeparandi, & diſtinctis numeris conſequutiuis ſecundùm diuerſas familias, multiplicanda, & aggreganda focularia, quoties habitatio diſtincta adeſt, aut diuiſio bonorum, & concurrunt aliæ circunſtantiæ, de quibus *ſupra*, oppoſitis non obſtantibus per Vniuerſitates, vt colligitur ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.* 75. & ex nouiſſimis *in hac rubrica cap.* 14. *nu.* 1.

55 Hinc, ſi duo fratres vxorati viuant vnitè in vna domo, & menſa, ſed poſſideant pro diuiſo bona paterna, animalia dotalia, & pecunias, conſtituunt duo focularia, vt reſpondit Regia Camera Magnifico Numeratori de Vicarijs 9. Auguſti 1663: Ratio eſt, quia, vt diximus, vnio in hac materia debet includere communionem bonorum, tam quoad proprietatem, quā quoad vſunfructum; vnde, ſi ſit diuiſa proprietas vſusfructus, aut fructuum perceptio, non dicitur vera vnio: quia non reſultat ſocietas vniuerſalis, vt Michalor. *de fratribus*, *part.* 2. *cap.* 13. quam videtur requirere Regia Camera; & ideo tali modo poſſidentes, ſunt diſtincta focularia, ſic reſpondit Regia Camera 3. Februarij 1663. Domino Franciſco Raitano Regio Conſiliario.

56 Eodem modo, ſi pater donet filio Clerico conſiderabilem bonorum quantitatem, & filius percipiat fructus ſeparatè, licèt eroget pro alimentis domus, & patris, cum quo vnitè viuit, filius eſt foculare diſtinctum à patre, vt etiam Regia Camera reſpondit eodem tempore dicto domino Raitano.

57 Sed, ſi pater, & filius, viuant vnitè perfecto vnionis modo, vt *ſupra*, licèt filius ſit vxoratus, conſtituunt vnum foculare, non obſtāte, quod vnus ipſorum ſit diſtinctè notatus in taxa pro induſtria, vt ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.* 67. & ex noſtris *nu.* 2. licèt ſecus ſit ſi filius familias vxoratus ſeparatè poſſideat bona dotalia, etiam ſi non excedant redditum vnciæ, pecunias, aut animalia, vt Regia Camera reſcripſit Magn. Numeratori D. Carolo Diez 23. Octobris 1662. *vt in libro Notamentorum*.

58 Sed, ſi filius habeat notata bona dotalia in Cataſto diſtincta rubrica à bonis paternis, ſi non ſit emancipatus, nec vxor dependeat ab antiquo foculari, non eſt ſeparandus à patre, ſi alioquin vnio in alijs intercedat: Ratio eſt, quia illa diuiſa deſcriptio eſt accidentalis, & ſufficit fructus in communi percipi, immo hoc caſu poteſt dici onera matrimonij eſſe penes patrem, & fructus percipi iure patrio, *ex l. ſi in dotem*, §. *transgrediamur*, *ff. ſoluto matrimonio*, *& ex tit. Codicis de bon. quæ liber. & Cod. de bon. matern.* ſic Regia Camera reſoluit 3. Auguſti 1663. ad petitionem Magnifici Ioſephi Salerno, Regij Numeratoris, *vt in lib. Notamentorum*; ſecus autem eſſet, quando

60 filius non habitaret in eadem domo, ex dictis per Cuman. *conſ.* 146. *num.* 5. Carpan. *ad conſuetud. Mediol. cap.* 263. *par.* 1. Addent. *ad Ludouiſ. dec.* 182. *n.* 9. Vel ſi in eadem domo habeat ſeparatam manſionē, nec ſit commenſalis cū patre, aut habeat ſeparata bona, & fructus ſeparatè percipiat, Caſtrenſ. *conſ.* 175. *volum.* 3. Bald. *in l.* 1. *Cede leg. nu.* 10. Surd. *dec* 35. *nu.* 3. 16: Addent. *ad Burat. decif.* 884. *nu.* 19. Addent. *ad Ludouiſ. loc. cit.* Rota *par.* 1. *recent. dec.* 525. *num.* 5.

61 Quod ſublimitatur, ſi filius ex cauſa non cohabitaret cum patre, puta ob anguſtiam domus, vel quia ſit abſens cauſa ſtudij, negotiationis: tunc enim non dicitur ſeparatè viuere, Alex. *conſ.* 100. *nu.* 12. *volum.* 3. Addent. *ad Burat. loc. cit. nu.* 20. Conſil. de Roſa *dicta conſult.* 8. eſt textus *in l. ſi quis ita leganerit, ff. de condit. & demonſtrat.*

62 Filius familias, qui duxit vxorem dependentem à foculari antiquo, ſed extincto, debet numerari pro vnico foculari, vt ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.*

cap.68. & ex nouiſſimis *in hac rubrica num.3.*

63 Sed dubium eſt, an ſit vnum, & idē foculare cum patre, quia verba Inſtructionum ſunt ambigua, ibi: *ponatur pro vno foculari.*

Reſpondetur, quod Filiusfamilias, ducens vxorem, dependentem à foculari extincto, eſt foculare diſtinctum à patre, vt conſeruetur in vxore foculare extinctum: quia aliàs eſſet fruſtatoria determinatio Regiæ Cameræ: quis enim dubitaret, quod pater, & filius ſaltem non debent eſſe vnum foculare? & ſic colligitur ex declaratione Regiæ Cameræ 5. Maij 1663. ad interrogationem D. Antonij Acrax, Regij Numeratoris, dubitantis, ſi plures fratres, vnitè exiſtentes ſub patria poteſtate cum vxoribus, dependentibus à focularibus antiquis extinctis, ſint diſtincta focularia? cui affirmatiuè fuit reſponſum, *vt in libro Notamentorum.*

64 Hinc infertur primò, quod, ſi exterus ducit in vxorem filiam, vel ſororem focularis extincti, nec adſit hæres, qui conſeruet foculare, hæc filia, aut ſoror, quæ ſucceſſit in bonis, & hæreditate focularis extincti, tunc pro dictis bonis licèt datis in dotem, exterus alibi numeratus debet ſoluere, vti Ciuis ex perſona vxoris, quæ conſeruat foculare extinctum, vt Regia Camera *apud de Mariu. arreſt. 606.* vbi etiam hoc procedere, ſi ſint duæ filiæ vxoratæ, quæ ſucceſſerunt hæreditati patris.

65 Quod intelligendum puto, ſi pater poſt Numerationem cum filiabus deceſſit, & vſq; ad nouam Numerationē, in qua non vtraque filia dicetur foculare antiquum, ſed tantùm filia maior: vnde, ſi ſint tres fratres, vnitè viuentes, quorum duo ſunt vxorati cum dictis fœminis, ſunt tantùm duo focularia, ſcilicet vnum fratris cum altero vxorato, cum vxore natu minore, & alterum vxorati cum ſorore maiore, quæ tantùm conſeruat foculare paternum; ſic etiam, ſi adſit pater, vnitè viuens cum duobus filijs vxoratis cum ſororibus, dependentibus à foculari antiquo: quia tunc eſt ſeparandus filius, qui duxit vxorem natu maiorem, vt decreuit Regia Camera 14. Octobris 1662. ad petitionem Regij Conſil. Carauita in terminis dicti arreſt. 606. & hoc vſque ad alteram Numerationem.

66 Similiter, ſi vna ſoror ſit nupta Ciui, altera extero, tunc nupta extero, dependens á foculare antiquo pro bonis debet ſoluere, vt ciuis pro conſeruatione focularis paterni: quia nupta ciui ſequitur foculare eius viri, ex mente eiuſdem Regiæ Cameræ *in eodem arreſto.*

67 Sed hæc omnia procedunt, ſi vtraque filia ſit in antecedenti numerata ſub foculare patris, ſecus ſi in vita patris vna ſit vxorata, & dotata, diuiſa à patre, & ſub viro, alibi numerato: tunc enim pro bonis dotalibus acceptis in vita patris, vir, vt exterus, ſoluit bonatenentiam: quia dicta bona non ſunt affecta foculari paterno, ſed tranſierūt in poſſe viri exteri, qui cum vxore facit vnum foculare in loco Numera-
68 tionis; ſecus pro bonis obuentis ex hæreditate patris poſt ipſius Numerationem, cui ſucceſſit filia vxorata, vná ſimul cum ſorore in capillo, *ex dict. arreſt. 606.* vbi dotes non erant conſtitutæ viris in vita patris, ſed datæ ab vxoribus, tanquam hæredibus ipſius.

69 At regulariter, vxor ſequitur forū, & ciuilitatem viri, etiam quo ad onera ex potentia matrimonij, Gloſ. Bart. Io: de Platea, & alij *in l. ciues, Cod. de vinculis lib. 10.* Boerius *dec. 260. num. 32.* Surd. *dec. 330.* Theſaur. *dec. 123. nu. 10.* Rouit. *deciſ. 75.* de Mariu. *lib. 1. quotid. cap. 12. à nu. 2.* & eſt textus *in l. fin. §. itē reſcripſerunt, ff. ad municipalem.*

70 Infertur ſecundò, quod, ſi vidua, quę dependet à foculari antiquo extincto, viuit vnitè cum filia, aut filio, qui duxit vxorem, dependentem etiam á foculari antiquo extincto, & poſſidet bona vltra vnciam, debet ſeparari ab eius filio, & ſunt duo focularia, vt Regia Camera 5. Maij 1663. reſpondit D. Antonio Acrax, Regio Numeratori.

71 Sed in materia noſtra rogabis, quod

nam

Digitized by Google

nam dicatur foculare antiquum?

Reſpondetur, illud dici antiquum foculare, quod erat effectiuum in antecedenti Numeratione, ante nouam, ad inſtar feudi antiqui, quod non immediatè ab ipſo poſſeſſore fuit acquiſitum, ſed mediante ſucceſſionis titulo hæreditario, licèt ipſe, cui ſucceſſit, nouiter acquiſierit, vt Doctores *in cap. volentes*, Rouit. *dec.94.nu.26*. Galeot. *lib.1. controuerſ.illuſtricum cap.24*. Reuerendus de Luca *ad Franc. deciſ.75*. & ſic dicitur etiam foculare antiquũ, ſi filius ſit numeratus ſub foculare patris in antecedenti Numeratione, in qua pater eſt foculare effectiuum: quia, mortuo patre, filius dicitur dependere à foculare antiquo in illa Vniuerſitate, in qua ante vltimam Numerationem fuit numeratus pater.

72 Et licèt poſſit replicari, quòd hæc ratio de feudo non currit, quia non ſolùm debet conſiderari prima, & ſecunda acquiſitio, ſed etiam tertia, cùm in hærede acquirente feudum nouum à patre etiam conſideretur nouum, & ſic paritas conuinceret in feudo, acquiſito ab auo; tamen reſpondetur, quod paritas conſiſtit in hoc, quod ly *antiquum* diſtinguitur à *nouo*, non per temporis diuturnitatem, ſed prout refertur ad nouam Numerationem in illa vniuerſitate, in qua antea non erat; vnde, quando filius ſuccedit patri in feudo nouo, dicitur ſuccedere in feudo, nouiter poſſeſſo à patre, & hæres filij in feudo antiquo, ideſt non nouiter poſſeſſo; immo ſecundùm opinionem, quã adducit Rouit. *loc.cit. nu.27*. filius, in feudo nouo ſuccedens, dicitur ſuccedere in feudo antiquo: quia ad hoc, vt dicatur nouum, debet immediatè acquiri ab ipſo poſſeſſore, ex Loffredo *conſ.52*. Maſcard. *concluſ.771. in fine*, Roſent. *de feudis, par.1. cap.2. concluſ.9. in 1. ſcholijs*; & ſic foculare antiquum eſt, quod non nouiter, id eſt in noua Numeratione, eſt numeratus, ſed erat in antecedenti: quia in materia focularis nulla alia poteſt conſiderari antiquitas, niſi antecedentis Numerationis: aliàs enim poſſet dari caſus, ut quis ſit numeratus in alijs præcedentibus Numerationibus, & ſit foculare, deinde in præcedenti immediatè, etiã ſit foculare in alia Terra, & ualeret dicere, quod in omnibus locis ſit foculare antiquum, quod eſſet abſurdum: quia ex Numeratione perſonæ, in aliquo loco, ſi in eo remaneat perſona, prorſus extinguitur qualitas focularis, remanſi in alio loco, & in alia præcedenti Numeratione, & ita fuit deciſum per Regiam Cameram 28. Aprilis 1662. ad petitionem Regij Conſiliarij Honuphrij de Palma, tunc Regij Numeratoris.

Hinc proceſſit praxis Regiæ Cameræ, quod pro confectione nouæ Numerationis ſolùm conſignatur Regijs Numeratoribus liber antecedentis Numerationis, & non aliarum, ut reſpondit eadem Regia Camera Magnifico Ioſepho Morcone, Numeratori Terræ Campileti 12. Februarij 1664.

73 Socer, filius, & eius uxor, unitè uiuentes, ſi filius ſit in patria poteſtate, nec poſſidet bona ſeparata, conſtituunt unum foculare, ex Inſtructionibus anni 1591. & nouiſſimis, *hoc tit. n.3. in fine*.

Pater, & filij, aut fratres, unitè uiuentes in eadem domo, ex oculari inſpectione, licèt in cædulis, aut cataſto ponantur diſtinctè prò ſolutione capitis tantùm, unum conſtituunt foculare, ſi alioquin fraus abſit, nec interceſſerit diuiſio bonorum, aut ſeparata poſſeſſio: Ratio primi dicti eſt, quia illa ſeparata deſcriptio pro capite non importat diuiſionem, quia eſt accidentalis, dependens à facto tertij, & facta potiùs ad ſciendum capita ciuium, ut colligitur ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.69*. & ex nouiſſimis *in hac rubrica, num.4*.

74 Quid dicendum, ſi moriatur pater ab inteſtato, relictis quatuor filijs, duobus maioribus, uno in pupillari, & alia fœmina in infantili ætate, & fratres maiores diuiſerunt hæreditatem in quatuor partes, quarum unaqueq; eſt in redditu ultra unciam, & pro hac diuiſione nõ ſit confectum inſtrumentũ, & portiones pupillorum adminiſtren-

tur per fratrem maiorem, an in hoc caſu ſint quatuor focularia? Et eſſe quatuor focularia ex dicta diuiſione, reſpondit Regia Camera 14. Septembris 1663. Magnifico Regio Numeratori Ioſeph Antonio Leotto.

75 Sed tamen ipſe exiſtimo, ſalua reuerentia tanti Tribunalis, opus eſſe aliqua declaratione: quia, ſi bona pupillorum adminiſtrantur pro indiuiſo ab vno fratre maiore, cum quo vnitè viuunt, debent minores cum fratre maiori conſtituere vnum foculare: illa enim diuiſio bonorum reſpectu minorum ſine decreto claudicat, maximè ſi ſint infantes, nec maiores poſſunt grauare onere focularis minores ſine cauſæ cognitione; immo non implicat, vt duo fratres diuiſi, ſi pater in teſtamẽto diuiſerit bona, iterum vniantur, & viuant in communi, ex qua communione, vti vnitè viuentes, vnum conſtituant foculare, *vt infra*, ex Instructionibus *nu.9.* & docent Rainer. Bart. Nicol. de Neap. *in l. tria onera, ff. de excuſat. tutor.* & Bart. *in d. l. 4. §. actor*.

76 Quid, ſi in vna domo reperiantur frater ſacerdos, & ſoror in capillis, poſſidentes bona pro communi, an ſoror ſit foculare?

Reſpondetur affirmatiuè, & ſoror eſt numeranda in capite, vt reſpondit Regia Camera 14. Octobris 1662. D. Antonio Acrax, Regio Numeratori, *vt in lib. Notamentorum*: intellige tamen, ſi portio dictæ ſororis excedat redditum vnciæ.

77 Sed an hoc procedat, ſi ſoror non poſſideat bona, ex quo non adſunt, niſi bona paterna, & materna, quibus ſolus ſucceſſit ſacerdos, vti maſculus, ex conſtitutione Regni *in aliquibus*, licèt, cum onere dotandi, vel quia pater in eius teſtamento inſtituit maſculum cum onere dotandi.

Reſpondetur, quod in hoc caſu videtur deducenda ſoror: quia nihil poſſidet, & reſpectu dotationis, non habet actionem, niſi ſequuto matrimonio, *l. 3. ff. de iure dotium*, Bart. *in l. fin. ff. ad Tertull.* & ratiocinatur Caſtrenſ. *in l. Titio centum, §. Titio genero, ff. de cond. & demonſtrationibus*.

78 Sed tamen in contrarium eſt veritas: quia, ſiue teneas opinionem illorũ, qui à die mortis patris deberi filiæ paragium vnà cum intereſſe ad rationem quinque pro centenario, firmarunt, vt Petr. Greg. *de dot. de parag. qu. 26.* Minad. *in conſtit. in aliquibus*, Ann. *allegat.* 70. de Pont. *conſ. 50. num. 27. lib. 2.* ſiue opinionem deberi à die interpellationis, & nubilis ætatis, vt Galeot. *lib. 2. controu. cap. 9. & cap. 15. nu. 78.* ſiue opinionem, quod interim frater teneatur præſtare alimenta ſecundùm qualitatem ſororis, quæ compenſantur cum intereſſe paragij, ut Reuert. *deciſ.* 417. vbi Addentes, Rouit. *conſ. 20. nu. 15. lib. 1.* ubi Addentes, Reuerend. de Luc. *ad Franc. dec.* 559. Conſil. de Roſa *conſult.* 29. ſiue teneas diſtinctionem Galeotæ, vbi *ſupra, num.* 52. ut ſcilicet ante ætatem nubilem debeantur ſorori alimẽta, poſt verò intereſſe paragij: ſemper, quacunque opinione attenta, ſoror erit foculare, ſi alimenta excedunt unciam, ut diximus *ſupra in rubrica de viduis*, ad inſtar habentis uſunfructũ, aut creditum cenſuale.

79 Hinc in liquidatione legitimæ fœmina facit partem, licèt non admittantur ad partem, Franc. *dec.* 549. Paſchal. *de patr. poteſt. par. 2. cap. 4. nu. 29.* de Marin. *lib. 1. quotidian. cap. 252. nu. 6. & in additionibus ad Reuerter. dec. 1. num. 3.* Gratian. *diſcept.* 676. Dexart. *dec. Sardiniæ* 7. Montan. *controu.* 48. Conſil. de Roſa *conſult. 29. nu. 8.*

80 Quid, ſi in antecedenti Numeratione plures ſorores ſint numeratæ, & deinde in noua reperiuntur ingreſſæ in Conſeruatorijs, & ex ſpolio antiquæ Numerationis ſunt aggregatæ numeris diſtinctis, & poſſident ultra unciã?

81 Reſpondetur, quod, ſi viuunt vnitè, uel poſſident unitè, ſunt unum foculare; ſed, ſi poſſident ſeparatè redditum ultra unciam, ſunt duo focularia, ut reſpondit Regia Camera Domino D. Antonio Acrax 14. Octobris 1662. ut habetur *in lib. Notamentorum*.

82 Si numerentur pater, & filij, patruus, & nepotes, unitè uiuentes, ſed in calce

cata-

cataſti fuerint deſcripti ſeparatè pro ſolutione induſtriæ,conſtituunt vnum foculare,nec ſunt diuidendi,ſi concurrant cætera requiſita vnionis,excepto tamen, ſi nepotes, numerati cum patruo, dependeant à foculari antiquo, ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.* 70. & ex noſtris *vbi ſupra,nu.*5.

83 Si moritur pater, relictis pluribus filijs,& vxore,quę deinde ſecundas cõtraxit nuptias, & dotem poſſidet ſeparatè cum ſecundo viro, licèt cohabitauerit cum filijs primi matrimonij, etiam in ætate pupillari, hoc non obſtante,filij conſtituent diſtinctum foculare à matre,& vitrico,ſi ſint minores, & poſſident vltra vnciam, vel in ætate maiori,vt ex Inſtructionibus anni 1595. *nu.*6:Ratio eſt, primò ex ſeparata poſſeſſione,ſecundò,quia filij debent conſeruare foculare paternum, ſic etiam quia diuerſam conſtituunt familiam, *l.pronunciatio*, §.*familiæ*; *ff. de verb.ſignificatione*.

84 Si filius numeratur cum patre, v.g. in Ciuitate Auerſæ ſub foculare,deinde ſe contulit ad Ciuitatẽ Capuæ aliquod exercendo officium, & fuit numeratus in Capua,vti foculare acquiſitum, ſi moriatur pater, debet filius ſubingredi ad ſubſtinendum foculare paternum in Ciuitate Auerſæ,& deduci à Ciuitate Capuæ,ex noſtris Inſtructionibus, *in hac rubr.nu.*7. & decreto Regiæ Cameræ 11. Octobr.1676. *apud de Marin.arreſt.*392. *&* 648. ſed interim,dum viuit pater, eſt foculare acquiſitum Capuæ, vbi moratur,'& ibi debet ſoluere vti ciuis, licèt non ſit numeratus in Capua, ex decreto Regiæ Cameræ *apud eundem arreſt.* 372.

85 eodem modo, ſi duo fratres ſint numerati in aliquo loco vnitè viuentes, & poſt Numerationem ſeparauerint ſe in eodem loco, in quo fuerunt numerati, vel diſceſſerit vnus ad aliũ locũ,tunc ſunt diſtincta focularia, etſi in diuerſa Terra, in ea dicitur foculare acquiſitum, *ex arreſt. Regiæ Cameræ*

86 429. ſecus verò ſi deſceſſerint ad aliũ locũ,& in eo viuunt vnitè:quia hoc caſu ſunt tractandi tanquam exteri:& faciunt vnum foculare in loco, vbi remanſerunt, vt vnitè viuẽtes,ex arreſto Regiæ Cameræ *apud eundem de Marin.*402.

87 Et ſi plures ſint filij numerati ſub foculare patris, & diſceſſerint à loco, debet primogenitus conſeruare foculare paternum; & alij, ſi ſeparatè viuant,conſtituunt diuerſa focularia,acquiſita in loco, in quo habitant; ſed ſi

88 minor, vel alius ſecundògenitus remanſit in patria, in qua fuit numeratus cum alijs fratribus, vnà ſimul cum patre,ipſe debet conſeruare foculare paternum: quia habitatio multùm operatur,& adeſt,qui in ea vniuerſitate conſeruet foculare paternum.

99 Quid,ſi remanſerit in loco tantùm frater clericus, vel ſit factus clericus poſt Numerationem, an debeat hic conſeruare foculare paternum, vel alius frater laicus natu maior abſens?

90 Reſpondetur,quod hoc caſu,mihi videtur,quod debeat conſeruari à fratre laico abſente: quia clericus eſt immunis, & vniuerſitas aliàs amitteret ſuũ foculare à die clericatus fratris, quod eſt contra æquitatem, Regia Camera *apud de* Marinis *arreſt.*444.

91 Declaratur concluſio de patre, numerato cum filijs in Auerſa,v.g. vt habeat locum, ſi ibi ſit numeratus ſub foculare patris,ſecus tamen, ſi ibi non ſit numeratus, ſed habitet, & æquè principaliter fuit numeratus oſtiatim, vel aggregatus in Ciuitate Capuæ,vel in antecedenti Numeratione fuit foculare Capuæ: his enim caſibus,non ſubingreditur ad conſeruandum foculare paternum;ſed,ſi non adeſt alius in Ciuitate Auerſæ,extinguitur foculare, licèt filius,numeratus in Ciuitate Capuæ, ſuccedat in bonis patris, vt colligitur ex arreſto Regiæ Cameræ *apud eundem de Marin.*393;& licèt reſpectu bonorum poſſet adduci in contrarium decretum Regiæ Cameræ, vt *ſupra* 17. Decembris ann.1630; tamen debet intelligi, quotieſcunque filiæ fuerunt numeratæ ſub foculare patris, & deinde poſt eius mortem ſucceſſerunt in bonis,& matrimonium contra-

xerunt

xerunt , quod non eſt in terminis noſtris, in quibus ſupponimus,filium non fuiſſe numeratum ſub foculare patris .

92 Si fratres diuiſerunt bona poſt mortem patris,& ſeparatè vixerunt,& deinde communitatem , & perfectam vnionem cum omnibus requiſitis contraxerunt, & , vti unitè uiuentes , per ſpatium annorum octo, aut decem,ante vltimam, ſeu nouam Numerationẽ vixerunt, conſtituunt unum foculare, nec ſunt ſeparandi, non obſtante antiqua diuiſione,& ſic debet obſeruari in alijs,in quibus cadit unio ex identitate rationis, ut ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.*73. & nouiſſimè *in hac rubr. nu.*8: Ratio eſt, quia poſt diuiſionem poteſt fieri renouatio communitatis, & renouati ſocietas,ut probant Socin. *conſ.*291.*lib.*2.Dec.*conſ.*68.*volum.*4.Ioſeph Ludouic.*concluſ.*53.*illat.*19. Crauet.*cap.*3.*nu.*13. Cæphal.*caſ.*403.*nu.*3. *lib.*4.Felic.*de ſociet. cap.*10. *nu.*23.Gratian.*dec.*127. *nu.*5. Michalor.*de fratribus,par.*2.*cap.*41.42. & eodem modo ſi fratres fuerunt inſtituti hæredes à patre,qui in teſtamento ſingulis bona diuiſit, ſi, non obſtante paterna diuiſione , viuant perfecta unione,abſque ulla fraude,conſtituunt unum foculare, uti unitè uiuentes , ut ex Inſtructionibus dicti anni 1591. *cap.*73. & ex noſtris *nu.*9.

93 Regula ſupradicta de duobus fratribus ſeparatis , & deinde unitis habet etiam locum , licèt ſint uxorati, dummodo concurrant , ut diximus, omnes circunſtantiæ unionis , & abſit omnis fraus,aut ſimulatio : quia, ſi reperiatur aliqua ſeparatio bonorum, aut ſeparata adminiſtratio, uel ſocietas ſit ex cauſa particulari, tunc ſunt ſeparandi , ut colligitur ex dictis Inſtruction. *cap.* 74. & ex noſtris *in hac rubr.nu.*10.

94 Sed quæritur,ſi duo fratres, aut pater,& filij in antecedenti Numeratione fuerunt numerati, uti unitè uiuentes,& pro uno foculari in Numeratione,u.g. anni 1658. & deinde in noua, unus frater,aut filius non eſt repertus in oſtiaria,ſed tantùm alter frater, aut pater, & alij fuerunt allegati abſentes ab Vniuerſitate, & ignoretur vbi ſint, nec ipſa poteſt producere legitimas iuſtificationes,aut hic frater,aut filius, ſit abſens in loco immuni,an dicti abſentes,aggregati numero diſtincto,debeant remanere pro foculari diſtincto? Reſpondetur negatiuè: Si enim poſt Numerationem antecedentem, nullum cognoſcitur ſignum diuiſionis, vel hic abſens reperitur alibi numeratus in Regno , vel reperitur extra Regnum,vbi contraxit domicilium,his caſibus non debet eſſe foculare in loco antecedentis Numerationis ; et,ſi nullibi contraxerit domicilium , tunc præſumitur habere animum reuertendi ad priſtinum, & ad primam vnionẽ cum fratre : ſic etiam ſi ignoretur, vbi ſit, quia ex aduerſo per Fiſcum non docetur de animo contrario,& ſic Regia Camera reſpondit D. Antonio Acrax 5. Maij 1663. qui volebat aggregare fratrem abſentem,qui in Numeratione anni 1658. erat numeratus vnitè viuens , ex quo Vniuerſitas nullam de hoc reddebat rationem, & fuit deciſum hoc foculare eſſe deſcribendum,ſicuti in antecedenti Numeratione, ſi nullum adſit argumentum diuiſionis , *vt in libro Notamentorum* , & pluries fuit deciſum in ſimilibus caſibus,me patrocinante per R.Cameram anno 1673. in diſcuſſione grauaminum Vniuerſitatis Neritonen, & aliarum , vt eſt videre in libro Numerationis , & apud acta quondam Magn. Rationalis Antonij de Fatio .

95 Gener,vnitè viuens cum ſocero, aut ſocru, ſic etiam leuiri , qui dependent à foculari antiquo, & in eorum perſona conſeruant foculare paternum, aut diuiſè poſſident bona paterna ab alijs fratribus,ſunt focularia ſeparata,licèt habitent vnitè , ex Inſtructionis annĩ 1591.*cap.*76.& in nouiſſimis,*in hac rubric.nu.*11.

Sed tamen,ſi non concurrant ſupradicta,conſtituunt vnum foculare, quia benè inter ipſos cadit vnio,argumento à contrario ſenſu,ex Gloſ.& Doctoribus *in rubric.ff.ſolut.matrimonio* .

96 Si

Digitized by Google

96 Si gener, aut lenir eſt aduentitius, quia alterius loci, qui, licèt non ſubſtineant focolare paternum, tamen eſt diſtinctum foculare cum ſocero, & habetur vti acquiſitum, vt reſpondit Regia Camera Magnifico Ioſepho Salerno die 23. Octobris 1662.

97 Fratres vxorati vnitè viuentes cum filijs, & vxoribus abſque vlla ſeparatione, & notati in Cataſto poſſidere vnitè, licèt eorum vxores teneant ſeparatas arcas mobilium, & ſupellectilium dotalium, ſi non adſit aliud ſignum diuiſionis, non ſunt ſeparandi, ſed vnum conſtituunt foculare, vt ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.* 78. anni 1640. *cap.* 32. & nouiſſimis *in hac rubr. nu.* 12. quia, vt diximus, diuerſas familias conſtituant, ex *dict. l. pronunciatio §. familiæ*.

98 Sublimitatur tamen ſecunda propoſitio, ſi adſit perfecta vnio, & tamen propter incapacitatem fratres habitēt in domo contigua, ſed tamen viuunt vnita menſa: quia ad vnionem, & ſocietatem non conſideratur materialis habitatio, ſed formalis, quæ reſultat ex animo, & conuictu, Dec. *conſ.* 28. Menoch. *conſ.* 656. *nu.* 10. *lib.* 7. Mantic. *de tacitis, & ambiguis, lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 7. Michalor. *de fratribus, par.* 2. *cap.* 13. *num.* 5. Conſ. de Roſa *conſult.* 8. *num.* 6.

99 Sed dubium eſt, ſi vxor ſeparauerit ſe à viro de communi conſenſu, & vir, vt requiritur in caſu, promiſit continentiam, & fuit promotus ad ordinem ſacerdotalem: hoc enim caſu poteſt ſuſcipere ſacros ordines, dūmodo vxor, ſi ſit iuuenis, aut adſit periculum incontinentiæ, monaſterium ingrediatur, ibique profiteatur, aut ſi ſenes vouerat perpetuam continentiam, *vt in cap. cum ſis, & cap. coniugatus*, vbi Abb. Felin. & Fagnan. *de conuerſione coniugat.* Diu. Bonauent. *in* 4. *diſt.* 37. D. Thomas *ibid. qu.* 1. *art.* 3. *ad* 2. Sanch. *de matrim. diſp.* 32. & 39. *lib.* 7.

100 Reſpondetur, quod, ſi vxor Religionem ingreditur, ibique profitetur eſt deducenda; ſi uerò domi remanſerit cum uoto continentiæ, & poſſidet bona ultra unciam, eſt foculare, ſic Regia Camera 24. Octobris 1684. determinauit in foculari Andrianæ Ricciæ Ciuitatis Licij, uxoris D. Marij de Rao, qui de eius conſenſu ad Sacerdotalem ordinem aſcendit, & ipſa domi remanſit cum uoto continentiæ, & dotibus ultra unciam, non obſtante quod aliàs uxor Sacerdotis gaudeat priuilegio fori, Abb. *in cap.* 2. *de for. compet.* Sanch. *dict. lib.* 7. *diſp.* 45. *nu.* 5. Pignatel. *conſult.* 98. *nu.* 19. *lib.* 1.

101 Quid dicendum in diuortio coacto, ſcilicet per ſententiam Iudicis, ex quo reſultat dotis repetitio? Reſpondetur, quod mihi uidetur, uirum, & uxorem non eſſe focularia diſtincta: ratio eſt, quia per diuortium non tollitur, quin uir, & uxor ſint una caro per uinculum matrimonij, nec unquā diſſoluitur, nec per hoc tollitur facultas iterum ſe uniendi, remiſſis cauſis diuortij, præcipuè ſi coniux innocens petat recōciliationem, Gloſ. *in cap. ex litteris, de diuort.* Fagn. *cap. coniugati, nu.* 14. *de conuerſ. coniug.* & ſufficit, quod uir conſeruet foculare ad beneficium Fiſci, &, quod uxor non dependeat à foculari antiquo.

102 Filius emancipatus, licèt cohabitet cum patre, conſtituit diſtinctum foculare, Regia Camera *in noſtris Inſtruct. in hac rubr. nu.* 13.

103 Quod ampliatur etiam ſi emancipatio proceſſit ad finem, ut filius poſſit uendere, uel alium contractum celebrare, aut ſe obligare, licèt nulla exiſtat diuiſio bonorum, ut Regia Camera 21. April. 1664. reſpondit D. Carolo Dies in Numeratione Terræ Geſuni, in qua plures inuenit filios emācipatos, unitè uiuentes cum patre, eſſe ſeparandos, & pari modo 14. Iunij 1664. reſcripſit Regio Conſiliario Frāciſco Raitano.

104 Sed ſalua reuerentia tanti Tribunalis dura admodum mihi uidetur hæc deciſio, & maximam pati in iure difficultatem, licèt enim emancipatio tollat iuris ciuilis effectus, ſignanter ciuilem identitatem, non tamen tollit naturales, & ſignanter charitatem, reueren-

uerentiam, & affectionem: quia illæ ſunt immutabiles, *l.iura ſanguinis,ff.de reg. iuris*; vndè optimè de more Ant. Faber *in ſua Iuriſpr. Papinian. tit.de iure nat.gent. & ciuil. princip.3.illat.1.* dixit, quod filius emancipatus, quanuis per emancipationem deſinat eſſe ſuus hæres, non tamen deſinit eſſe filius, & rationem reddit his verbis: *Quia emancipatio, quæ eſt iuris ciuilis, poteſt eſtinguere nomen ſui hæredis, quod itidem eſt ex iure ciuili, ſed non filium, & nomen quod eſt à natura*, hæc Faber, & iure nouiſſimo nulla adeſt differentia inter emancipatum,& exiſtentem in poteſtate, *vt Inſtit. lib.2. de hæred. qualit.& differentia, & in §.aliud quoque, Auth.vt cùm de appell. cognoſcit.* ſi ergo concurrunt omnia vnionis requiſita inter patrem, & filium emancipatum,vt ſupponimus, neſcio, quomodo ſint ſeparandi, quia ad vnionem non requiritur patria poteſtas, ſed arcta ſanguinis coniunctio,cum communione bonorum, vt ſæpius diximus, aliàs ſequeretur, quod inter fratres, aut alios,de quibus *ſupra*, non poſſet intercedere vnio, quod eſt prorſus contra Inſtructiones, & decreta Regiæ Cameræ de quibus *ſupra*; immo à fortiori, maior intercedit vnio inter patrem,& filium emancipatum, & maior eſſet dura ſeparatio, quàm inter fratres; nec vllam inuenio inter hos caſus rationem diſparitatis, vnde maturiùs in hoc caſu relinquo cogitandum Dominis meis Præſidentibus, & Regiam Cancellariam Regentibus, præcipuè quando emancipatio eſt ad vnicum actum,quæ non tenet,cum ſit actus legitimus ex regula,actus legitimi, tam Ciuili,quàm Canonica.

105 Priuignus, licèt habitet cum vitrico,ſi eſt minor annorum 14. poſſidens vltra vnciam,vel maior,licèt nihil poſſideat, eſt foculare diſtinctum, ſecus ſi minor, & nihil poſſidet, vt Regia Camera *in hac rubr.nu.14.*

TITVLVS XV.

De perſonis priuilegiatis, ſcilicet Neapolitanis, militibus grauis armaturæ, & alijs.

ARGVMENTVM.

Hæc rubrica continet perſonas priuilegiatas, quæ etiam numerantur in Oſtiaria, & aggregantur ex ſpolijs, quales ſunt Ciues Neapolitani, milites grauis armaturæ,patres onuſti, & in hac differitur de eorum requiſitis, immunitatibus, & quomodo veniant expungendi, vel non, à Numeratione?

SVMMARIVM.

1 *Neapolitani, aliique priuilegiati, ſunt immunes à gabellis,oneribus perſonalibus,& mixtis, ſecus ab oneribus merè realibus.*

2 *Priuilegiatorum differentia, ſcilicet alij priuilegiati à iure, alij ab homine.*

3 *Reſpublica poteſt priuilegium largiri, ſecus vniuerſitas,ſuperiorem recognoſcens.*

4 *Limitatur ſi concurrat cauſa.*

5 *Baro,recognoſcens ſuperiorem, non poteſt immunitatem concedere.*

6 *Limita,ſi adſit cauſa conſenſus Vniuerſitatis,& Principis.*

7 *Immunitas,conceſſa à Principe, cedit in damnum ipſius, & non Vniuerſitatis.*

8 *Ciuis Neapolitanus quomodo efficiatur?*

9 *Ciuis Neapolitanus originarius quis?*

10 *Ciuis Neapolitanus originarius originæ propria,alibi habens domicilium,gaudet*

det priuilegÿs Neapolitanorum.

11 *Ampliatur in concepto in ipſa Ciuitate, licèt alibi nato.*

12 *Ciuis Neapolitanus originarius propria origine,dicitur etiam natus, licèt alibi conceptus.*

13 *Ciuis Neapolitanus etiam dicitur natus in diſtrictu,vel in Caſalibus.*

14 *Equites Neapolitani de aliquo Sedili, licèt alibi nati,aut concepti,etiam dicuntur ciues Neapolitani, producta fide equitum de Sedili.*

15 *Etiam filius naturalis equitis Neapolitani.*

16 *De aliÿs ampliationibus remiſſiuè.*

17 *Filius expoſitus Neapolitani, & filius baptizatus in Ciuitate Neapolitana, quomodo differant? & ratio differentiæ adducitur.*

18 *Filÿ expoſiti,& baptizati Neapolitani, poſſunt obtinere priuilegiũ,vti oriũdi.*

19 *Natus ex patre Neapolitano, licèt extra Ciuitatem,& diſtrictum, poteſt obtinere priuilegium vti oriundus.*

20 *Natus à patre Neapolitano,concepto in Ciuitate,& alibi nato,an poſſit obtinere priuilegium,vti oriundus?Reſoluitur.*

21 *Nepotes ex filio Neapolitano, an poſſint obtinere priuilegium,vti oriundi? reſoluitur negatiuè.*

22 *Neapolitani ciues gaudent omnibus priuilegÿs Ciuitati conceſſis; & quæ ſint? remiſſiuè.*

23 *Ciues Neapolitani gaudent immunitate in gabellis, dohanis, fũctionibus fiſcalibus, oneribus perſonalibus,& miſtis.*

24 *Limitatur in expenſis extraordinarÿs pro publica vtilitate.*

25 *Item limitatur in oneribus realibus.*

26 *Ciuis Neapolitanus pro annuis redditibus non ſoluit bonatenentiam.*

27 *Adducitur limitatio.*

28 *Ciuis Neapolitanus per allectionem quis dicatur?*

29 *Ciuis Neapolitanus per allectionem gaudet,ſi adſit Regius aſſẽſus,aut Principis licentia, & habitet in Ciuitate.*

30 *Limitatur in aggregato in aliquo Sedili.*

31 *Filius Neapolitani per allectionem poteſt obtinere priuilegium Neapolitanorum, ſi ibi habitet.*

32 *Exterus, ducens vxorem Neapolitanã, poſſidens domum in Ciuitate, etiam titulo dotis, poteſt obtinere priuilegiũ.*

33 *Ampliatur, etiam mortua vxore, ſi incolatum continuauerit.*

34 *Ciuis Neapolitanus per allectionem non gaudet immunitate bonatenentiæ.*

35 *Ciuis Neapolitanus incolatus dicitur, ſi habitauerit per decennium cum eius familia,& deducitur à Numeratione.*

36 *Vxor extera ciuis Neapolitani gaudet ciuilitate, & priuilegÿs viri, ſed tamen nõ eſt ſubiecta conſuetudini Neapolitanæ; Quid in vidua,& an debeat deduci? inquiritur, & reſoluitur.*

37 *Miles ſtipendiatus in Ciuitate Neapolitana, ibique habitans, vt ſunt Hiſpani, dicitur ciuis Neapolitanus.*

38 *Milites grauis armaturæ,& alÿ, quibuſnam immunitatibus gaudeant? & de eorum officio.*

39 *De militibus, eorum delectu, & aliÿs, remiſſiuè.*

40 *Miles quis dicatur, & vnde?*

41 *Miles debet deſcribi in matricula vulgò* rollo, *& alia adimplere. An milites noſtri temporis gaudeant priuilegÿs, conceſſis antiquæ militiæ? inquiritur,& reſoluitur.*

42 *Milites ſtipendiati in Regno, exiſtentes in præſidÿs, & cuſtodia Regni,dicuntur verè milites.*

43 *De diuerſis ſpeciebus militum in Regno, eorunque exemptionibus, & ad quæ teneantur?*

44 *Milites Straticodæ qui dicantur, quibus gaudeãt exemptionibus, & ad quæ teneantur? Adducitur decretum Regiæ Cameræ.*

45 *Milites, exiſtentes pro cuſtodia Caſtri, aut Fortelitÿ alicuius ciuitatis demanialis, quibus gaudeant immunitatibus?*

46 *Milites vulgariter dicti* Piazza morta, *qui ſint? & de eius exemptionibus.*

47 *Qui milites Campaneæ?*

48 *Qui milites continui Regÿ Palatÿ?*

49 *Milites veterani,& de eorũ priuilegÿs.*

50 *Pater onuſtus duodecim liberorum gaudet immunitatibus à gabellis, oneribus perſonalibus,& miſtis.*

51 *Quæ ſit ratio:& an requiratur numerus ſexdecim, vel duodecim liberorũ, reſoluitur.*

Digitized by Google

uerentiam, & affectionem: quia illæ ſunt immutabiles, *l. iura ſanguinis, ff. de reg. iuris*; vndè optimè de more Ant. Faber *in ſua Iuriſpr. Papinian. tit. de iure nat. gent. & ciuil. princip. 3. illat. 1.* dixit, quod filius emancipatus, quanuis per emancipationem deſinat eſſe ſuus hæres, non tamen deſinit eſſe filius, & rationem reddit his verbis: *Quia emancipatio, quæ eſt iuris ciuilis, poteſt eſtinguere nomen ſui hæredis, quod itidem eſt ex iure ciuili, ſed non filium, & nomen quod eſt à natura,* hæc Faber, & iure nouiſſimo nulla adeſt differentia inter emancipatum, & exiſtentem in poteſtate, *vt Inſtit. lib. 2. de hæred. qualit. & differentia, & in §. aliud quoque, Auth. vt cùm de appell. cognoſcit.* ſi ergo concurrunt omnia vnionis requiſita inter patrem, & filium emancipatum, vt ſupponimus, neſcio, quomodo ſint ſeparandi, quia ad vnionem non requiritur patria poteſtas, ſed arcta ſanguinis coniunctio, cum communione bonorum, vt ſæpius diximus, aliàs ſequeretur, quod inter fratres, aut alios, de quibus *ſupra*, non poſſet intercedere vnio, quod eſt prorſus contra Inſtructiones, & decreta Regiæ Cameræ de quibus *ſupra*; immo à fortiori, maior intercedit vnio inter patrem, & filium emancipatum, & maior eſſet dura ſeparatio, quàm inter fratres; nec vllam inuenio inter hos caſus rationem diſparitatis, vnde maturiùs in hoc caſu relinquo cogitandum Dominis meis Præſidentibus, & Regiam Cancellariam Regentibus, præcipuè quando emancipatio eſt ad vnicum actum, quæ non tenet, cum ſit actus legitimus ex regula, actus legitimi, tam Ciuili, quàm Canonica.

105 Priuignus, licèt habitet cum vitrico, ſi eſt minor annorum 14. poſſidens vltra vnciam, vel maior, licèt nihil poſſideat, eſt foculare diſtinctum, ſecus ſi minor, & nihil poſſidet, vt Regia Camera *in hac rubr. nu. 14.*

TITVLVS XV.

De perſonis priuilegiatis, ſcilicet Neapolitanis, militibus grauis armaturæ, & alijs.

ARGVMENTVM.

Hæc rubrica continet perſonas priuilegiatas, quæ etiam numerantur in Oſtiaria, & aggregantur ex ſpolijs, quales ſunt Ciues Neapolitani, milites grauis armaturæ, patres onuſti, & in hac differitur de eorum requiſitis, immunitatibus, & quomodo veniant expungendi, vel non, à Numeratione?

SVMMARIVM.

1 *Neapolitani, alijque priuilegiati, ſunt immunes à gabellis, oneribus perſonalibus, & mistis, ſecus ab oneribus merè realibus.*

2 *Priuilegiatorum differentia, ſcilicet alij priuilegiati à iure, alij ab homine.*

3 *Reſpublica poteſt priuilegium largiri, ſecus vniuerſitas, ſuperiorem recognoſcens.*

4 *Limitatur ſi concurrat cauſa.*

5 *Baro, recognoſcens ſuperiorem, non poteſt immunitatem concedere.*

6 *Limita, ſi adſit cauſa conſenſus Vniuerſitatis, & Principis.*

7 *Immunitas, conceſſa à Principe, cedit in damnum ipſius, & non Vniuerſitatis.*

8 *Ciuis Neapolitanus quomodo efficiatur?*

9 *Ciuis Neapolitanus originarius quis?*

10 *Ciuis Neapolitanus originarius originè proprio, alibi habens domicilium, gaudet*

det priuilegijs Neapolitanorum.
11 Ampliatur in concepto in ipſa Ciuitate, licèt alibi nato.
12 Ciuis Neapolitanus originarius propria origine, dicitur etiam natus, licèt alibi conceptus.
13 Ciuis Neapolitanus etiam dicitur natus in diſtrictu, vel in Caſalibus.
14 Equites Neapolitani de aliquo Sedili, licèt alibi nati, aut concepti, etiam dicuntur ciues Neapolitani, producta fide equitum de Sedili.
15 Etiam filius naturalis equitis Neapolitani.
16 De alijs ampliationibus remiſſiuè.
17 Filius expoſitus Neapolitani, & filius baptizatus in Ciuitate Neapolitana, quomodo differant? & ratio differentiæ adducitur.
18 Filij expoſiti, & baptizati Neapolitani, poſſunt obtinere priuilegiũ, vti oriũdi.
19 Natus ex patre Neapolitano, licèt extra Ciuitatem, & diſtrictum, poteſt obtinere priuilegium vti oriundus.
20 Natus à patre Neapolitano, concepto in Ciuitate, & alibi nato, an poſſit obtinere priuilegium, vti oriundus? Reſoluitur.
21 Nepotes ex filio Neapolitano, an poſſint obtinere priuilegium, vti oriundi? reſoluitur negatiuè.
22 Neapolitani ciues gaudent omnibus priuilegijs Ciuitati conceſſis; & quæ ſint? remiſſiuè.
23 Ciues Neapolitani gaudent immunitate in gabellis, dohanis, fũctionibus fiſcalibus, oneribus perſonalibus, & miſtis.
24 Limitatur in expenſis extraordinarijs pro publica vtilitate.
25 Item limitatur in oneribus realibus.
26 Ciuis Neapolitanus pro annuis redditibus non ſoluit bonatenentiam.
27 Adducitur limitatio.
28 Ciuis Neapolitanus per allectionem quis dicatur?
29 Ciuis Neapolitanus per allectionem gaudet, ſi adſit Regius aſſẽſus, aut Principis licentia, & habitet in Ciuitate.
30 Limitatur in aggregato in aliquo Sedili.
31 Filius Neapolitani per allectionem poteſt obtinere priuilegium Neapolitanorum, ſi ibi habitet.
32 Exterus, ducens vxorem Neapolitanã, poſſidens domum in Ciuitate, etiam titulo dotis, poteſt obtinere priuilegiũ.
33 Ampliatur, etiam mortua vxore, ſi incolatum continuauerit.
34 Ciuis Neapolitanus per allectionem non gaudet immunitate bonatenentiæ.
35 Ciuis Neapolitanus incolatus dicitur, ſi habitauerit per decennium cum eius familia, & deducitur à Numeratione.
36 Vxor extera ciuis Neapolitani gaudet ciuilitate, & priuilegijs viri, ſed tamen nõ eſt ſubiecta conſuetudini Neapolitanæ; Quid in vidua, & an debeat deduci? inquiritur, & reſoluitur.
37 Miles ſtipendiatus in Ciuitate Neapolitana, ibique habitans, vt ſunt Hiſpani, dicitur ciuis Neapolitanus.
38 Milites grauis armaturæ, & alij, quibuſnam immunitatibus gaudeant? & de eorum officio.
39 De militibus, eorum delectu, & alijs, remiſſiuè.
40 Miles quis dicatur, & vnde?
41 Miles debet deſcribi in matricula vulgò rollo, & alia adimplere. An milites noſtri temporis gaudeant priuilegijs, conceſſis antiquæ militiæ? inquiritur, & reſoluitur.
42 Milites ſtipendiati in Regno, exiſtentes in præſidijs, & cuſtodia Regni, dicuntur verè milites.
43 De diuerſis ſpeciebus militum in Regno, eorunque exemptionibus, & ad quæ teneantur?
44 Milites Straticodæ qui dicantur, quibus gaudeãt exemptionibus, & ad quæ teneantur? Adducitur decretum Regiæ Cameræ.
45 Milites, exiſtentes pro cuſtodia Caſtri, aut Fortelitij alicuius ciuitatis demanialis, quibus gaudeant immunitatibus?
46 Milites vulgariter dicti Piazza morta, qui ſint? & de eius exemptionibus.
47 Qui milites Campaneæ?
48 Qui milites continui Regij Palatij?
49 Milites veterani, & de eorũ priuilegijs.
50 Pater onuſtus duodecim liberorum gaudet immunitatibus à gabellis, oneribus perſonalibus, & miſtis.
51 Quæ ſit ratio: & an requiratur numerus ſexdecim, vel duodecim liberorũ, reſoluitur.

52 *Pater onuſtus gaudet exemptione pro bonis poſſeſſis ante, & poſt expeditionem priuilegij.*

53 *Vidua, mortuo viro, vndecim relictis filijs, & ipſa prægnante, ſi peperit, poteſt obtinere expeditionem priuilegij patris onuſti, & quomodo hoc procedat?*

54 *Pater, habens vndecim filios, & nepotem, ex filio præmortuo, poteſt obtinere priuilegium patris onuſti.*

55 *Pater, habens filium, & vndecim nepotes ex alio filio mortuo in poteſtate, poteſt obtinere priuilegium.*

56 *Ampliatur etiam ſi adſint aliquæ filiæ nuptæ, habitantes ſeorſim, aut filij emancipati.*

57 *Ampliatur in habente duodecim filios, legitimatos per ſubſequens matrimonium, aut reſcriptum Principis.*

58 *Item per ingreſſum Religionis.*

59 *Item in patre mortuis filijs poſt expeditionem priuilegij.*

60 *Item ampliatur, ſi ſint mortui poſt petitam, ſed adhuc non obtentam expeditionem, & ſufficit, quod iter arripiat pro expeditione.*

61 *Immunitas an concedatur fratribus, vnite viuentibus? reſoluitur.*

62 *Quid in fratribus, viuentibus cum matre vidua, aut nouerca?*

63 *Pater onuſtus cum duodecim filijs naturalibus non valet obtinere priuilegium patris onuſti.*

64 *Nec etiam habens aliquos filios foriudicatos.*

65 *Idem in patre, habente vndecim filios, & vxorem prægnantem.*

66 *Nec etiam obtinetur immunitas mortuis parentibus.*

67 *Item filij non gaudent, ſi mortuo patre, viuant ſeparatè cum matre, aut nouerca, & declaratur quomodo procedat.*

68 *Pater onuſtus non gaudet pro bonis proprijs, aut emptis, pro debitis, contractis ante expeditionem priuilegij.*

69 *Pater onuſtus non gaudet immunitate in oneribus realibus pro expenſis, reſpicientibus communem vtilitatem.*

70 *Pater onuſtus, ſi ſit mercator, non gaudet exemptione pro gabella mercaturæ in eo, quod excedit alimenta filiorum.*

71 *Pater onuſtus valde diues, ſi vniuerſitas ſit pauper, nec etiã gaudet exemptione.*

72 *Adducitur regula circa Numerationem, & diſcuſſionem ciuis Neapolitani, militum, & patris onuſti, ſecundùm Inſtructiones.*

73 *Ciuis Neapolitanus, ad hoc vt deducatur, debet exhibere priuilegium.*

74 *Nec ſufficit priuilegij paterni exhibitio.*

75 *Declara, vt non habeat locum in Nobilibus Platearum: quia ſufficit fides Sedilis.*

76 *Item ſufficit pro ciue ex domicilio fides plateæ, & complateariorum.*

77 *Neapolitanus ex priuilegio Pragmaticæ, ſi fuerit numeratus in aliquo loco, & ibi habitet, non deducitur.*

78 *Neapolitanus ex priuilegio Electorum non deducitur, niſi etiam adſit incolatus decennij.*

79 *Ciuis Neapolitanus non deducitur cum prouiſionibus Regiæ Cameræ, niſi oſtẽderit priuilegium.*

80 *Sufficit productio poſt clauſam Numerationem, vel in gradu reclamationis.*

81 *Quid de alijs priuilegiatis ciuibus de aliquibus Ciuitatibus Regni, vt sũt Ciues Marateæ, Manfredoniæ, Brundusij, &c. reſoluitur negatiuè.*

82 *De priuilegijs Ciuitatis Brunduſinæ aliqua.*

83 *Excluduntur alij priuilegiati.*

84 *Miles grauis armaturæ, vel alius exemptus, deſcriptus ante Numerationem in militia, eſt deducendus; ſic etiam deſcriptus poſt Numerationem, ſed non numeratus, eſt deducendus, aliàs ſecus.*

85 *Quid ſi fuerit factus miles poſt Numerationem liquidatam?*

86 *Declaratur concluſio, & adducitur decretum Regiæ Cameræ.*

87 *Adducitur Authoris opinio.*

88 *Non eſt admittendus in militem, qui ſubſtinet onus focularis.*

89 *Filius militis gaudet priuilegio paterno.*

90 *Milites, aut Bombarderij alicuius Caſtri, non deducuntur.*

91 *Nec etiam milites nouæ militiæ.*

92 *Equi-*

92 *Equites Sancti Lazari non deducuntur, exceptis equitibus Ieroſolymitanis.*

93 *Milites, dicti* Piazza morta, *ſi ſunt pauperes, deducuntur.*

94 *Officiales Regij Scribæ portionis, Portulani, & alij, non deducuntur.*

95 *Nec etiam milites equeſtres, dicti* Archibugieri *Cuſtodiæ ſuæ Excellentiæ.*

96 *Miles veteranus deducitur.*

97 *Item miles equeſtris cohortis Excellentiſſimi Marchionis Terracuſij.*

98 *Sic etiam milites Hiſpani ſtipendiati.*

99 *Pater onuſtus, oſtenſo priuilegio, debet deduci, licèt tempore præſentationis non habeat filios in poteſtate, & declaratur.*

100 *Non debet deduci, ſi habeat vndecim filios, & vxorem prægnantem.*

101 *Limita, ſi deinde fuerit filius natus ante clauſam Numerationem, vel fuerit expeditum priuilegium tempore reclamationis.*

102 *Qui obtinuit priuilegium ceſſionis bonorum, aut moratoriæ quinquennalis, non eſt deducendus.*

103 *Limitatur, ſi ſit ſexagenarius pauper, vel nobilis ſine bonis, aut aliqua induſtria.*

1 HAEc rubrica continet perſonas munitas priuilegio immunitatis à gabellis, oneribus, ſiue perſonalibus, ſiue miſtis, quæ ab Vniuerſitatibus Regni indicuntur, pro ſolutione fiſcalium, aliorunque onerum, quibus Cōmunitates ſunt obnoxiæ, ex qua immunitate deducuntur à Numeratione, quæ, vt ſæpius diximus, hoc fine conficitur. Non obſtante, quod dicti priuilegiati ſunt obnoxij oneribus realibus, & alijs, de quibus *in tit. Codicis, de quibus muneribus, vel præſtationibus nemo liceat ſe excuſare, lib.* 10.

2 Notandum eſt, quod alij ſunt immunes, ac priuilegiati, priuilegio, in corpore iuris clauſo, vt ſunt patres onuſti duodecim filiorum, *ex l. ſi quis Decurio, C. de Decurionibus*, *lib.* 10. & alij, de quibus *in tit. ff. de iure immunitatis,* *& in tit. Codicis de excuſation. muner. lib.* 10. Reg. Mol. *in dec. Regiæ Cameræ tit. de immunit. funct. fiſcal.* ſic milites, *l. his oneribus, ff. de vacat. muner. l. Prætor, §. duo, ff. eod.* & de iure Regni, vt in pragmaticis, *tit. de militibus*: Alij ab homine, & ſunt, qui ex priuilegio Principis immunitatem obtinuerunt: Princeps enim, cùm ſit lex animata, poteſt perſonas, aut vniuerſitates à ſolutione collectarum eximere, *vt in tit. Codicis de his, qui à Principe vacat. muner. acceper. lib.* 10. Alex. *conſ.* 30. *volum.* 5. Oſaſc. *dec.* 95. Sic eſt Ciuitas Neapolitana cum Caſalibus, *ex cap. Ciuit. Neapol. cap.* 5. 15. 17. 25. *& in pragmat. tit. de immunit. Neapolitan.* ſic in Regno Ciuitates Brunduſij, Caietæ, Manfredoniæ, &c. Sic aliquæ particulares familiæ, Regens Moles, *vbi ſupra*, §. 2. *qu.* 9.

3 quod ampliatur in vniuerſitate, ſuperiorem non recognoſcente; vnde vniuerſitas, ſuperiorem recognoſcens, non poteſt hanc immunitatem concedere, *l. euacuatis, C. de Decurionibus, lib.* 10. *l.* 1. vbi Gloſſ. *C. de decretis Decurion. ſuper immunit. quibuſd. conced. lib.* 10. *l. immunitates, C. de agricolis, & cenſitis, lib.* 10. Capyc. *in inueſtit. feud.*

4 *verb. priuilegiatus*; licèt ſecus ſit, ſi ex aliqua cauſa, vt in Magiſtris, Medicis: &c. Gloſ. *in dict. l.* 1. *verb. cura*, vel alicui ciui benemerito ob ingentia ſeruitie, Capyc. *loco cit.* Feſtas *in tractatu de æſtim. tit.* 4. *cap.* 4. *à num.* 57. Roland. *conſ.* 5. *à nu.* 8. *lib.* 1. Oſaſc. *loc. cit. nu.* 25. etiam ſine Regis aſſenſu, Marot. *lib.* 1. *diſcept. cap.* 39.

5 Sic etiam non poteſt Baro concedere hanc immunitatem: quia recognoſcit ſuperiorem, Bouadil. *in ſua polytica lib.* 2. *tom.* 1. *c.* 16. Bendell. *in tractatu de paſcuis, & foreſt. tit. de Baronib.* Maſtrill. *de Magiſtrat. cap.* 10. *nu.* 137. *lib.* 7. Capiblanc. *in pragm.* 8. *de Baron. lib.* 1. *par.* 1. *nu.* 265. 275. Nouar. *de grauamin. vaſall. grauamin.* 382. *lib.* 1. niſi

6 tamen adſit cauſa conſenſus vniuerſitatis, & aſſenſus Principis, Nouar. *loc. cit. à nu.* 4.

7 Et immunitas, conceſſa à Principe cedit in damnum ipſius, & non vni-

uerſitatis, Lucas de Penn. *in l. exactores*, *C. de exactoribus tributor. lib.* 10. Capyc. *loc. cit.* Regens Mol. *dict.* §. 2. *q.* 2. 3. vnde meritò dicti priuilegiati deducuntur à Numeratione.

Et quia in hac Rubrica de priuilegijs ponuntur primò Neapolitani, ideo de his primò differendum duximus, pro intelligentia, & ornatu dictæ Rubricæ.

8 Ciuis Neapolitanus efficitur omnibus illis modis, de quibus diximus *in rubrica de abſentibus*, ſed tamen cum quibuſdam declarationibus, vt infra.

9 Et primò, efficitur Ciuis Neapolitanus origine propria per natiuitatem, *l. originem, Cod. de municipal. & originar. lib.* 10. *l. aſſumptio, ff. ad municip.* quæ, vti immutabilis, nunquam deperditur,

10 ideoque Ciuis Neapolitanus origine propria, licèt aliò transferat domicilium, gaudet priuilegijs Neapolitanorum, vt contra opinionem Afflicti, magis communiter docuerunt Reg. Mol. *in tit. de immunit. Neapolit. acquirend.* §. 8. *qu.* 1. *nu.* 3. 8. Nouar. *de electione fori, ſeſſ.* 4. *qu.* 39. *nu.* 16. & *qu.* 63. & *in pragmat.* 1. *de immunit. Neapolit. collect.* 2. Rouit. *in pragm.* 2. *eodem tit.* Montan. *controu.* 30. *nu.* 16. Marcian. *diſput.* 43. *nu.* 9. *lib.* 1. Danz. *de pugn. Doctor. tom.* 2. *tit. de immunit. Neapolit. cap.* 1. Addens *ad Rouit. conſ.* 48. *nu.* 8. *lib.* 1. Sanfelic. *deciſ.* 74. *nu.* 6.

11 Ampliatur primò concluſio in concepto in dicta Ciuitate, licèt alibi nato, *ex l. qui in vtero, ff. de ſtat. homin.* & *l. qui ad tempus*, §. *in auo quoque, ff. de Decurionib.* vbi Gloſ. *verb. plures*, *in l. emancipatorum*, §. *ſi quis, ff. de Senatoribus*, & *in l. Paulus, ff. de ſtatu homin.* & *in cap.* 2. *qui filij ſint legitimi*: & ratio

12 eſt, quia conceptus animatus, dicitur etiam natus, licèt exiſtens in vtero, iuxta illud Apoſtoli *omnes naſcimur filij iræ*, ideſt *concipimur*, vt exponit Gloſſa *in cap. firmiſſimè*, *de conſecrat. diſt.* 4. & ita firmant Recc. *in gloſ. ad priuilegia Collegij Neapolitan. n.* 67. & pluries Regia Camera *apud Regent. de Marin.* in cauſis expeditionis priuilegij, *vt in arreſt.* 360. 363. 423. 525. 579. & 624.

Ampliatur ſecundò, in alibi concepto, ſed tamen nato in ipſa Ciuitate: quia ſemper attenditur tempus magis fauorabile, Giurb. *obſeru.* 76. Ceuall. *communium contr. commun. q.* 458. *à nu.* 5. Carleual. *de iudic. qu.* 2. *num.* 91. Andreol. *controu.* 239. *num.* 45. Addent. *ad Rouit. loc. cit. nu.* 16. & Nouar. vbi *ſupra*, quicquid dicant Gratian. *diſcept.* 75. Amaia *in l. ciues*, *nu.* 43. Caren. *reſolut.* 239. *nu.* 2. quorum opinio poteſt ſolùm in vno caſu ſaluari, ſcilicet quando prægnans affectatè ibi pepererit, & in fraudem, de Petr. *conſ.* 15. Hodiern. *ad Surd. dec.* 329. Reg. de Marin. *lib.* 2. *quotid. cap.* 118. *nu.* 11. Thor. *in compend. deciſ. par.* 3. *verb. ortus*, & *verb. natus*, Reg. Moles *loc. cit. qu.* 2. Gannauer. *dec.* 6. de Marin. *arreſt.* 504. & fraus præſumitur, ſi mulier poſt partum ſtatim diſceſſit, Boer. *dec.* 15. Nouar. *d. qu.* 39. *num.* 27. Addent. *ad Rouit. vbi ſup. nu.* 15.

13 Ampliatur tertiò, in nato intra diſtrictum, vel in caſalibus dictæ Ciuitatis, non ſolùm ex priuilegio Ferdinandi Primi, *cap.* 17. 25. & Federici de Aragonia *cap.* 9. ſed etiam ex rationibus, de quibus *in rubrica de abſentibus*, Merlin. *lib.* 1. *controu. cap.* 99. *nu.* 4. Carleual. *de iudic. lib.* 2. *tit.* 1. *diſput.* 2. *n.* 109. Prat. *lib.* 3. *diſcept. cap.* 18. *num.* 4. Gannauer. *dec.* 17. *nu.* 1. de Marin. *arreſt. Regiæ Cameræ* 13.

14 Ampliatur quartò, in equitibus Neapolitanis de aliquo Sedili dictę Ciuitatis, qui, licèt nati extra ciuitatem, aut diſtrictum, tamen habentur, vti orti, & oriundi Neapolitani, & gaudent omnibus prærogatiuis, conſtito eſſe tales per fidem quinque, vel ſex equitum de eodem Sedili, Mutius Surg. *de Neapoli illuſtr. in addition.* Rouit. *conſ.* 83. *nu.* 4. *lib.* 1. Marcian. *diſput.* 43. *nu.* 2. *lib.* 1. Sanfelic. *in praxi, ſeſſ.* 14. *nu.* 4. de Marin. *arreſt. Regiæ Cameræ* 588.

15 Quod etiam habet locum in filio naturali equitis Neapolitani, vt determinauit Regia Camera ad fauorem Ciuitatis Neritoni meæ patriæ, à qua fuit deductus filius naturalis de nobiliſſima Aquauiuorum proſapia, *apud Reg. de Marin. arreſt.* 248. licèt filius

equi-

equitis Neapolitani, ſi non ſit ortus, aut oriundus, non poſſit adſcribi in Collegio Doctorum dictæ Ciuitatis, Montan.*controu.30.nu.24.*

16 Alias ampliationes pro hac materia adduximus *in rubrica de abſentibus*; præcipuè de baptizatis in Ciuitate, ex arreſt. Regiæ Cameræ 430.457. *apud eundem de Marin.* niſi tamen eſſet baptizatus in fraudem, Gratian.*diſcept.* 75.*à nu.*15.Thor. *in compend.deciſ.par.* 2. *verb. Ciuilitas Neapolitana*; Idem diximus de expoſitis Diuæ Annunciatæ, vel alijs, ex arreſt. Regiæ Cameræ 261.

17 Aduertendum tamen eſt, quod inter filios expoſiti, & filios baptizati in Ciuitate Neapolitana adeſt differentia: quia, ſi illi alibi ſint nati, nequeunt obtinere priuilegium, vti oriúdi, ex expoſito ciue Neapolitano, Nouar.*dict.qu.*39.*nu.*33. Thor.*loc.cit.*Reg. Moles *qu.*5. Montan. *dict. controu.*30. *nu.*19.Gannauer. *dict.dec.*36. *de* Marin. *arreſt.*578.672.Secus eſt in filijs baptizatorum, de Marin. *arreſt.*538: Ratio diſparitatis eſt, quia baptizatus dicitur verè ciuis natus natiuitate ſpirituali, Mol.*loc.cit.qu.*3. Carleual.*diſput.* 2.*qu.*2.*nu.*111. Cannauer. *loc.citato*; ſecus eſt in expoſito, qui ſolùm fictione, aut præſumptione, dicitur ciuis; vnde non poſſunt in eo duo ſpecialia concurrere reſpectu eiuſdem, vt ſcilicet quis ſit verè ciuis oriundus ex præſumpto ciue, præcipuè in materia odioſa, qualis eſt exemptio à collectis, Nouar.*loc.cit.nu.*33. Gratian. *diſcept.*592. *nu.*2. Thor.*in compend.par.*2.*verb.Ciuilitate Neapolitana*, Addens *ad Rouit. conſ.*48.*nu.*14.*lib.*1.

18 Si tamen expoſitus eſt baptizatus Neapoli, tunc eius filij ex hoc capite poſſunt obtinere priuilegium ciuilitatis, vti oriundi, ex doctrina Bartholi *in l.ciues*, *n.*4.*C.de incol.lib.*10. & nulla poteſt aſſignari diſparitatis ratio inter filium infidelis baptizati, & filium expoſiti, & eſt de mente Regiæ Cameræ *apud Reg.Moles loc.cit.qu.*3.*nu.*8.

19 Ciuis Neapolitanus origine paterna eſt natus ex patre Neapolitano, licèt extra Giuitatem, & diſtrictum, vt diximus *ſupra in rubrica de abſentibus*, & docent Nouar.*de elect.fort.qu.*39.*& in pragm.*5.*de immunitat. Neapolit.collect.*2.Rouit.*ibid.*Danz.*de pugn.Doctor. tom.*2. *de immunit. Neapolit.* Montan. *controu.*30. Thor.*in compend. dec.verb. ciuilitas patris*: & hic oriundus poteſt obtinere priuilegium, licèt alibi habitet, Doctores vbi *ſupra*, Montan. *controu.*68.Ricc.*ad Afflict.dec.*384.

20 Sed an poſſit dici ciuis Neapolitanus origine, natus à patre, qui, tanquã conceptus in Ciuitate, licèt alibi natus, obtinuit priuilegium originis propriæ? Videtur negatiuè reſpondendũ: quia hoc caſu concurrerent duo ſpecialia, vt diximus in filio expoſiti, & duæ fictiones, ad textum *in l.*1. *Cod.de dot.promiſſione*.

Sed tamen in contrarium eſt veritas: quia, vt diximus, conceptus dicitur verè ciuis origine propria, ergo filius debet dici verè originarius origine paterna, & tanquam verus ciuis, & nõ per fictionem, obtinet priuilegium, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 360. 363. 425. 656. & in fortioribus terminis in filio ciuis Neapolitani per allectionem, docent Nouar.*loc.cit.nu.* 35.de Marin.*ad Reuerter.dec.*297.*nu.*3. & in caſu noſtro determinauit Regia Camera in cauſa Caroli, & Ioſephi de Luca, filiorum ciuis concepti, & alibi nati, *apud de Marin.arreſt.*624.

21 Sed an hæc ciuilitas extendatur ad nepotes Neapolitani, alibi ortos? & quod extendatur, ſi naſcantur in poteſtate aui, tenent Adducti *in rubric.de abſentibus*, ſignanter Bart. & Alberic. *in l.filios*, *& in l.aſſumptio*, *§.filius*, *ff.ad municipalem*, Ioan.de Plat. & Luc.de Penn.*in l.filius*, *Cod. de municip.& origin. lib.*10. Peregrin. *conſ.*55. *volum.*5. Sed tamen contraria opinio eſt verior, vt diximus *in rubric.de abſent.*& in terminis noſtris Vrſill.*ad Afflict. dec.*384. Nouar.*loc.cit.nu.*15. Montan.*dicta controu.*30.*nu.*17.

22 Huiuſmodi ciues gaudent omnibus prærogatiuis, & priuilegijs, conceſſis Ciuitati: quia ſunt verè ciues ex cauſa

ſa naturali,& intrinſeca,alij verò accidentali, extrinſeca, & variabili, nec gaudent priuilegio immunitatis in præiudicium tertij, vt diximus *in eadē rubrica*,Montan.*dict.controu.30.nu.*18. & in materia priuilegij, Collegio Doctorum conceſſi, Rouit.*in pragm.4.de immunit. Neapolitan:* & ideo ciuilitas naturalis nunquam amittitur, licèt Neapolitanus alibi habitet, ſecus eſt in alijs,Reg.Mol.*loc.cit.qu.7.nu.*7.Marcian.*diſp.43.nu.8.lib.*1.de Marin.*arreſt.* 656. De priuilegijs Neapolitanorum non eſt noſtrum differere, ideo videndi ſunt Doctores citati,& capitula priuilegiorum.

23 Sed pro materia noſtra, ſciendum eſt, quod inter alias immunitates, ciues Neapolitani,de quibus ſupra,gaudent exemptione in gabellis, dohanis, functionibus fiſcalibus, oneribus perſonalibus,& miſtis, DD. citati,& Regia Camera *apud de Marin. arreſt.97.* 101.147.201.146.153.325.326. & ideo deducuntur à Numeratione, vt ex noſtris Inſtructionibus, & docent Marcian.*dict.diſp.43.nu.9.in fine*.

24 Limitatur tamen in ſolutione expenſarum extraordinariarum, & quæ publicam reſpiciunt vtilitatem, vt pro refectione ſtratarum, ſalario Medici, ludimagiſtri, eleæmoſyna Prædicatoris, ad quas etiam tenentur Neapolitani, in loco, vbi habitant, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt. 623.* Item in expenſis pro refectione murorum Ciuitatis, *l.ad inſtructiones,Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.l.finali, Cod.quib.muner.nemin.lic.ſe excuſ.lib.*10. Moles *loc. cit.§.7.qu.9.* Gannauer.*dec.*39.Paſchal. *de patr.poteſt.par.4.cap.4.n.*32. Reuert. *dec.*439.vbi Addentes,Capiblanc.*ſing.* 78. Nouar. *lib.2.forenſ. queſt.65.& in rubric. pragm. de immunit. Neapolit. num.*3.

25 Limitatur ſecundò,in oneribus realibus,& ſic in ſolutione bonatenentię, & debitorum, per vniuerſitatem contractorum pro bonis, quæ poſſident in loco, Rouit. *in pragm.4.de immunitat. Neapolit.nu.*2. de Marin.*arreſt.663.* licèt ſecus in Neapolitano, poſſidente

26 annuos redditus ab vniuerſitate, vel à particularibus,quia ſunt immunes a bonatenentia, Rouit.*loc.cit.* Addentes *ad Capyc.Latr.dec.*116.*nu.*11.de Marin.

27 *arreſt. 651. & 663.* Sublimitatur tamen in Neapolitanis, effectis ciuibus vigore Regiæ pragmaticæ, Regia Camera *apud de Marin.arreſt.656.*

28 Item dicitur ciuis Neapolitanus per allectionem eodem modo,quo diximus *in dicta rubrica de abſentibus*, & Ciuitas Neapolitana habet priuilegium Regis Federici de anno 1496. ciues alliciendi, *vt in priuilegijs Ciuitatis cap.15. & Magni Capitanei cap.* 23.& hæc facultas conceditur tantùm Electis Ciuitatis, Reg.Mol.*vbi ſupra, qu.1.nu.*10.Rouit.*in dict.pragm.1. à nu.* 6.Montan.*vbi ſupra,num.*21. Marcian.

29 *dict.diſp.43.à nu.*4.Vt tamen ciuis allectus gaudeat immunitate in collectis,& gabellis,requiritur Regius aſſenſus: quia in priuilegio conceditur tantùm facultas allectionis ſine tertij præiudicio, Rouit. *in d.pragm.1.nu.6.* Marcian.*nu.*7. Nouar.*dict.qu.*39. Danza *cap.2.de immunit.Neapolit.* ſed gaudet in omnibus, ſi alliciatur per Principis priuilegium, Doctores *vbi ſupra*; ſed ciuis allectus requiritur, vt habitet in ciuitate,vel diſtrictu: quia, aliàs nullo potitur priuilegio, Ciuitati conceſſo, & remanet pro foculari, vbi fumat, *ex pragm.4. de immunit.Neapolit.* & hac conditione expeditur priuilegium, vt Rouit. & Nouar. *in d.pragm.* Montanus, Danza, & Marcianus, vbi ſupra,Reg.Mol.*dict.q.1.nu.*25. Reuert. *dec.*194. vbi de Marin. *& arreſt. 439.*

30 Sed hac habitatione non indiget ciuis, aggregatus in aliquo Sedili Ciuitatis,ex priuilegio Sedilium, Marcian. *vbi ſupra*, *nu.*13.& laté probat Landulf.de Aquino *apud Thor.in compend. dec.par.2. verb. ciuis alicuius ciuitatis ex allectione*, vbi ſic deciſum refert, quicquid ſcripſerit Anna allegat.30.

31 Extenditur in filio ciuis allecti, licèt

cèt alibi nato, qui poteſt obtinere expeditionem priuilegij, vti filius ciuis alle&i,Nouar. *dict.qu.*30. *nu.*30. Thor. *in compend. dec. par.* 2. *verb. ciuilitas*, Reg.de Matin.*ad Reuert.dec.*297.Addentes *ad Rouit.conſ.*48.*nu.*19.ſi ramen habitet in ciuitate, vel diſtrictu: quia non poteſt eſſe plus in cauſa, quàm in cauſato.

32 Item etiam dicitur ciuis Neapolitanus per allectionem vigore Pragmaticæ primæ *de immunit.Neapolit.* ſcilicet ſi exterus ducat in vxorem Neapolitanam origine ptopria, vel paterna,& poſſideat domum in ciuitate,idoneam ad habitandum,ab eo ædificatam, aut alio titulo acquiſitam, Rouit.*conſ.*62. *lib.*2.Paſchal.*de patr.poteſt.par.*3.*cap.*2. Moles *loc. cit.qu.*4. *num.*6. Et etiam ſi poſſideat domum ex cõtractu emphytheutico,Rouit. *in dict.pragm. nu.*3. & Doctores vbi ſupra, licèt, ſi domus ſit deuoluta ad dominum directum, priuilegium extinguatur,vt RegiaCamera *apud de Marin.arreſt.*292. ſic etiam intelligitur in domo empta cum pacto de retrouendendo, vt Regia Camera *arreſt.*626. quicquid dixerit Moles *loc. citato*;ſic etiam ſi maritus exterus poſſederit domum titulo dotis: quia hoc reſpectu etiam dicitur dominus, Moles *vbi ſup.nu.*3.Nouar. *dict.qu.*39.*nu.* 21.Thor. *in compend.dec.par.*2.*verb.ciuilitate Neapolitana*, de Marin. *arreſt.* 354.*&* 619.

33 Ampliatur concluſio,vt poſſit exterus obtinere expeditionem priuilegij, mortua vxore Neapolitana, ſi habitauerit per longum tempus in propria domo,Moles *vbi ſupra,qu.*9. Thor.*dict. par.*2.*verb. ciuis*,de Marin.*arreſt.*368. 750. Sed,ſi habitationem deſerat,priuilegium reſoluitur, vt diximus *ſupra*.

34 Sed aduerte, quod ciuis Neapolitanus per allectionem, non eſt immunis à ſolutione bonotenentiæ pro annuis redditibus, ſicut cæteri originarij, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt.*686.

35 Dicitur etiam ciuis Neapolitanus incolatu, ſi per decennium continuauerit incolatum cum eius familia, & habitatione, vt diximus *in rubric.de abſentibus,ex l.*2. *Cod.de incolis, lib.*10. & hic debet deduci à Numeratione, ſi ſit aggregatus pro foculari in ſua patria,de Marin.*arreſt.*499.

36 Sed an vxor ciuis Neapolitani extera gaudeat ciuilitate viri? Affirmatiuè reſpondetur: quia ſunt ei communicata priuilegia,ſignanter fori, *l.exigere dotem,ff.de iudicijs*; licèt etiam retineat propriam originem: quia illa eſt immutabilis *ex dict.l.origine*, Bart. *in l.fin.* §.*item conſcripſerunt,ff.ad municipalem*,licèt non ſit ſubiecta conſuetudinibus Neapolitanis;vnde, ſi ſit filia familias,nequit teſtari, Galcot.*lib.* 2.*illuſtr.controu.*39.*nu.*40. Franc.*deciſ.* 546. Nec in extradotalibus gaudet immunitate, maximè ſi dependet à foculari antiquo,vt latè Thor.*in comp. deciſ. part.*1. *verb. ciuis alicuius ciuitatis*, vbi adducit allegationem Fabij de Falco; ſed ipſe valde dubito,ſi non dependeat à foculari antiquo, hæc vxor, & maritus, per eundem de Marinis *lib.*2.*quotid. cap.vlt.* Rouit. *dec.*75.*Galeot.lib.*1.*illuſtr.cap.*13.Addentes *ad Rouit.conſ.*60. *nu.*4.*lib.*2.

Vidua ciuis Neapolitani remanet in Numeratione, Regia Camera *apud de Marin. arreſt.*525. Thor. *loc.citato*; ſed etiam in hoc caſu remanet mihi difficultas,vt in primo,præcipuè,ſi habeat filios, etiam priuilegiatos, cum quibus vnitè viuat, & non dependeat à foculari antiquo.

37 Et denique dicitur ciuis Neapolitanus miles, ſtipendiatus in ciuitate, vt sũt milites Hiſpani,Carauit.*rit.*301. *nu.*22. Sanfelic.*dec.*74.*nu.*3. Sic etiam miles togatæ militiæ, vt Regij Miniſtri, & Lectores publicæ Academiæ Neapolitanæ, Amaia *in l.ciues,nu.*62. *Cod. de incolis,lib.*10. Maſtrill. *de magiſtrat.lib.*5.*cap.*3.*num.*49. Montan. *dict. controu.*30.*nu.*16. Sanfelic. & Carauit. citati,& hæc dixiſſe ſufficiat pro ornatu noſtræ materiæ,ſi quis plura deſiderat,adeat Doctores citatos, & ſignanter Thor.*in dict.part.*1. *loc.cit. & verb.* ei-

Ciuis Neapolitanus, & par.2.verb.ciuilitas Neapolitana, verb.ciuilitate Neapolitana par.2.3.4.5.& 6.

§. I.

38 IN eadem noſtra *rubrica* connumerantur, inter perſonas priuilegiatas, milites grauis armaturæ, & alij, qui gaudent immunitate in oneribus perſonalibus, miſtis, & in gabellis: Militibus nanque plura priuilegia ius noſtrum conceſſit propter bonum publicum: ipſi enim Rem publicam, & Regna ab inimicorum iniurijs ſeruant, Dominantis augent potentiam, & tot periculis obnoxij, ſubditorum capita ſub eorum clypeo fouent, & quietem, & adiuuant Iuſtitiæ lancem, latè Regen.Conſtan. *in tit.Codic.de re militari*. Anton.Per. *lib.12.tit.36.de re militari*, & ex vſu armorum, & diſciplina valde Reſpublica Romana ereuit, & ſecum Imperium dilatauit, vt aliàs diximus, & teſte Quintiliano, & Vniuerſi arbitra euaſit, ex Iuſt. Lipſ.de milit.Romanis:

39 De Militum origine, dignitate, & priuilegijs, plura ſcripſerunt noſtri *in l.Centurio, ff.de vulgar. & pupill. in l. vlt. Cod.de reſtit. milit. & in tit.ff.de re militari*, Duaren. & Veſſembec. Connan. *lib.9. commentar. iur. cap.5.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. iur.vniuerſ. lib.19. & cap.1.* Patign. *in l.1. Cod. de iure, & fact.ignor.* Iul.Clar. *in §.teſtamentum, qu.15.* Vaſq. *de ſucceſſ.creat. lib.3.§.24.* Mantic. *de conect.lib.6.cap.1.* Loriot. *de apicib. iurium, tit. de ſubſtitut. axiomat. 62.63.* Caſſan. *in catalogo gloriæ Mundi, part.1.conſid.1. par.9. à conſid.1. vſq.ad 48.* Belluc. *in ſpeculo Princip. rubric.20.* Ioann. Benden. *de maieſtate Princip. rubric.cum armis*, Zoannet. *de Roman. Imper.* Villadiec. *in foro iudic.lib.9.tit.2.* Claper. *cauſ.52.qu.2.* Ayau. *de iure belli*, Claud. Coter. *de iur. & priuileg. militum*, Gregor.Acar. *de priuileg.milit.* Marc.Mant. *de priuileg. milit. & in tit. de re, & diſciplina militar.* Criſpol. *in caſib.militarib.* Fontanell. *de pactis nuptialib.tom.1. clauſ.3.gloſ.3.* Carleual. *de iudic.lib.1.tit.1. diſp.2.ſeſſ.4.* Nicol.Vigell. *tom.1.ſuper ff.de re militari*, Calcanett. *de iur.public. & re militari*, Scipio Atricon. *de milit.* ex noſtratib.Rouit. & Nouar. *in comment. ad pragm.de militib.* Conſ.Rocc. *de offic.rubr.10.* videndi ſũt etiam ad eruditionem Iuſt. Lipſ. *de militia Romana*, Roſin. *antiquit. Roman. lib.10.* & apud allatos Doctores materiam exornatam reperies; nos verò aliqua pro intelligentia noſtræ materiæ adducimus.

40 Miles propriè dicitur ille, qui caſtra ſequitur, & belli neceſſitatibus eſt paratus, Pichard. *in Inſtit. in rubric.de milit. teſt. nu. 7.* & dicitur *à militia*, ideſt *duritia*, quam ſubſtinet pro Republica, aut quia eſt electus ex millibus, ſicuti Vlpian. *in l.1. ff. de militar. teſt.* Eutrop. *lib.1. rerum Roman.* Alciat. *lib.2.prætermiſſor. tit.de teſtamen. militar.* Dicitur lingua vernacula *ſoldato, à ſoldo, ſeu mercede*, vel quia ſolus datus eſt pro communi tutela, Pichard. *loc.cit. nu.9.* De eius delectu, ex differentia vide eruditum Lipſium *de militia Roman.* Petr.Gregor. *lib.19.* Farinac. *in fragmentis, par.2.lit.M.verb.miles.*

41 Plura requirebantur, ad hoc vt verè quis eſſet miles, quæ numerantur à Gloſſa *in l.penult.ff.quibus ex cauſ. maiores*, Belluc. *loc.cit.* Afflict. *in conſtit.Regn. intentionis, num.27.* Duo tamen ad præſens ſunt de forma: primũ, vt miles deſcribatur in matricola, & referatur in numero, vulgò, *nel Rollo, l.ex eo, ff.de militari teſtamento*, Farinac. *conſ.4.n.9.* & in Regno ſine fide aſſenti in Regia Scribania Portionis, non gaudet priuilegijs, Maſcard. *de probat. concluſ.9.* Secundum, vt præſtet in manibus Officialis iuramentum, de benè, & fideliter pro Principe militando, *l. ex militari, ff. eodem titulo*, Marcian. *conſ.42.lib.1. à num.2.* Et in Regno *eſt pragmatica 2.§.17.& pragm.6. §.17.de militibus*, quicquid dicant Rouit. *in rubric.de militibus, nu.2.* Mauſon. *de cauſa exequut.lib.8.nu.3.*

Sed an milites noſtri temporis gaudeant

deant priuilegijs, conceſſis antiquæ militiæ, diſputant Doctores *in dict. l. Centurio, & in d. l.* 1. & non gaudere tenent Angelus *in l. milites, Cod. de re militari,* Theſaur. *dec.* 111. *nu.* 5. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 3. *num.* 61. Caroc. *de loc. & conduct. par.* 1. *tit. quibus non eſt permiſſum cond. num.* 8. Bouadil. *in ſua polyt. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 14. Amend. *ad Franch. deciſ.* 232. Franch. Zoanet. *de Roman. Imper. nu.* 49. ea ratione, quia noſtris temporibus milites, exceptis illis, qui degunt in caſtris, aut in expeditione, non habent requiſita veterum militum, Franc. *dec.* 48. *nu.* 6. Paris de Puteo *de re milit. lib.* 7. *nu.* 2. Rouit. in *pragm.* 16. *de militibus,* Nouat. *in rubric. de militib.* Capiblan. *in pragm.* 8. *de Baron. par.* 2. *nu.* 164. & nouiſſimè Coſtantin. Caſar. *lib.* 1. *peregrinar. quæſtion. quæſt.* 35. *nu.* 18.

Contratiam ſententiam tenet Salic. *in dict. l.* 1. *nu.* 8. Landerch. *conſ.* 178. *nu.* 2. Gabr. *conſ.* 100. *n.* 2. *lib.* 1. Farinac. *conſ.* 95. *nu.* 3. *vol.* 1. Odd. *de compend. ſubſtit. par.* 5. *præmiſſ.* 3. *nu.* 3. Conſil. Paticch. apud Rouit. *in dict. pragm.* 11. *n.* 36. Gomes *ad l.* 53. Thauri *nu.* 68. Guttier. *de contract. iurat. cap.* 6. *nu.* 10. Anton. de Amat. *reſol.* 46. *nu.* 4. *lib.* 1. Creuei *in practic. Cameræ Imperial. lib.* 2. *concluſ.* 118. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *qu.* 5. Capyc. Latr. *dec.* 102. vbi Gypt. *Rota parte* 12. *recent. dec.* 150. *nu.* 1: Ratio eſt, quia, vel degunt in caſtris, aut in expeditione, & tunc omnes concordant gaudere, aut ſunt parati cum armis ad defenſionem Reipublicæ, & in eis militat eadem ratio; aut milites neutrum iſtorum habent, & tunc non dicuntur verè milites.

42 Vnde infertur, quod in Regno noſtro ſtipendiati, exiſtentes in præſidijs, necnon milites, deſtinati pro cuſtodia Regni, dicuntur verè milites, Alexand. Trentacinq. *de ſubſtit. part.* 4. *cap.* 8. *nu.* 6. Maſtrill. *dec.* 173. *par.* 2. Iſti tamen non habent facultatem condendi teſtamẽtum militare: quia hæc tantùm conceditur militi, exiſtenti in acie belli, aut ſaltem in caſtris in conſpectu inimicorum, *l. milites, C. de milit. teſt. l.* 2. *§. pro limitaneis, Cod. de offic. Præfec. Prætor.* Barry *de ſucceſſ. lib.* 1. *tit.* 1. *de teſt. milit. nu.* 7. Simon. de Petr. *de interpetr. vltim. volunt. lib.* 3. *ſolut.* 8. *nu.* 16. Rota *loc. cit. num.* 11.

43 In Regno noſtro adſunt plures militũ ſpecies, alij ſunt milites pedeſtris, alij equeſtris militiæ, & gaudent priuilegijs, ſi sũt in expeditione, ſecus ſi degant in proprijs domibus, Trentacinq. & Gypt. *locis citatis,* Add. *ad Rouit. conſ.* 18. *lib.* 3. Sufficit tamen, ſi ſint parati ad ſeruiendum; alij ſunt milites pedeſtres, & equeſtres, deſtinati pro Regni cuſtodia, & primi dicuntur, *del Battaglione,* ſecundi *della Sacchetta,* ſeu *leuis armaturæ,* de quibus *in pragm.* 1. 6. & 12. *de militibus,* & iſti morantur in proprijs domibus, ſine ſtipẽdijs, parati ad ſeruiendum in omnibus Regni neceſſitatibus, nec poſſunt egredi à Regno; & eliguntur ab vniuerſitatibus, *ex pragm.* 2. *de milit.* & ſunt ad inſtar militum Regnorum Nauarræ, & Granatæ, & aſſimilantur militiæ Prætorianæ, Gomes *ad l.* 53. *Thauri, num.* 68. Guttier. *loc. cit. cap.* 6. *nu.* 10. Antonin. de Amat. *vbi ſupra, nu.* 4. & militibus equeſtribus debentur quotannis caroleni 25. contribuendi ab vniuerſitate, in qua ſunt focularia, licèt antiquitùs erant ducati quinque; at ad præſens ex nouiſſimis Regij Collateralis Conſilij prouiſionibus ſolùm debẽtur caroleni duodecim, cum dimidio, & reſtantes ſibi appropriauit Regius Fiſcus; & militibus leuis armaturæ priús debebantur ducati quindecim, moderati ad præſens pro dimidia, ex dictis prouiſionibus. Item gaudent priuilegio immunitatis ab oneribus perſonalibus, & priuilegio fori, & in cæteris reputantur, vt ciues, *dict. prag.* 16. & *prag.* 20. Gypt. & *R. Conſ.* Altim. *ad Rouit. loc. cit.* Thor. *vot.* 20. *lib.* 1. Conſil. Patignan. *vbi ſupra,* & habent franchitiam pro capite, ſed non pro induſtria, vt Regia Cammera *apud de Marin. arreſt.* 433. & 616. Requiritur tamen, vt milites pedeſtres ſint parati cum archibuſio, & enſe: equeſtres cum equo, & armis, aliàs

non gaudent dictis immunitatibus, de Marin.*arreſt*.454.Conſil.Roce. *de offic. rubr*. 10. *nu*.77. & ſub hac conditione expediuntur prouiſiones à Regia Camera,*ex pragm*.2.§.8.*& pragm*.6.§.10. *de milit*.quod eſt conforme iuri cõmuni, *l. fin*. §.*fin.ff.de muner ib. & honorib. l*.3.§.*is qui, ff eod.l*.2.*C. de muner ib.patrim.lib*.10.Maſtrill.*dec*.173. & nullum, vt diximus, obtinent à Regia Curia ſtipendium, niſi quando actualiter inſeruiunt, vel aſſiſtunt pro cuſtodia,ob timorem incurſionis hoſtium, vel ex aliqua cauſa incedunt cum vexillis, & eorum Capitaneo,*ex dict.pragm*.2.§.6. *& pragm*.6.§.6.*eodem titulo*.

Alij ſunt milites equeſtres grauis armaturæ,vulgò *huomini d'arme*.& iſti ſunt excepti ab oneribus perſonalibus, gabellis pro eorum vſu, & familię, ac à functionibus fiſcalibus ordinarijs,& extraordinarijs,& ſi numerentur,oſtẽſa fide aſſenti,debent deduci,vt Regia Camera *apud de Marin.arreſt*.83.*&*84. Secus tamen,ſi ſunt aſſentati poſt Numerationem completam, & taxatam, idem de Marin.*arreſt*.415. Conſ.Rocc. *loc.cit.nu*.61. Nec etiam vidua militis grauis armaturæ, & familia,gaudent poſt eius mortem,de Marin.*arreſt*.658. Nec etiam dicti milites gaudent exẽptione onerum realium: quia tenentur ſoluere bonatenentiam, iuxta cataſtũ, & onera,contracta ante aſſentum,facta priùs diſcuſſione contra primos poſſeſſores pro bonis, quæ poſſident in territorio alicuius loci:quia ab his nemo excuſatur, vt diximus ex Gannauer.& alijs, *& de Marin. dict. arreſt*.83. ſic etiam tenentur contribuere in expenſis, quæ publicam vtilitatem concernunt, vt diximus, *ſupra*; & denique,ſi conducant territoria Eccleſiæ, vel alterius priuati, aut aliam faciant induſtriam,tenentur ſoluere, vt cæteri ciues, pro dictis territorijs, & induſtria, idem Roce.*loc.cit.nu*.75. de Marin. *arreſt*.616.*&* 669.Quomodo autem taxetur franchitia in gabellis dictis militibus? vide de Marin.*in dict.arreſt*.669.

44 Alij ſunt milites equeſtres nu.300. qui vulgò dicuntur *Straticotæ*, & iſti gaudent fori priuilegio,exemptione in oneribus perſonalibus,in impoſitionibus extraordinarijs,in hoſpitando,aut contributione in expenſis pro hoſpitatione, tenentur tamen ſoluere iura fiſcalia ordinaria, ſiue exigantur per gabellas, ſiue per collectas, necnon bonatenentiam, & onera contracta, Regia Camera *apud de Marin. arreſt*. 659.Quod arreſtum, quia continebat aliquam ambiguitatem, fuit per eandem Regiam Cameram explicatum primo Iunij 1669. ad relationem Domini D.Antonij de Gaeta,tunc Præſidentis, ad præſens meritiſſimi Regentis,& Locuntenentis dictæ Regiæ Cameræ, omni virtutum genere exornatiſſimi, præuio reſcripto S.E. expedito ad inſtantiã Illuſtris Principis Squinzani,Capitanei dictæ militiæ,prout ex decreto tenoris ſequentis, vz. *Die* 1. *menſis Iunij* 1669. *Neapoli*. *Super memoriale,porrecto S.E. & in Reg.Collaterali Conſilio,per Illuſtrem Principem Squinzani,Capitaneum Militum Straticotæ,prætendentem immunitatem pro dictis eius militibus ſeruata forma decreti generalis, lati in anno* 1651. *quod non teneantur ad ſolutionem in terris, vbi ſunt ciues,prout ex actis. Viſis actis per dominum militem V. I. D. D.Antonium de Gaeta, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & Commiſſarium,facta per eundem de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera, coram alijs Dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cãmeram ipſam explicando decretum generale, latum per Regiam Cameram in anno* 1651.*communi conſenſu prouiſum,& decretum,quod milites Straticotæ, in loco,vbi ſunt ciues,teneantur ad ſolutionem iurium fiſcalium ad rationẽ carolenorum quadraginta duorum pro quolibet foculari,quotunq;modo, & forma per Vniuerſitates, ſiue per gabellas, ſiue aliter viuatur,& ad debita contracta; vbi verò ſunt exteri,non impedita ſolutione dictorum onerum ordinariorũ in propria patria, & debitorum contractorum pro bonis, per eos poſſeſſis,teneantur,vti bonatenentes tantùm,ab alijs verò impoſitionibus extraordinarijs ſeruen-*

uentur immunes,hoc ſuum;&c.

45 Alij ſunt milites,qui aſſiſtunt in aliquo Caſtro Ciuitatis demanialis, pro cuſtodia,vt ſunt milites Ciuitatis, Caſtri Brunduſij, Gallipolis, Licij, Aquilæ,&c. & iſti ſi habitent extrà Caſtrũ, & ſunt ciues numerati in eadem Ciuitate,ſunt ſolùm immunes muneribus perſonalibus,de Marin. *arreſt*.409. ſecus ſi ſunt exteri ciuitatis , de Marin. *arreſt*.571.600.612. Si verò ſunt milites Hiſpani ſtipendiati in Caſtro,ſecus eſt , vt diximus : quia iſti in omnibus ſunt immunes,& deducuntur à Numeratione,Conſ.Rocc. *loc.cit.num*.72. de Marin.*arreſt*.247.

46 Alij ſunt milites,qui dicuntur *Piazza morta* , & gaudent in omnibus , & deducuntur à Numeratione,de Marin. *arreſt*.513. Sic etiam ſunt Milites Hiſpani , vulgò *Intratteniti* pro ſeruitio Suæ Maieſtatis , de Marin. *arreſt*.673. Rocc.*vbi ſupra,nu*.74.Maſtrill. *dec*.105. *nu*.92.Caſtill.*dec*.173. *à nu*.77. Conſil. Patignan.*apud Rouit.loc.cit.nu*.27.

47 Alij ſunt milites Campaneæ , qui vel aſſiſtunt in Regijs Tribunalibus pro cultu iuſtitiæ , necnon comitantur Capitaneum, & Regium Delegatum pro perſequendis malèfactoribus , & bannitis, & iſti,ſi ſunt exteri, ſunt immunes à gabellis, ſecus ſi ciues , de Marin.*arreſt*.572.

48 Alij ſunt milites continui Regij Palatij,vt ſunt Germani ſpiculatores,qui aſſiſtunt pro cuſtodia,& ſeruitio Principis, & iſti gaudent omnium militum priuilegijs , & dicuntur domeſtici Aulæ Regiæ, *l.vnic. Cod. de Comitibus, & Archiatr.lib*.12. *& tot.tit. Cod.de priuileg.eorum,qui in Sacr. Palat. milit. eodem lib.l*.1.*Cod.de ſilentiar.eod.lib.* latè de Ponte *de poteſt.Proreg. tit.de abſentib*.§.7. Conſil.Patignan.*ad Rouit.in dict.pragm*.11. *num*.24. de Marin. *arreſt*.331.

49 Et denique alij ſunt milites veterani,& ſunt,qui,completis in bello vigenis ſtipendijs,honeſtam miſſionem ſunt conſequuti , *l*.9. *Cod.quand.prouoc.non eſt neceſſe,l*.2.*Cod.de ijs, qui complet.ſtipend. ſacrament. ſolut. lib*.10. *l.viginti*, *Cod.de re militari*, *lib*.12. *tot.tit.ff.de priuileg.veteranor. & C. de veteran.lib*. 12.& de his latè Iuſt.Lipſ. *de milit.Roman. lib*.1. *dial*.2. Franciſ. Polet. *in hiſtor. Roman. lib*.3.*in corollar. ad caput* 10.Claud.Coter. *de iure milit.lib*.1.*cap*. 24. 25. Petr. Gregor. *ſynthagmat. iur. lib*.19.*cap*.3. *nu*.22. Narbon. *de ætate ann*.50.*qu*.8. Patign.*vbi ſup.nu*.27. de Marin. *lib*.2. *quotid. cap*.135. & in Regno gaudent,vt alij milites priuilegiati, excepto priuilegio fori , Marcian. *conſ*.63.*lib*.2. Rouit.*in dict.pragmat*.de Marin.*loc.cit.& arreſt*.520.

Et hæc ſint dicta de militibus pro materia noſtra, & quidem augebat animus plura de hac materia ſcribere,ſed, ne videar plus , quàm par eſt,rem in lõgum protrahere, his paucis beneuolum lectorem acquieſcere; quàmmaximè exoro,&,ſi plura deſiderat,adeat Doctores,à me citatos .

§. II.

50 IN hoc §.agitur de alia perſona priuilegiata,de qua in noſtra rubrica, ſcilicet de patre onuſto duodecim liberis , legitimo matrimonio ſuſceptis , cui in præmium ſuſceptæ ſobolis,& ſubleuamen onerum,quæ ſubſtinet in alimentis, & educatione , ius noſtrum conceſſit priuilegium immunitatis ab oneribus perſonalibus , & gabellis , ad textum *in l. ſi quis Decurio* , *Cod.de Decurionib. lib*.10. Et licèt antiquitus fuerit inter Doctores controuerſia , an diſpoſitio illius *textus* tantùm procedat in Decurione , an verò in omnibus, & occaſio dubitandi reddit reſponſio Calliſtrat. *in l.ſemper*, §.*demonſtratur*, *ff.de iure immunit.* vbi

51 in cæteris priuatis ad hanc immunitatem obtinendam numerum ſexdecim liberorum requiri videtur, tamen in ſcholis,& in praxi præualuit opinio, indiſtinctè concedi hãc immunitatem patribus onuſtis duodecim liberis, vt Luc.de Penna,& Reg.Conſtant. *in d.l. ſi quis Decurio*, & Bart. *in l.neque tempore* , *Cod.de munerib. patrimonior.* Burat.*conſ*.161. *num*.1. Menoch. *conſ*.486.

Ee 2 The-

Theſaur.*dec.*267. Franch. *dec.*269. vbi Addentes, Trentacinq.*lib.*1.*variar.tit. de iure immunit. nu.*2. Paſchal. *de patr. poteſt.par.*4. *cap.*4. *num.*10. vbi Pratus, Tondut. *lib.*2.*reſolut. iur.ciuil. cap.*26. Andreol. *controu.*283. Reg.Moles *dec. Regiæ Cameræ tit.de immunit.* §.7.*q.*1. Reuert.*dec.*113. & 261.Sanfel.*dec.*391. *nu.*6. Præſes Gannauer. *dec. Regiæ Cameræ* 41. qui latè diſputat articulum, & reſpondet ad textum *in dict. §. demonſtratum*, & pluties Reg.Cam.*apud de Marin.arreſt.*75.99.100.159.& 160. ita vt ſit infirmitas intellectus ad præſens de hoc dubitare; Et quæ ſint immunitates, quibus gaudet pater onuſtus, vide decretum Regiæ Cameræ

51 *apud de Marin. arreſt.* 96. Ampliatur primò, vt hæc immunitas cōprehendat non ſolùm bona, poſſeſſa ante expeditionem priuilegij, ſed etiam poſtea quæſita, Menoch. *conſ.*486. Oſaſc. *dec.* 1636.*nu.*1.Theſaur.*dec.*267. Addentes *ad Franc.dict.dec.*259.

Ampliatur 2. vt etiam habeat locū immunitas, mortuo patre, relictis filijs, & vxore vidua, vnitè viuentibus, etiam ſi ſit vxor ex ſecundo matrimonio, Reg.Mol.*loc.cit.qu.*8. Theſaur.Franch. & Sanfelic.*loc.cit.* Ricc.*collect.*1707.de Marin. *in additionib. ad Reuerter. dec.* 113.*nu.*2.& *arreſt.Regiæ Cameræ* 350.

53 Ampliatur tertiò in vidua, ſi, mortuo eius viro, relinquat vndecim filios, & ipſam prægnantem: quia, partu completo, poteſt obtinere priuilegium patris onuſti, vt R.Camera *apud de Marin.arreſt.*480. Sed mihi videtur magna deciſio, & forſan vnuſquiſque diceret contrarium: quia ante expeditionem priuilegij pater non gaudet, nec eius filij, ſi, antequam iter arripiat, ſaltem non procuret expeditionem, vt infra; ſed poteſt ſaluari, ſi patre viuente, vxore prægnante de proximo paritura, ſit præſentata inſtantia de obtinenda immunitate; vel ſi ſequatur opinio, quod filius, in ventre exiſtens proſit patri ad obtinendam immunitatem, quam tenent Turret.*conſ.*99.*nu.*60.*lib.* 1. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. part.*1. *cap.*2.*gloſ.*4.*nu.*88.Paſchal.*de patria poteſt.part.*4.*cap.*4.*num.*14.

54 Ampliatur quartò in patre, habente vndecim filios, & nepotem ex filio, prædefuncto ſub eius poteſtate: quia filiorum appellatione veniunt nepotes, præcipuè quando militat eadem ratio, Theſaur.*loc.cit.*de Marin.*dict.ar-*

55 *reſt.*75. Immo, ſi pater habeat filiū, & vndecim nepotes ex alio filio, in eius poteſtate, poterit hoc priuilegium obtinere: quia in hoc caſu nepotes conſiderantur in capita, & non in ſtirpes, Sanſelic.& Gannauer. *vbi ſupra*, Thor. *in compend. dec.par.*3. *verb.immunitas*, Trentacinqu. & Reg. Conſtant. *vt ſupra,nu.*31.Marott. *lib.*1. *diſcept.cap.*21. Reu.de Luca *ad Franch.dec.*259.& ſic eſt deciſum per Regiam Cameram *apud de Marin.arreſt.*136.159.& 634. quicquid in contrarium teneat Moles *loc.cit.q.*6. & additio.ad Theſaur. *vbi ſupra*; immo idem Moles *eodem loco qu.*7. refert deciſum à Regia Camera in anno 1542. contra eius opinionem.

56 Ampliatur quintò, vt ſufficiat patri habere duodecim filios, licèt aliquæ filiæ ſint nuptæ, habitantes ſeorſim, & aliqui filij emancipati, aut monachi, Roland.*conſ.*52. Theſaur.*dict.dec.nu.*5. Conſtant. *nu.*3. Mol. *dict.tit.qu.*3.Marant.*conſ.*8.*nu.*21.Paſchal.*vbi ſupra,nu.* 11.Andreol.*controu.*283.*n.*4. Reuerter. *dec.* 261. vbi addentes, & *arreſt.*150. Franc.*dec.*532.

57 Ampliatur ſextò in patre, habente filios, legitimatos per ſubſequens matrimonium, aut per reſcriptum Principis, Decian.*conſ.*124.*lib.*4. Theſaur.*loc. cit.nu.*7.Gannauer.*nu.*46.de Pont.*conſ.* 16.*lib.*1. Conſtant.*in dict.l.ſi quis Decurio,nu.*30.de Marin.*arreſt.Regiæ Cameræ* 889. 625.

58 Ampliatur ſeptimò, ſi habeat filios, legitimatos per ingreſſum Religionis, de Pont. *dict. conſ.*16.& 17. Addit. *ad Theſaur.in dict.dec.*267.*nu.*10. Paſchal. *vbi ſupra,nu.*17.Ricc.*collect.*1707.

59 Ampliatur vltimò, vt etiam pater retineat hoc priuilegium, mortuis filijs: quia, ceſſante cauſa, non ceſſat effectus, quando eſt conſummatus, & obtinuit exequutionem, Roland.& Theſaur.

ſaur.loc.cit.nu.8. Tiraquell.in tract.ceſſante cauſa, limitat.4. nu.10. Menoch. conſ.486. nu.24. Laudenſ. in tract.de Fiſc.qu.198. Surd.dec.123. Paſchal.nu. 18.vbi Pratus,Conſtant.in dict.l.ſi quis Decurio,nu.21.Moles dict.tit.qu.4. Reuerter. loc.cit. Sanfelic. dict.dec.nu.16;

60 Immo, ſi poſt petitam expeditionem priuilegij, ſed adhuc non obtentam, vnus, vel plures filij moriantur, non debet denegari dicta expeditio, vt ſæpius decreuit Regia Camera: Ratio eſt, quia lex dat priuilegium, & non Iudex,cum conditione,ſi petatur,Reg. Mol. loc.cit.nu.3. de Marin.in dict.dec. nu.3.& arreſt.597.598.Adde,quod ſat eſt,ſi pater ſtatim duodecimo filio nato, iter arripiat ad obtinendum priuilegium præuia proteſtatione, non obſtante morte aliquorum filiorum interim ſequuta,Moles loc.cit.nu.9. de Marin.arreſt.232.308.561. licèt ſecus ſit, ſi non ſit petita expeditio, aut ſaltem iter arreptus,vt Moles, & alij ſupra adducti, Thor. in compend. dec. par.2. verb.priuilegium immunitatis, de iure conceſſum.

61 An verò hæc immunitas communicetur fratribus patris onuſti viuentibus vnitè? Affirmatiuè tenent Marſil. ſingul.280.Menoch. conſ.486. Surd.deciſ.123. Paſchal. vbi ſupra,nu.21.Petra ad Grammatic dec.54.nu.4. ſed contra tenent Theſaur.loc.cit.nu.11. & videndi ſunt Moles loc.cit. Conſtant.in dict. l.ſi quis Decurio, Thor.in compend.dec. verbo immunitate,par.2.quia extingui-

62 tur mortuis parentibus, licèt ſecus,ſi vnitè viuunt cum matre vidua,etiam ſi adſint filij alterius matrimonij, antea nati, Regia Camera apud de Marin.arreſt.666.vt infra.

63 Limitatur primò concluſio, vt non habeat locum, ſi pater habeat filios naturales, Gloſſa in l.3. Cod.de his,qui numer.liber.ſe.excuſ.lib.10.Cott.in memoriali verb. Baſtard. Paſchal. vbi ſupra nu.15. Idem in adoptiuis, Theſaur. loc.cit.nu.12.

64 Limitatur ſecundò, etiam ſi habeat filios foriudicatos, pro mortuis enim habentur,Scial.de foriudicat. cap.15.

65 Limitatur tertiò in patre, habente vndecim filios, & vxorem prægnantē: quia hoc caſu non habetur pro nato, ex textu in l.2.§.1.ff.de excuſat.munerum: quia requiritur pro forma exiſtentia filiorum, Conſtant. vbi ſupra, nu.26.Menoch.loc.cit.nu.8. Trentacinqu. reſolut.1. declarat. 2. Hodierna ad Surd.dec.123.nu.8. Andreol. dict.contr. nu.3.contra opinionem Turret.& aliorum, vbi ſupra. Quid in nato ex partu octimeſtri, & pater iter arripiat, vel præſentet inſtātiam? Hic caſus eſt difficilis, & gaudere, licèt filius moriatur, diximus ſupra ex arreſt.232. 308. 561.597.& 598. & tenet Borel. conſ. 28.de Marin.ad Reuerter.dict. dec.113. Paſchal.nu.20.Andreol.nu.6.

66 Limitatur quartò, vt hæc immunitas extinguatur mortuis parentibus, Boſſ. in prax. tit. de Principe, num.155. Theſaur.loc.cit.nu.11. Hodiern. vbi ſupra, nu.3. Theſaur.iun. lib.1.forenſ.cap. 90.nu.7. Trentacinqu. declarat.3. quià hæc immunitas eſt perſonalis, tantùm parentibus conceſſa, Doctores, vbi ſupra,& hanc opinionem ſequuta eſt Regia Camera apud de Marin. arreſt.53. 700.& licèt in Numeratione ſit deductum foculare patris onuſti, viuentibus parentibus, tamen, illis mortuis, cedit in beneficium vniuerſitatis, vti foculare acquiſitum, de Marin.arreſt. 279.

Limitatur quintò,vt non gaudeant
67 filij mortuo patre,ſi ſeparatè à matre, vel nouerca viuunt,Paſchal.vbi ſupra, nu.21.de Marin.ad Reuert. dict.dec.n.2. Requiritur enim,mortuo patre,vt mater lectum viduale ſeruet, & vnitè viuat cum filijs, & priuignis: quia,ceſſante vnione, ceſſat priuilegium, de Marin.arreſt.196.666.quod ſublimitatur, ſi cauſa commoditatis habitauerint contiguam domum propter incapacitatem,nulla exiſtente ſeparatione, vt diximus ſupra, in rubrica de vnitè viuentibus, Regia Camera apud de Marin. arreſt.438. & ex hoc colligitur, quod in Regno noſtro præualuit opinio, vt hæc immunitas conſeruetur à matre viua,mortuo patre,contra Surd. dict.

*dict.dec.*123. & Menoch. *dict.conſ.*486. vt ſæpius Regia Camera *arreſt. citat. & arreſt.*700.

68 Limitatur ſextò, vt pater onuſtus non gaudeat in bonis proprijs, vel emptis à ciuibus, pro debitis,contractis ante expeditionem priuilegij, *l. ſemper*, §.*hoc circa*, *ff.de iure immunit.* Nouar.*lib.1.forenſ. qu.*75. *nu.*6. Bellon. iun. *conſ.* 69. *nu.*30. Riccius *ad Franc. dict.dec.*259.Tondut.*lib.2. qu.ciuil.cap.* 26.*nu.*8.Reuert.*dec.*438.vbi de Marin. *& arreſt.*96.132.138.465.

69 Limitatur ſeptimò,vt pater onuſtus non ſit immunis à muneribus realibus,à quibus nemo excuſatur, *l.neque tempore*, *Cod.de munerib.patrimon. lib.* 10.*l.reſcripto*,§.*quæ munera*,*ff.de munerib.& honorib.* l.2.§.*numerus*, & §.*quæ patrimonium*,*ff.de vacat.muner.*Doctores *vbi ſupra*, Riminald. iun. *conſ.*10. *nu.*13.*volum.*1.Alexand.*conſ.*68.*nu.*13. *volum.*2.Bald. *conſ.*312. *nu.*4. *volum.*3. ſic eſt in Regno collecta, quæ dicitur bonatenentia,Gannauer.*dec.*39. *nu.*25. *& dec.*41. *nu.*30. quæ eſt onus ordinarium, impoſitum pro ſoluendis functionibus fiſcalibus ordinarijs in rebus deſcriptis in extimo, Luc.de Penna, *in l.fin.*. *Cod. de exactionibus tribut.lib.* 10.Reg.Moles *tit. de immunit.fund.fiſc.* §.2.*qu.*4. *nu.*21. Io:Campagn. *in capit. Regn. porrecta*,*nu.*67. Merlin.*lib.1.controu.cap.*2. Marott.*de bonaten. cap.*5. & nos alibi,Deo dante. Idem dicendum eſt in expenſis vniuerſitatis pro vtilitate publica, vt diximus *ſupra in* §.1. *de Neapolitanis*, ſcilicet reparatione viarum,& ſimilibus, *l.final.* §.*patrimoniorum*, *ff.de munerib. & honorib.* Paſchal.*loc.cit.*Peregrin.*conſ.*102. *lib.*1.de Marin. *ad Reuerter. dec.*27. Gannauer. *dict.dec.*41.*nu.*35. Moles *vbi ſupra*,*q.*9. Sanfelic.*dict.dec.*391.*nu.*11.vbi agit de Regio donatiuo, & Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*96.288.310.376. 398. quicquid diſtinguant Theſaur. & addens *in dict.deciſione*, quia hoc iure vtimur in Regno ex tit. Codicis *de quibus muneribus*, *& præſtationib. nemin.lic.ſe excuſ.lib.*10. & reſpectu oneris cuſtodiæ in ciuitate, aut marinis, ob timorem inimicorum, quod decidit Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*696.

70 Limitatur octauò, ſi pater onuſtus ſit mercator, licèt enim ſi non poſſideat bona, poſſit exercere mercaturã pro alimentanda familia, tamen ſi induſtria excedat propriam indigentiã, aut bona poſſideat, quæ ſufficiant pro alimentanda familia,tunc tenetur ſoluere gabellam mercantiæ pro exceſſu congruæ, Rutin. *conſ.*127.*num.*10.*vol.*4. Tondut.*lib.1.reſolut.ciuil.par.2.cap.*26. Trentacinq.*loc.cit.reſolut.*1. *num.*2.de Marin.*arreſt.*564. 598. 494. 599. 620. Secus eſt pro ſimplici induſtria, aut ſi extrahat fructus propiorum bonorũ, de Marin.*dict.arreſt.*620.564.

71 Limitatur vltimò, ſi uniuerſitas ſit ſatis pauper, & pater onuſtus diues, Theſaur.*dict. dec.*267. *nu.*9. Conſtant. *in dict.l.ſi quis Decurio*,*à nu.*43.Nicol. *in collect.decret. Regiæ Cameræ impreſſ. in ſua praxi*, *verb.immunitas duodecim liberorum*, à qua diſcedit Sanfelic. *loc. cit. nu.*22. ſed tamen mihi videtur ſequenda prima opinio, & in dubio pro paupertate reſpondendum, & eam ſequitur Paſchal.*loc.cit.nu.*24.*&* 26.*par.* 4.*cap.*4.

§. III.

72 Perſonæ, de quibus hactenus diximus, quia ſunt immunes à ſolutione functionum fiſcalium, ideo ſunt deducendæ, ſi numerentur, aut aggregentur in libro Numerationis,& vniuerſitatibus, excipientibus pro deductione, debet Regius Numerator dare terminum competentẽ pro exhibitione priuilegij, expediti à Regia Camera,ad finem videndi,ſcilicet, an ſit priuilegiatus, Neapolitanus, ortus, an oriũdus in Ciuitate, aut Caſalibus, an ſit ciuis allectus vigore Regię Pragmaticæ,quia reſpectu ciuis allecti, vltra priuilegium requiritur exhibitio prouiſionum Regiæ Cameræ, aſſenſus Præſidentis Commiſſarij,vxor Neapolitana, poſſeſſio domus propriæ in Ciuitate, habitatio pro maiori parte anni;

ni ; reſpectu patris onuſti exhibitio priuilegij, & prouiſionum Regiæ Cameræ, reſpectu militis grauis armaturæ fides aſſenti, & alia fides Scribæ portionis, militem eſſe clarum in aſſento,& de his omnibus reſpectiuè eſt facienda clara,breuis, & diſtinta nota in margine focularis, cum die datl priuilegij,& in qua Banca;& reſpectu militis, cuius ſit equeſtris comitatus,vulgò,*di qual compagnia*, vt ex nouiſſimis Inſtructionibus,*hoc tit.cap*.15.

73 Vnde pro deductione focularis ciuis Neapolitani, vt diximus, debet exhiberi priuilegium orti,vel oriundi, ſiue allecti ad hoc vt deducatur,vt ex antiquis Inſtructionibus Regiæ Cameræ, & nouiſſimis,*hoc tit.nu*.1.

74 Sed an ſufficiat oriundo Neapolitano exhibitio tantùm priuilegij paterni? Reſpondetur negatiue:quia requiritur priuilegium, expeditum ab eadē Regia Camera in propria perſona, vti oriundo, vt fuit deciſum in Regia Camera 3.Auguſti 1663. ad petitionem Domini Franciſci Raitani ; nec ſufficit, quendam eſſe notorium Neapolitanum: quia requiritur pro forma expeditio priuilegij, vt ex Inſtructionibus antiquis, & modernis, & decreto Regiæ Cameræ 11.Ianuarij 1664.in reſponſione interrogationis Magnifici Ioſeph Morcone, Regij Numeratoris.

75 Limitatur in nobilibus platearum dictæ Ciuitatis: quia iſti deducuntur, oſtenſa fide Sedilis,in quo gaudent, vt diximus *ſupra*,& reſcripſit Regia Camera 13. Auguſti 1663. & 7. Nouembris eiuſdem anni, Magnifico Marco Picarello, Regio Numeratori,*vt in libro Notamentorum*, ex rationibus,in principio adductis.

76 Limitatur ſecundò ſi prætēdatur deductio focularis ex ciuilitate,contracta domicilio decennali: quia conſtito per fidem plateæ, etiam per complatearios,& alia legitima documenta,deducitur, & ita Regia Camera deduxit in gradu reclamationis plura focularia, numerata anno 1662. ex hac decennali habitatione, & domicilio.

77 Neapolitanus per priuilegiū Pragmaticæ, quia ſcilicet duxit vxorem Neapolitanam,& habet domum,ſi fuerit numeratus oſtiatim in aliquo loco, ibique habitet, non deducitur: quia ceſſat cauſa priuilegij, quæ eſt habitatio,vt diximus *ſupra*, & habetur ex Inſtructionibus anni 1591.*cap*.57. & in nouiſſimis *hoc tit.nu*.3. ſi verò habitet in Ciuitate,vel caſalibus, oſtenſo priuilegio,& prouiſionibus,de quibus *ſupra* reſpectiuè,debet deduci,argumento à contrario ſenſu, ex dictis Inſtructionibus.

78 Neapolitanus per priuilegium Electorum Ciuitatis, ex antiqua obſeruātia Regiæ Cameræ,non deducitur,niſi, vltra priuilegium, adſit incolatus per decennium in ciuitate Neapolitana, in qua debet reperiri tempore Numerationis, & tunc deducitur à loco,in quo eſt aggregatus: Ratio eſt,quia priuilegium Electorum non dat immunitatem in collectis ; & dicta concluſio probatur ex Inſtructionibus anni 1591. & nouiſſimis *num*.4. de Marin. *arreſt*. 499.à quo etiam determinatur,quod ciuis alicuius Terræ,ſi habitauerit per decennium Neapoli, vel in Caſalibus, debet deduci,vt diximus *ſupra*.

79 Pro deductione focularis Neapolitani,non ſufficiunt prouiſiones Regiæ Cameræ,ordinantes immunitatem alicui,vti ciui Neapolitano,niſi exhibeatur priuilegium,vt decreuit Regia Camera in cauſa Terræ Montis Leonis, Prouinciæ Principatus vltra, in qua fuit numeratus Michael Mata, naturalis Regni Valentię,Capitaneus Terreſtris militiæ Hiſpanæ,qui habitabat in dicta Terra cum vxore, & ſolùm exhibuit prouiſiones, & non priuilegium Neapolitani, & fuit Reſponſum die 7.Nouembr.1663.Magnifico Ioanni Canale, Regio Numeratori, quod, exhibito priuilegio,deducatur. Sed an hic eſſet deducendus,vti miles Hiſpanus, diximus *ſupra*.

80 Sed quæritur,an Neapolitanus,producens priuilegium poſt determinatam,& clauſam Numerationem,in qua remanſit foculare, debeat deduci,ſaltem in gradu reclamationis? Reſpondetur

detur affirmatiuè, vt Regia Camera in cauſa vniuerſitatis Pomiliani Atellæ, & vniuerſitatis Fractę paruæ ad relationem Rationalis Siculi 8. Auguſti 1601. *vt in lib. Notamentorum*.

81 Quid dicendum de alijs priuilegiatis Regni, vt ſunt ciues Maratex, Mãfredoniæ, Brunduſij, &c. Reſpondetur, non eſſe deducendos à Numeratione: quia priuilegia dictarum vniuerſitatũ, præter Neapolitanam, non comprehendunt caſum Numerationis focularis, vt decreuit Regia Camera ad petitionem Domini Octauij de Palma, Regij Numeratoris 29. Aprilis 1662. & de priuilegiatis ciuitatis Brunduſij

82 adeptis ciuilitatem, vide Regiam Cameram *apud de Marin. arreſt.* 450. & circa materiam, vnde ipſis conceſſa, vide Thor. *lib.* 1. *vot.* 54. & an debeant dare cautionem de ſoluendo poſt tempus, vide textum *in l. vniuerſa, Cod. de precib. Imper. offerendis*. Et ex eadem

83 ratione excluduntur priuilegiati *M*õtis Virginis, vt, ex mente *R*egiæ Cameræ, reſpondit peririſſimus, & in hac materia verſatiſſimus, dominus Ioſeph Stantionus, meritiſſimus eiuſdem *R*egiæ Cameræ Præſidens breuioris Togæ, in quadam conſultatione exhibita dictæ *R*egiæ Cameræ. Et hæc reſpectu priuilegiatorum, ex priuilegijs, & gratijs Ciuitatis Neapolitanæ; nunc venit agendum de *M*ilitibus.

84 Si ſit numeratus miles grauis armaturæ, vel alius immunis ab impoſitionibus fiſcalibus, & hic miles ſit deſcriptus in militia ante Numerationẽ vniuerſitatum, & Baronum, factam in anno 1658. eſt deducendus, ſic etiam, ſi ſit aſſentatus poſt dictam Numerationem, ſed tamen non ſit numeratus, aut numeratus ſub foculare in ea; ſe-

85 cus eſt tamen, ſi ſit aſſentatus poſtquã in dicta Numeratione remanſit foculare: quia tunc in noua non eſt deducendus, licèt præſentet priuilegium, vel aſſentum; reſeruatur tamen facultas militi ſoluendi in pecuniam onera perſonalia, vt ex decreto Regiæ Cameræ 2. Septembr. 1579. & ex noſtris Inſtructionibus, *cap.* 15. *nu.* 5.

86 Sed hæc determinatio non debet intelligi, prout ſonat in cortice verborum, ſed eſt inſpicienda mens tanti

87 Tribunalis, vt ſcilicet intelligatur, quando quis efficitur miles poſt factã deſcriptionem oſtiariam, & liquidationem nouæ Numerationis, & non antecedentis: quia tunc non eſt deducendus, ſed debet expectari noua Numeratio; ſecus verò, ſi, antequam incipiat noua Numeratio, eſſet creatus miles, qui in antecedenti erat foculare, qui caſus parificatur cum eo, qui in antecedenti non erat foculare, & allatum exemplum de Numeratione anni 1658 non facit in caſu: quia iam dicta Numeratio habuit effectum ſuum, ex decreto prouiſionali Regiæ Cameræ à dicto anno, vſq; ad annum 1665. ſi ergo dicta Numeratio habuit effectum, quomodo milites, aſſentati poſt dictam, & ante aduentum nouæ adepti immunitatem, poſſunt eſſe focularia, quando nulla adeſt fraus, & certus numerus militum grauis armaturæ in Regno, in cuius defectu alius ſubrogatur? immo poteſt ſaluari, quod dicta Numeratio anni 1658. non fuit perfecta: verus itaque ſenſus eſt, vt qui poſt perfectã, & taxatam Numerationem, efficitur miles, non debeat deduci, nec gaudere vſque ad nouam Numerationem: ex eo quia vniuerſitas eſt grauata foculari, & quæſitum ius Fiſco, ſed tamen in noua, oſtenſo priuilegio, debet deduci, & noſter diſcurſus, ne authoritate careat, optimè deducitur ex decreto Regiæ Cameræ *apud de Marin. arreſt.* 415. cuius tenorem inſerere operæpretium duxi, videlicet: *Die* 2. *Septembris* 1579. *in cauſa, in Regia Camera Summariæ vertente, inter milites ciuitatis Brunduſij ex vna, cum dicta vniuerſitate, ſuper exemptione functionum fiſcalium, & aliarum impoſitionum, & alijs, vt ex actis. Viſis actis per excellentem militem Dominum Ioannem Dominicum Brancaleonem, Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, & præſentis cauſæ Commiſſarium, & facta per eundem relatione de prædictis in dicta Regia Camera, coram Illuſtriſſimo Domino*

mino Locuntenenti, & alijs excellentibus Dominis Præſidentibus, fuit per dictam Regiam Cameram conſenſu prouiſum, & decretum, prout præſenti decreto decernitur, & prouidetur, Quod milites, qui fuerunt creati milites ante Numerationem, & perſiſtunt in militia, etiam ſi ſint numerati, ſint immunes à ſolutionibus prædictis; & milites, qui fuerunt, & ſunt, milites poſt Numerationem, & non ſunt numerati, ſimiliter ſint exempti; verùm milites, qui ſunt effecti milites poſt Numerationem, & tamen reperiuntur priùs numerati, ſoluant, vt cæteri ciues; verùm in oneribus perſonalibus cōtribuant in pecunia tantùm, hoc ſuit, &c.

Item mihi videtur, ſi in noua Numeratione quis ſit numeratus ſub foculare patris, aut fratris maioris, &, pendente liquidatione, & reclamatione, efficiatur miles; & viuat ſeparatè, quod ſcilicet ſit deducendus, & gaudeat exemptionibus, ſic etiam ſi in antecedenti erat numeratus ſubſoculare.

88 Benè verum eſt, quod non eſt admittendus in militem is, qui ſuſtinet onus focularis, ex diſpoſitione Regiarū Pragmaticarum; &, ſi de facto efficiatur poſt completam Numerationem, & vniuerſitas ſuſtinet onus focularis, non debet gaudere exemptione, vt ex pluribus decretis, & prouiſionibus Regiæ Cameræ, & Regij Collateralis Conſilij, licèt aliquando milites in hoc etiam caſu contrarias obtinuerint prouiſiones; ſed veritas eſt, quod non debent gaudere, vel ſaltem vniuerſitas debet alleuiari ab onere.

89 An filius militis, viuens vnitè ſub patria poteſtate, gaudeat exemptionibus paternis, &, ſi ſit numeratus ſub patre, ſit deducendus? Reſpondetur affirmatiuè: Ratio eſt, quia filiusfamilias gaudet omnibus immunitatibus, conceſſis eius patri, argumento *l.2. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & nos *alibi* diximus: & ſic reſpondit Regia Camera Domino Carolo Dies, Iudici Magnæ Curiæ, & Regio Numeratori, 23. Septemb. 1662. *vt in lib. Notamentorum.* Sed è contra pater, non priuilegiatus, non gaudet priuilegio filijfamilias priuilegiati, vt Regia Camera decreuit in ciue Neapolitano, cuius pater erat ciuis Cauenſis, *apud de Marinis arreſt.* 518.

90 Milites, aut bombarderij alicuius Fortelitij, vel Caſtri, ſiue habitent in Caſtro, ſiue extra, ſiue ſint ciues illius Loci, in quo eſt Caſtrum, non deducuntur, ſed remanent pro focularibus in eodem loco, Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 409. & 571. & ex noſtris Inſtructionibus *loc. cit. nu.* 6. Secus verò, ſi ſint exteri, idem de Marin. *arreſt.* 572. 600.

91 Milites nouæ militiæ non deducuntur: quia non ſunt immunes à functionibus fiſcalibus, nec etiam milites Straticotæ, ex eadem ratione, & noſtris Inſtructionibus, *num.* 7. 8. & Regia Camera *apud de Marin. dicto arreſt.* 616.

92 Equites Sancti Lazari, qui ſunt in Regno habitantes, aut ſimiles, qui ſūt originarij, non deducuntur: quia non gaudent exemptionibus, ex Inſtructionibus *nu.* 9. & de Marin. *arreſt.* 665. licèt ſecus ſit, quando ſunt verè religioſi, vt ſunt milites S. Ioannis Hieroſolymitani, & ſimiles, vt *ſupra*, *in rubrica de Presbyteris*, &c. & probat Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg.* 12. *nu.* 45. Ricc. *in praxi, tom.* 4. *reſolut.* 177. *nu.* 3. & alij, ibi adducti.

93 Miles grauis armaturæ, dictus *Piazza morta*, ſi eſt pauper, deducitur, ex decreto Regiæ Cameræ 1599. *apud de Marin. arreſt.* 513.

94 Officiales Regiæ Scribaniæ Portionis, Portulani, & alij Regij Officiales, ex cauſa ſuorum officiorum non deducuntur in eorum Terris, Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 454. & ex noſtris Inſtructionibus, *nu.* 11.

95 Sed, an idem ſit dicendum de militibus equeſtribus, dictis *archibugieri della gran guardia di S. E.* cum fide aſſenti, & prouiſionibus pro eorum immunitate? Reſpondetur, non eſſe deducendos, vt reſpondit Regia Camera 9. Auguſti 1663. ad petitionem Magnifici Marci Picarelli, Regij Numeratoris, *vt in lib. Notamentorum.* Sed ſecus

96 eſt in milite veterano, qui habet prouiſio-

uiſiones Regię Cameræ pro franchitia, qui debet deduci, vt diximus ſupra, & Regia Camera 9. Auguſti 1663. reſpondit Regio Numeratori Liotto.

97 Quid dicendum in militibus equeſtribus cohortis Excellentiſſimi Marchionis Terracuſij, & ſimilibus? Reſpõdetur, eſſe deducendos: quia iſti gaudent immunitate, vt Regia Camera 7. Nouembr. 1663. reſcripſit Regio Numeratori Ioanni Canale.

98 Et denique deducuntur milites Hiſpani, ſtipẽdiati in Regno pro ſeruitio Suæ Maieſtatis, quia gaudent exemptionibus, ſic Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 247. 663. & nos diximus *ſupra*.

99 Circa foculare patris onuſti, regula eſt, quod, ſi tempore Numerationis habeat priuilegium duodecim filiorũ (vel nepotum, vt diximus *ſupra*) debet deduci, licèt non omnes ſint ſub patria poteſtate, vt ex Inſtructionibus anni 1591. *cap.* 60. & ex noſtris *hoc tit. n.* 11. Idem eſt, ſi non omnes viuant tempore Numerationis, ex dictis Inſtructionibus, *nu.* 13.

Filij patris onuſti, ſiue vxorati, ſiue non, ſi viuant ſeorſim à patre cum vxore, & familia, nec ab ipſo recipiant alimenta, ſunt focularia diſtincta: quia hoc caſu filius non fruitur paterna immunitate, vt diximus *ſupra*, & habetur ex dictis Inſtructionibus *cap.* 62. & ex noſtris *nu.* 14. licèt ſecus ſit, ſi viuant ſub patria poteſtate, ſed habitẽt ſeorſum in domo proxima, cauſa maioris commoditatis, vt diximus *ſupra* ex arreſt. Regiæ Cameræ *apud de Marin.* 438.

100 Nec etiam debet deduci pater, qui habet vndecim filios, & vxorem prægnantem, vt diximus *ſupra*, & reſpondit Regia Camera magnifico Domino Raitano 3. Auguſti 1663.

101 Limita tamen, ſi tempore Numerationis, aut liquidationis, vel in gradu reclamationis, nato filio, non adhuc expedito priuilegio, pater doceat cõparuiſſe in Regia Camera pro expeditione priuilegij, aut iter arripuiſſe, vt diximus *ſupra*, ex arreſto 232. & 308. *apud de Marinis*, non obſtante, quod, iſto medio tempore, aliquis ex filijs ſit mortuus, vt diximus ex arreſt. 571. 597. & 598. *apud eundem*. Et hæc ſufficiant de patribus onuſtis.

102 Qui, ære alieno grauatus, obtinuit beneficium ceſſionis bonorum, non eſt deducendus, Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 527. & ex noſtris Inſtructionibus *num.* 15. Intellige, ta-

103 men, dummodo is non ſit ſexagenarius, aut pupillus, vel alio modo, ætate, aut ſexu, excuſatus, vel ſit nobilis, omnibus bonis, & induſtria, deſtitutus, qui nec etiam pro capite poteſt collectari, ex Inſtructionibus Petri Piccoli, de quibus in pragmat. 1. *de appretio bonor.* & Campagn. *in cap. Regn. porrecta*, & Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 57.

TITVLVS XVI.

De bannitis, foriudicatis, condennatis ad Triremes, vel ad bellum.

ARGVMENTVM.

Hic titulus continet perſonas, quæ, ſententiam paſſæ, ex aliquo ſpolio sũt aggregatæ, ob earũ abſentiam, tales ſunt banditi, foriudicati, condennati ad triremes, vel ad bellum, & agitur de earum qualitate, quomodo, & quando ſunt à Numeratione deducendæ, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus quis dicatur, & quomodo introductus?*
2 *Nomen* Bannitus *vnde dicatur?*
3 *Bannum requiritur ante ſententiam foriudicationis, & quomodo publicetur?*
4 *Nomen* bannum *eſt generale.*
5 *Bannitus, quomodo accipiatur in ordine ad Numerationem?*
6 *Sententia foriudicationis quomodo ferenda?*
7 *Banniti nomen, quomodo accipiatur in Regno?*

8 Ban-

8 *Bannitus, ſeu graſſator, non gaudet immunitate Eccleſiæ.*

9 *Differentia inter bannitum,& foriudicatum.*

10 *Bannitus habetur pro mortuo.*

11 *Sententia foriudicationis non poteſt ferri,niſi pro pœna mortis naturalis.*

12 *Sententia in criminalibus,quando poſſit ferri contra abſentem contumacem de iure cōmuni? quid de ſententia & confiſcationis bonorum? & quid de conſuetudine noſtri Regni,& Italiæ?*

13 *Sententia foriudicationis non poteſt ferri, niſi lapſo anno,quod limitatur.*

14 *Damnati ad triremes, qui ſint?*

15 *Pœna triremium grauis.*

16 *Pœna triremium cui pœnæ antiquæ aſſimiletur? & de pœna triremium ad tempus,vel ad vitam.*

17 *Pœna triremium tantùm irrogatur plebeis,ſed minimè nobilibus,vel nobiliter viuentibus.*

18 *Nobilis decapitatur,plebeus furcis ſuſpenditur.*

19 *Differentia inter nobiles, & ignobiles in pœna triremium non habet locum in ſtatu Eccleſiaſtico.*

20 *Pœna triremium temporalis in Regno non poteſt eſſe minor trium annorum.*

21 *Inquiſitus non poteſt condemnari ad inſeruiendum triremibus alterius Principis.*

22 *Condemnatus ad triremes,inhabilis debet habere mutationem pœnæ, ſcilicet relegationis.*

23 *Condemnatus ad triremes ad vitam, aſſimilatur damnato ad perpetuas carceres,iuxta ſtylum iuris Canonici.*

24 *Pœna carceris perpetui in Regno ſolet irrogari mulieribus, & æquiparatur morti naturali.*

25 *Damnatus ad triremes, an gaudeat immunitate? remiſſiuè.*

26 *Damnati ad triremes, cui Iudici ſubijciantur?*

27 *Pœna damnationis ad inſeruiendum in bello, in Regno aut eſt temporalis,aut perpetua.*

28 *Quæ regula ſit tenenda in aggregatione ex ſpolijs focularis banniti,foriudicati,damnati ad triremes,vel ad bellum?*

29 *Damnatus ad bellum,vel ad triremes, ſi ſit aggregatus ex ſpolio antecedentis Numerationis, cum exceptione abſentiæ pro dicta cauſa, ſi in noua aggregetur ſine productione ſententiæ condemnationis, aut aſſenti, an poſſit probari condemnatio per teſtes, aliaque documenta?*

30 *Reſoluitur affirmatiuè, ex decreto Regiæ Cameræ.*

31 *Damnati ad triremes ad tempus, ſi ſunt pauperes,deducuntur,etiam ſi habeant vxorem pauperem eum filijs minoribus; ſecus verò ſi poſſident redditum vltra vnciam.*

32 *Banniti, & foriudicati, non dependentes à foculari antiquo, nec bona poſſidentes,deducuntur; licet habeant vxorem, ſed pauperem, & filios minores annorum quatuordecim,aliàs ſecus.*

33 *Damnati ad bellum, non poſſidentes redditum vltra vnciam, deducuntur.*

34 *Quid dicendum de captis ab hoſtibus, pyratis infidelibus, aut hoſtibus Chriſtianis, cum quibus adeſt legitimum bellum?*

35 *Inſeruientes triremibus alterius Principis,vel in bello,quomodo,& quando debeant deduci à Numeratione?*

1 Contingit in Numeratione, ex libris Cataſti,antecedentis Numerationis,prothocollorum, aut alijs diligentijs,aggregari abſentes, abſentia neceſſaria,& culpoſa, ſententiam condemnationis paſſos ex delictis, & aliquando in contumaciam: tales ſunt banniti,foriudicati,condennati ad triremes,vel ad bellum,vt in tit. *tit. de pœnis,& de interdictis relegatorū*: ideò in hac rubrica Inſtructionum ponuntur,ad finem cognoſcendi, an debeant deduci à Numeratione ad fauorem vniuerſitatum, vel potiùs remanere pro focularibus.

2 Et ad euidentiam noſtræ rubricæ, pro cognitione terminorum,ſciendum eſt, quod hoc nomen *bannitus* deriuatur à *bāno*,quo punitur,ob aliquod delictum, & idem ſonat, ac *proſcriptus*, vt in titulo Codicis *de bon. proſcript.* &

Ff 2 poteſt

poteſt definiri, vt ſit perſona, quæ ob aliquod delictum capitale, in eius contumacia, præuio banno, paſſa eſt ſententiam capitalem, & confiſcationem bonorum, colligitur ex Nell. de Sanct. Geminiano *in tract. de bannitis, par. 1. tempor. 2.* Alberic. *de diction. verb. bannitus*. Et bannum veteribus Iureconſultis erat incognitum, ideo non reperitur in libris Digeſtorum, ſed tantùm in Codice, & libris Feudorum, vt in tit. *hic finitur lex*, §. 1. *& in tit. de ſtatut. & conſuetud. contr. libert. Eccleſiaſt.* §. *nos Fridericus*, & in iure Canonico, *in cap. final. qui matrimon. accuſar. poſſ. in cap. cum tua, de ſponſalib. & in cap. felicis, de pœn. in 6. & in conſtit. Regn. grandis vtilitas, conſtit. pœnam eorum, & in conſtit. foriudicat. bon. & in pragmat. tit. de foriudicatis*; & eſt vox barbara, deriuata ſecũdũ Gaill *de pac. public. lib. 2. cap. 1.* à *banneria*, vel à *banner*, quod eſt verbum Vãdalicum, & idem ſonat, ac *vexillum*, ſignum militare, vt Alberic. & Nell. *loc. cit.* aut à *tuba*, quæ, barbaro ſermone, dicitur *bannum*, Alciat. *lib. 2. Parergon.* Cuiac. *in præfationib. ad librum feudorũ*, & Germano idiomate deriuatur ab *Auon*, quod ſignificat *interdictum*, ideſt extra Principis protectionem; ita vt poſſit impunè offendi; vt practicatur in Regno in foriudicatis, Afflict. *d. ct. conſtit. pœnam eorum, nu.*
3 11. quia, antequam quis foriudicetur, publicatur priùs per bannum, Curia pro Tribunali ſedente in iudicio, deinde in platea, & locis principalibus Ciuitatis, Afflict. *in conſtit. grandis vtilitas, nu. 18.* Nouar. *de grauaminibus vaſſallorum, lib. 1. grauam. 9. nu. 13.* Foller. *in praxi criminali, rubric. banniantur*, de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. 1.* §. *3. nu. 18.* Scial. *in prax. foriudicat. cap. 9. nu. 8.* licèt in Magna Curia ſufficiat publicari, Curia pro Tribunali ſedente, Scial. *loco citato*, & ſententia pro banno dicitur interloquutoria, Marant. *in ſpecul. rubric. & demum fertur ſententia, nu. 3.* Catal. *de indult. cap. 13. à n. 65.* Scial. *vbi ſupra, nu. 3.* & nouiſſimè Conſil. Petra *rit. M. C. 270. nu. 7.* vbi latè.
4 Bannum verò, acceptum in lata ſignificatione, eſt quodlibet proclama, ſeu denunciatio, quæ fit ordine Superioris, habentis iuriſdictionem, quo aliquod præcipitur, ſiue prohibetur, aut per modum legis condendæ, ſi ſit Supremus Princeps, aut præcepti temporalis, ſi ſit inferior Iudex, vt ſunt banna prætoria, aut pro ſubhaſtationibus, pro ſuſcipiendis ordinibus, aut matrimonio, vt Doctores citati.
5 Sciendum eſt, quod in noſtra rubrica bannitus non accipitur prout eſt in fieri, & in ordine ad ſententiam foriu-
6 dicationis, prout eſt in Regno, in quo inquiſitus ex delicto, importante pœnam mortis naturalis, priùs efficitur contumax, cũ citatione ad informandum, & ad capitula, & accuſatis legitimè contumacijs, & fit bannum, & eius bona annotantur, *ex conſtitution. grandis vtilitas*, Afflict. *in dict. conſtit. pœnam eorum, nu. 10.* & inquiſitus eijcitur à protectione Ciuitatis, Caball. *reſolut. Criminal. caſ. 181. num. 9.* Foller. *loc. cit. n. 1.* Carrhar. *de exequut. ſentent. cap. 1. nu. 151.* deinde, tranſacto anni circulo (vel breuiori tempore, ſecundùm qualitatem delicti) profertur ſententia diffinitiua foriudicationis, licèt aliter practicetur de iure communi, Scial. *vbi ſupra*: quia contumax condemnatur, & bannitur per diffinitiuam, Farinac. *in praxi criminal. tit. de inquiſit. q. 11. à nu. 92.* Natt. *conſ. 542. nu. 4. lib. 3.* Peregrin. *de iure Fiſci, lib. 5. tit. 1. n. 196.* & in Regno terminus currit à die banni, *vt in dict. conſtit. pœnam eorum*, Ricc. *collect. 1401.* Scial. *dict. tract. cap. 10.* & ſententia foriudicationis, ſine banno, eſt nulla, vt Doctores *in dict. conſtit. pœnam eorum*, Scial. *dict. cap. 9. nu. 3.* & formulam huius banni vide apud Foller. *loc. cit. nu. 4.* & Scial. *vbi ſupra*, Nouar. *de grauamin. vaſallor. tom. 3. grauam. 9. nu. 29.* ſed tamen hoc modo bãnitus ante ſententiam foriudicationis non habetur pro mortuo; Campag. *in cap. ſiue quis, nu. 29.* Baiard. *ad Clar. in praxi criminal.* §. *final. qu. 96. num. 2.* Amendol. *ad Franc. dec. 102. num. 22.* Sed bannitus accipitur in hac rubrica, prout eſt in facto eſſe, & quidem de iure

iure communi,prout eſt condemnatus in contumacia,qui amittit in loco bānientis ea,quæ ſunt Iuris Gentium , & Ciuilis, ſi à Rege, vel Imperatore, vel alio Principe abſoluto, banniatur , & condemnetur propter crimen enorme, puta læſæ Maieſtatis,humanæ, vel Diuinæ,Imol. *crimin*.87. *nu*.24.*tom*.1.Berous *conſ*.54.*num*.6. *lib*.2. Sicard.*in l*.2. *nu*.17. *Cod.de hæred. inſtituend*.Peregr. *de iure Fiſci*,*lib*.3.*tit*.2.Farinac.*in prax. criminal.qu*.102.*nu*.1. vnde amittit teſtamenti factionem actiuam,& paſſiuā, Farinac.*vbi ſupra*, Boſſ.*in tit.bannitus, quid amittat, nu*.13. *&* *in tit.de bonor. publicat. nu*.67.Tatheus Piſon.*lib*.1.*variar.cap*.4.*nu*.5.Nell.*de bannit. par*.1.2. *tempor.qu*.53.Scial.*de foriudicat.cap*.15. & talis eſt in Regno noſtro foriudicatus,qui idem eſt,ac de iure Regni bannitus,Scialoia *vbi ſupra*;Sed proptiè in

7 Regno, nunc vocamus Bannitum, qui in comitiua armatus incedit, graſſando,homicidia,rapinas, & alia facinora comittendo, & aliter dicitur *graſſator* publicarum viarum, qui eſt foriudicato , & quolibet crimino ſo,improbtior, de quo agitur in pragmaticis Regni *in tit.de perſequēd.malefactoribus*,*&* *in tit.de exulibus*; & adeſt integer tractatus Ioan.Grand.*de bell.exulum*, & dicitur hoſtis publicus , & extra omnem

8 protectionem, etiam Eccleſiaſticæ immunitatis, ex bulla Gregorij XIV. Et

9 quia eſt differentia in Regno inter bānitum,& foriudicatum , *ex pragm*.1.2. 3.*de exulib*.& Scial.*de foriudicatis* , *cap*. 15.*nu*.3. meritò in hac rubrica ponuntur,vt diuerſi, licèt aliquando confundantur,& quidem foriudicatus non eſt nomenclatura iuris cōmunis , ſed Regni noſtri,*ex dict.conſtit pœnam eorum*, Ioan.Grand. *de bell.exulum*,*prædicam. qualit.qu*.2.*nu*.2. Scial.*in d.tract.cap*.1. Maſtrill. *de indulto*,*cap*. 43. & dicitur, quaſi foris iudicatus , ideſt ab omni aditu Iudicis : quia contumaci omnis denegatur audientia , & nemo pro eo poteſt loqui, vt in *dict.conſtit*. vbi An-

10 dreas,& Afflictus,*n*.42.vel quia propter aliquod delictum dicitur mortuus, & ſic extra mundum, Danz.*de pugna* *Doctorum*,*tom*.3. *tit.de var. crimin. cognition.cap*.4. Ioann.Marc.Campan. *de foriudic.reſolut*.13. quia ad mortem na-

11 turalem dicitur condemnatus : non enim poteſt ferri ſententia foriudicationis, niſi pro eo delicto,pro quo venit imponenda pœna mortis naturalis, Reg.Tap.*dec*.40. Gizzarel. *dec*.13. Capiblanc.*ſingul*.46.Prat.*reſpenſ.crimin*.1. *nu*.7.Campan.*loc.cit.nu*.2.Conſil.Rocc. *de offic. tit. de modo procedendi in cauſ. contrahandor*.§.14.*nu*.107.

12 Et licèt de iure communi non poſſit ferri ſententia contra abſentem , niſi quando pœna non excedit relegationem,*l.abſentem*, *ff.de pœnis*, *l.abſentem*, *Cod. de excuſationibus* , *l*.2. *ff. de requirendis reis*,Caball.*reſolut.criminal.cap*. 181.Carthar.*de exequut.ſentent. par*.1. *nu*.9. Tamen de generali conſuetudine totius Regni, immo Italiæ,proceditur cōtra contumacem ad dictam pœnam vſque ad mortem incluſiuè,Alberic.*in l.penult.§.at crimen*, *nu*.23.*ff.de publicis iudicijs*,Iul.Clar.*in prax.criminal.q*.44.Caball.&Cartharius*citati*,Farinac.*in prax.criminal.q*.11.*nu*.3.Guazzin.*ad defenſam reorum defenſ*.10.*cap*.2. *nu*.33. & Regnicolæ *in dict. conſtit.pœnam eorum*,Ioan. Grand. *in dict. tract. prædicament.quantit.qu*.1.*n*.6.Campan. *in dict.reſol*.13. necnon ad confiſcationem bonorum ad beneficium Regij Fiſci,*ex conſtit. Regn.foriudicatorum bona*;ſi tamen foriudicatus non habeat aſcendentes, aut deſcendētes, Carrer. *in praxi criminal.verſic.ſeptimus caſus*, *nu*.74.Sanfelic.*dec*.393. latè Scial. *in praxi foriudicat.cap*.16. Danz.*loc.cit*.Et quos effectus pareat ſententia foriudicationis ? vide Doctores *in dictis conſtitutionibus*,Scial.*cap*.15.*&* 18.*&* *in conſtit. pœnam eorum*,*&* *in cap*.1.*Regn*. 210.224.vbi Interpretes , *&* *in pragm. tit.de exulibus*,*&* *de receptat.delinquentium* .

13 Et quod diximus *ſupra* , quod non poſſit ferri ſententia foriudicationis, niſi elapſo anno , limitatur in aliquibus caſibus,vt in noſtris pragmaticis, & conſtitutionibus ; immo Princeps poteſt in atrocioribus delictis termi-

num

num abbreuiare, Franc.*dec.213.nu.25.* de Pont.*de poteſt.Proreg. tit.1.§.4.à nu.* 26.Maſtrill. *de indult. cap.30.nu.*4. Rouit. *in rubric. pragmat. de ſententia foriudicationis,nu.*6.Cizzarell, *dec.17.nu.* 15. & hæc ſint ſatis pro intelligentia materiæ,ſi quis plura deſiderat, adeat Doctores citatos.

14 Damnati ad Triremes ſunt,qui pro delicto ſententiam paſſi ſunt,vt regijs triremibus inſeruiant ad remigandũ, *cap.Reg. item prædicti*, vbi laté Campagn.*pragm.1. de condemnat.pro delict.* dixi *ad remigandum*, quia antiquitus in Regno delinquens condemnabatur ad nobiliter inſeruiendum triremibus, & tantùm aſſiſtebat, Reg.Tap. *in conſtit.Regni,non ſine grandi*,quod receſſit ab aula,*ex pragmat.*10.*de condemnatis*, Capiblanc.*in pragm.7.de Baronib. nu.3.* Rouit. *in pragm.1.de pœnis, nu.13.* Verum tamen eſt, quod multi conſtituũt differentiam inter ſententiam condẽnationis ad triremes,& condemnationis ad remigandum: quia condemnatus primo modo poteſt ſeruire per ſubſtitutum, ſecundo minimè, Caualcan. *de brachio Regio, fragment. 66.* licèt nullam eſſe differentiam aſſerat in contrarium Guazzin. *ad defenſam reorum,defenſ.33.cap.4.nu.9.*

15 Pœna damnationis ad triremes,ſecundùm aliquos, grauior eſt, quàm pœna mortis naturalis, quia ob miſerias, damnati dicuntur millies mori, Iodoc. *in praxi crimin. cap.251. num.4.* Guazin. *dict.cap.4.* Cuiac. *lib.5.ſententiar. Pauli,tit.25.* Brouidenſ. *lib.2.miſcellanear. cap.30.* Lancellot. Conrad. *de offic. Prætor. cap. de contumacib. & bannitis,à nu.13.* Langl. *lib.5.otio ſemeſtr.cap.5.*

Hinc Crauet. *conſ.18. nu.18.* monet Iudices, vt ſe abſtineant ab hac condemnatione,quando aliam poſſunt im-

16 ponere;& ſiue ſit condemnatio perpetua, ſiue temporalis,æquiparatur pœnæ damnationis ad metallum, vt tenent Capyc.*dec.153.nu.3.*Grammatic. *dec.37.nu.24.*Carrer. *in praxi criminal. de homicid. §.circa quartum,& vltimũ, nu.8.9.* Dies *in prax. canon. tit. de corporal. rubric.335*; ſed alij tenent æquiparari deportationi, vt Peregrin.*de iure Fiſci,lib.3.tit.4.n.7.*Simon de Petr. *de interpetrat. vltimar.volunt.lib.2.interpetr.2.lib.1.reſol.1. nu.7.* vide Capiblanc.*de Baronib. loc.cit.* Et hanc pœnam eſſe capitalem, tenent Farinac. *de delict.& pœn.qu.111.nu.14.* Iul.Clar. *in praxi criminal. §.finali,qu.67.num.1.* Mart.*de ſucceſſ.legal.punct.3. qu.14.art.* 2. Hodiern.*in l.hac edictali, q.14.& 15.* Mihi tamen magis probatur ſententia,diſtinguens, vt ſi ſit perpetuò condemnatus ad triremes, pœna dicatur capitalis, ſimilis deportationi, Burat. *conſ.141.nu.10.volum.2.* Franc.*dec.140. nu.8.* ſi ad tempus,dicatur corporalis, ſimilis relegationi, Capiblanc.*in dict. pragm.7. à nu.7.* inde damnatus primo modo,eſt inteſtabilis, & amittit ea, quæ ſunt iuris ciuilis,Doctores *vbi ſupra*,Reg.de Marin.*lib.1.quotid. cap.332. num.4.*

17 Pœna damnationis ad triremes in Regno, irrogatur tantùm plebeis,non verò nobilibus, aut nobiliter viuentibus,ex *l.capitalium, §.non omnes,ff.de pœnis*, Franc.*dec.569.* Giurb.*de ſucceſſ. feudor.prælud.3.n.13.&14.*Conſil.Prat. *reſp.crimin.21. num.14*: quia nobilis, ſi eſſet damnandus ad triremes, relega-

18 tur,aut deportatur: itẽ nobilis decapitatur,plebeus fureis ſuſpẽditur, Franc. *loc.cit.*vbi Addentes, Prat.*dict.reſponſ. 21.& 22.*Capiblanc,*ſingular. 122.*licèt aliquando nobilis in Regno ob enorme delictum,& valde infamans,ſit punitus pœna ignobilium, teſte Sanfelic. *dec.56.nu.18.*Capyc.Latr. *dec.182.*præcipuè conſulto Proregè, de Pont. *dec. 24.& de poteſt.Proreg.tit.de diuerſ.prouiſionib.ſier.ſolit.* §.2. Reuerendus de

19 Luca *ad Franc. dec.569.* ſed differentia inter nobiles, & ignobiles, non obſeruatur in ſtatu Eccleſiaſtico, reſpectu damnationis ad triremes,& vbi viget ius commune, Caualcan. *de brach.Reg.par.4.nu.59.* Guazzin. *ad defenſ.reor.defenſ.33.cap.4.qu.10.*

20 Condemnatio ad triremes, vt dictum eſt *ſupra*, poteſt eſſe temporalis, & minor ſpatio trium annorum, *ex pragm.*

pragm.3.de condemnat.pro delict. Immo poteſt eſſe ad terminos nauigationum, vt puta trium; & condemnatus non poteſt cogi vltra triennium inſeruire, licèt vnica tantùm contingerit nauigatio, Rouit. *in dict. pragmatic.* Gizzarell. *dep.64.*

21 Nota tamen, quod Iudex non poteſt condemnare inquiſitum ad inſeruiendum triremibus alterius Principis, Capiblanc. *pragm.7. de Baronib.* Guazzin. *vbi ſupra, nu.9.* & ſi condemnatus
22 eſt inhabilis ad inſeruiendum, puta quia minor, infirmus, aut ſenes, tunc debet pœna commutari in relegationem, Campagn. *in capit. Regn.82.* Guazzin. *vbi ſupra*, & condemnatus ad tempus, tranſacto tempore, debet ſtatim licentiari: quia ipſo iure dicitur liberatus, ex doctrin. Baldi *in capit. ex literis, de conſtit.* Dec. *conſ.61.* Surd. *deciſ.244.* Boer. *dec.217.nu.4.* Capiblanc. *loc. cit. nu.16.*

23 Et condemnatus ad triremes in perpetuum aſſimilatur damnato ad perpetuas carceres; & licèt de iure ciuili condemnatio ad perpetuas carceres non teneat, quia inducit perpetuam ſeruitutem, *l.2. ff. de liber. homin. exhibēdo, l. Titio centum, §.2. ff. de condit. & demonſtrat.* Menoch. *de arbitrar. lib.1. qu. 86.* Secus eſt de conſuetudine, & de iure Canonico, *capit. nouimus, de ſententent. excommunic. cap. antiqua, de hæredit. cap. quanuis, de pœn. in 6.* Menoch. *vbi ſupra*, Fariuac. *de delict. & pœn. qu.*
24 *19. nu.31.* & in Regno ſeruatur in mulieribus, quæ detinentur in Magna Curia in camera pœnitentiæ, & hæc pœna etiam dicitur capitalis, Ruin. *conſ.188. lib.5.* Bart. *in l.2. nu.9. ff. de publie. Iudic.* Farinac. *vbi ſupra, num.4.* & æquiparatur morti naturali, Merlin. *lib.1. controu. cap.52. nu.11.* Sed an con-
25 demnatus ad triremes, ſi ad Eccleſiam confugiat, gaudeat immunitate? vide de Marin. *lib.1. quotid. cap.177.* Sanfelic. *dec.271. lib.2.*

29 Condemnati ad triremes in Regno ſunt ſubiecti Generali Triremium, qui habet Tribunale diſtinctum, erectum ordine immortalis memoriæ Regis Filippi II. Reg. Conſtant. *in tit. Cod. de claſſic. nu.85. & 86.* de Marin. *ad Reuert. dec.81.* Sanfelic. *dec.419. nu.17.* Conſil. Roec. *de offic. tit. de offic. Præfect. claſſ. rubrica 16.*

27 In Regno ſolet etiam quis condemnari ad inſeruiendum in bello ad tempus, aut in perpetuum, & hæc condemnatio eſt minùs ignominioſa, & quandoque condemnatus reuertitur maximo cum honore: quia ſtrenuè ſe geſſit in bello, & fideliter ſuo Principi inſeruiuit; vel etiam ab bellum quis voluntariè proficiſcitur, ſumpto ſtipendio vſque ad certum tempus: meritò in hac eadem rubrica ponitur talis perſona, cùm poſſit ex ſpolijs ſcripturarũ aggregari in Numeratione, vt diximus de alijs.

§. I.

28 SI in Numeratione aggregentur, ex ſpolijs, banniti, foriudicati, damnati ad Triremes, vel ad bellum, & vniuerſitas prætendit deductionem, allegando abſentiam, & condemnationem, tunc Regius Numerator diligenter inquirere debet, ſi condemnati habeant liberos, fratres, patruos, aut nepotes, & ſi aliàs ſint numerati, & poſſident bona in Cataſto, & vniuerſitas tenetur præſentare copiam foriudicationis, aut ſententiæ condemnationis, aut per alia documenta docere, numeratum eſſe foriudicatum, & reſpectu damnati ad triremes producere debet ſententiam, & fidem Officij Maritimi, ſic reſpectu damnati ad bellum fidem aſſenti, perficiendam per Scribam Portionis, & copiam ſententiæ, & omnia debent adnotari in margine focularis, & ſi vniuerſitas non habet in promptu hæc legitima documenta, eſt impertiendus cõpetens terminus, vt colligitur ex noſtris Inſtructionibus *cap.16. in principio.*

29 Sed dubium eſt, an, ſi quis in antecedenti Numeratione ſit aggregatus, & deſcriptus, vti abſens ad bellum, vel ad triremes, à longo tempore, ſcilicet viginti, vel triginta annorum, & eodem

eodem modo in noua ſit aggregatus à Regio Numeratore numero diſtincto,& vniuerſitas propoſuit grauamen, ſed tamen ob temporis diuturnitatẽ, non inuenerit fidem aſſenti,& copiam ſententiæ,vel alia documenta,& ignoretur vita illius, an poſſit hoc per teſtes probari? Reſpondetur affirmatiuè: quia non debet denegari hæc probatio, quæ etiam dicitur legitimum documentum, præcipuè, quia vniuerſitas habet fumum veritatis ex antecedenti deſcriptione, & abeſt omnis ſuſpicio fraudis: parem enim vim habent ſcriptura, & teſtes, *l.contractus, C.de fide inſtrumentorũ*;Sic in hoc caſu determinauit Regia Camera 1.Martij 1664. ad interrogationem Magnifici Horatij Apicella,Regij Numeratoris.

31 Damnati ad Triremes ad tempus,ſi ſunt pauperes, deducuntur, ſecus ſi poſſident bona redditus vltra vnciam, ex decreto Regiæ Cameræ 26. Aprilis 1563. *apud de Marin. arreſt.*277. Sic etiam ſi habeant vxorem pauperem, & filios minores annorum 14. vt ex noſtris Inſtructionibus, *num.*1. ſi veró poſſident vltra vnciam,non eximuntur à ſolutione focularis, & collectarum, licèt abſentes, Horat.*lib.*2.*foreſ.*

32 Banniti,aut foriudicati, ſi numerantur ſoli, nec dependent à foculari antiquo,nec bona poſſident,deducuntur, & meritò in noſtris Inſtructionibus præcipitur,vt ſi habeant vxorem,filios, fratres, aut nepotes, non numeratos, ætatis, excedentis annos 14.quia tunc aggreganṫur;ſecus,ſi filius ſit impubes ſine bonis,vt colligitur ex Inſtructionibus Regiæ Cameræ ann.1591.*cap.*98.& ex noſtris,*nu.*2.

33 Damnati ad bellum, ſi ſunt pauperes, & habent redditum minus vncia, debent deduci, ſecus è contra, vt ex noſtris Inſtructionibus,*nu.*3.

34 Quid dicẽdum de captis ab hoſtibus, pyratis infidelibus, aut ab hoſtibus Chriſtianis, cum quibus adeſt legitimum bellum? Reſpondetur, quod, ſi nihil poſſident, ſunt deducendi; ſecus ſi habeant redditum vltra vnciam, vt reſpondit Regia Camera 1. Martij 1666. ad interrogationem Magnifici Thomæ Rano,Regij Numeratoris, in cauſa Ciuitatis Amanteæ Prouinciæ Calabriæ,in qua fuerunt diſtinctis numeris aggregati nonnulli ciues, capti à Sarracenis.

35 Et eodem modo deducuntur ſeruientes triremibus alterius Principis, vel in bello, v.g.in Triremibus Pontificijs, vel inclytæ Religionis S. Ioan. Hieroſolymitani,& hoc caſu,ſi vniuerſitas non poteſt hoc probare per ſcripturas,poterit per teſtes, vt Regia Camera 21.Aprilis 1664.determinauit in cauſa Terræ Rutiliani,quæ numerabatur à Ioſepho Antonio Liotto, qui aggregauit Franciſcum antonium maximum, inſeruientem triremibus Sereniſſimæ Republicæ Venetiarum, relicta vxore, & vniuerſitas inſtabat pro deductione,ſed tamen ſcripturis carebat, & obtulit teſtibus hoc probare,& Regia Camera iniunxit, teſtes recipi, & de iuſtitia prouideri; quod aliás nõ feciſſet, ſi non habuiſſet pro vero, teſtes ſufficere: fruſtra enim expectatur exitus,qui nihil operatur, ad textum in *l.ad probationem, Cod.de probationibus*.

TITVLVS XVII.

De Domibus Vacuis.

ARGVMENTVM.

Breuiter in hac rubrica agitur de domibus vacuis,in Numeratione,& oſtiaria deſcriptis, intus Ciuitatem, quando fraudolenter deſeritur habitatio in damnum Regij Fiſci.

SVMMARIVM.

1 *Ponitur regula, quando reperitur domus vacua in oſtiaria,quomodo ſit deſcribenda,& de ſignis fraudis,& alijs.*

2 *Item regula in diſcuſſione domus vacuæ,quando habitatio eſt deſerta in fraudem,vel non,pro inſtructione Regij Numeratoris,& vniuerſitatis.*

1 In

1 IN oſtiaria Numerationum deſcribuntur numeris diſtinctis omnes domus, in Terra, aut Ciuitate, exiſtentes, tam habitatæ, quàm inhabitatæ, ſeu vacuæ, & hoc pro intereſſe Regij Fiſci: quia quandoque vniuerſitates, ad fraudandum foculare, procurant, habitantes aliò migrare, aut vnire perſonas, & domos vacuas relinquere; ideo ponitur hæc rubrica, et in noſtris Inſtructionibus datur norma Regio Numeratori inuigilandi, et fraudibus obeundi, vt oculari inſpectione recognoſcat, et deſcribat modum, et formam domus vacuæ, ſi ſcilicet in ea adſint ſupellectilia, aut alia ſigna, denotantia habitationem de proximo; ſi in focis adſint ſigna, fuiſſe de recenti accenſum ignem; ſi iuxta ipſam domũ adſint habitantes, quos ſuſpicatur domum reliquiſſe vacuam, et cum alijs ſe vniuiſſe; ſi adſit aliqua communicatio inter dictas domus vacuas cum domibus habitatis; deinde examinet Deputatos vniuerſitatis, aut alios, fide dignos, delato iuramento, cuius ſit illa domus, quis in ea habitauit, quanto tempore remanſit vacua; et ſi allegetur, habitantem fuiſſe mortuum, debet dare terminum vniuerſitati ad docendum de morte; item ſi adſint hæredes, aut bona dicti domini, aut habitãtis; item interroget, quis fuerit ſucceſſor, et poſſidet bona habitantis in cataſto; aliaſque prudens Numerator adhibeat diligentias pro euitandis fraudibus, et faciat breuem, et diſtinctam notam de omnibus adminiculis in margine numeri domus vacuæ, vt colligitur ex noſtris Inſtructionibus *cap.* 17.

In diſcuſſione focularis domus vacuæ, pro deciſione, an debeat deduci, an verò remanere pro foculari, hæc regula ſeruanda eſt: vt, ſi in dicta domo nõ reperiãtur ſupellectilia pro vſu familiæ, nec fuiſſe de recenti accenſum ignem, aut alia ſigna, ex quibus poſſit deduci fraus occultationis, quæ non præſumitur, tunc debent deduci; ſecus, ſi ex ijs, & alijs ſignis, conſtet de fraude occultationis, vt habetur ex Inſtrunib. anni 1591. *cap.* 87. & ex noſtris *cap* 17. *num.* 1.

2 Beneuerum eſt, quod Regius Numerator debet attentè omnia rimari pro exoneratione ſuę conſcientię: quia quandoque ſigna non neceſſariò concludunt fraudem, ſed præſumptiuè: poteſt enim quandoque contingere, quod ignis in domo vacua ſit caſualiter accenſus, vel ad modicum tempus, vel cauſa aliquem hoſpitandi, ſupellectilia fuiſſe relicta cauſa cuſtodiæ, vel commoditatis alicuius habitantis in proxima domo, iam numerati, vel ab alio, qui recenter receſſit; igitur vltra dicta adminicula, debent etiam concurrere alia, ſcilicet vnio perſonæ habitantis in domo proxima, quæ veriſimiliter non eſſet capax; ſi aliquis numeratus ſit datus pro abſente, & vniuerſitas non probauit, vel eſſet incognitus, aut mortuus; vnde non datur certa regula, ſed totum dependet à diligentijs, & doctrina Regij Numeratoris, qui tenetur ſtateram in manibus habere, ne aut Regius Fiſcus, aut Vniuerſitas grauentur.

TITVLVS XVIII.

De duplicatis, & æquiuocis.

ARGVMENTVM.

De perſonis duplicatis, vel æquiuocis, in præſenti agitur: quomodo probentur duplicati, aut æquiuoci, deſcripti in diuerſis numeris, ex mutatione nominis, aut cognominis, vel aliquo nomine ſuppoſititio, ita vt appareat vnum, & non duplex foculare.

SVMMARIVM.

1 *Inquiritur, quando foculare ſit duplicatum, aut æquiuocum, cum regula, à Numeratoribus ſeruanda.*

2 *Vniuerſitas, quomodo debeat excipere de duplicatione, & probare?*

3 *In dubio non præſumitur pluralitas, quando adeſt identitas nominis, & cognominis.*

Gg 4 Iden-

4 *Identitas focularis quomodo probetur?*
5 *Quomodo probetur identitas focularis, licèt ſit diuerſitas in cognomine, vel in alia circunſtantia?*
6 *Foculare duplicatum, quomodo iudicandum?*
7 *Duplicatio naſcitur ex aggregatione ſpoliorum.*
8 *Probata identitate, foculare debet deduci.*
9 *In foculare, & ſubfoculare, non habet locum duplicatio, nec etiam ſi in vno loco ſit ſolus numeratus, & in alio cum tota familia.*
10 *Incogniti quomodo numerandi, & iudicandi?*
11 *Aggregatus per ſpolium, ſi allegetur incognitus ab vniuerſitate, quomodo ſit iudicandus?*

1 IN numeratione alicuius Terræ, aut Ciuitatis, accidit, vt deſcribatur perſona, aut familia duplici numero, ſcilicet oſtiatim in vno, & etiam in alio oſtiatim, vel per ſpolium librorum: aut numerari in vno loco oſtiatim, & in alio per ſpolium, & in vtroque loco remaneat pro foculari, & in diſcuſſione vniuerſitas allegat exceptionem duplicitatis, & inſtat deduci ab vno numero foculare deſcriptum, vel deduci ab ipſa vniuerſitate, ex quo remanſit foculare in alia Terra; Quod eſt rationi conſentaneum: quia non debet Regius Fiſcus ex vna familia duplicatum exigere foculare, in damnum vniuerſitatum. Item ſolet euenire hæc duplicitas ex æquiuocatione eiuſdem familiæ, & focularis: quia aliqua perſona ſolet deſcribi in vno numero per nomina, & cognomina propria, in alio verò aggregari per ſpolium ſub diuerſo cognomine, aut nomine, ſcilicet cognomine familię paternę, aut impoſititiæ, & huiuſmodi, quod dicitur æquiuocum, licèt non in ſtricta phyloſophyca ſignificatione, ideo ponitur hæc rubrica in noſtris Inſtructionibus.

2 Ad cuius euidentiam notandum, quod, quando vniuerſitas excipit de duplicatione focularis deſcripti, debet Regius Numerator benè aduertere, & obuiam ire fraudibus, quæ fieri poſſunt in hac materia, & indemnitati vniuerſitatum conſulere: poteſt enim accidere duplicatio focularis, quando vnum, & idem foculare numeratur in vno loco oſtiatim, in alio aggregatur ex diligentijs per ſpolium Numerationis præcedentis, & aliarum ſcripturarum, vel quando numeratur oſtiatim in diuerſis eiuſdem Ciuitatis, vel Terræ locis, & numeris, maximè, quando numeratur ſpatioſa, & magna Ciuitas, vt Ciuitas Licij, Cōſentiæ, Aquilæ, &c. vt aliqua familia reperiatur habitare in vna regione in domo conducta, deinde, pendente deſcriptione oſtiaria, aliam conducat in diuerſa regione, adhuc non numerata, & illuc transferat ſuos lares cum familia, & Regius Numerator iterum diſtincto numero deſcribat; aut inueniat eandem familiam, habitantem extra Ciuitatem in ſuburbijs, aut diſtrictu, in quibus etiā extenditur oſtiaria: his enim, & ſimilibus caſibus non debet denegari terminus vniuerſitati ad probandam duplicitatem ex identitate focularis, & perſonatum, quæ probatur ex eodem nomine, cognomine, ætate, & alijs ſignis, Doctores *in l. demonſtratio falſa, ff. de condit. & demonſtrat.* Crauet. *conſ.* 160. *nu.* 14. *& conſ.* 198. Maſcard. *de probat. concluſ.* 503. *& concluſ.* 875. *volum.* 2. Gratian. *lib.* 3. *diſcept. cap.* 554. *nu.* 56. & licèt multi affirment ex idētitate nominis, & cognominis, non probari identitatem perſonæ: cùm poſſint dari plures eiuſdem nominis, & cognominis, hoc tamen debet intelli-
3 gi, quando pluralitas probaretur, non verò in dubio, quia non præſumitur, vt bené Gratian. *loc. cit. nu.* 58. & Rota
4 *part.* 13. *recent. deciſ.* 389. *à nu.* 6. Probatur igitur hæc identitas ex deſcriptione eiuſdem focularis, cum eiſdem perſonis, bonis, et ætate, vel alijs adminiculis, et duo ſufficiunt, ſcilicet nominis, cognominis, Patriæ, etc. vt Bart. *in dict. l. demonſtratio falſa*, Roland. *conſ.* 67. *nu.* 17. *lib.* 4. Decian. *conſ.* 12. *nu.* 2. *lib.* 2. Rota *par.* 4. *recent. dec.* 614. *à nu.* 20. *tom.* 3. *par.* 4. *dec.* 214. *par.* 10. *dec.* 8. *part.* 17. *dec.*

17.*dec*.171.*nu*.1.et ideo, in facti contingentia, attentè debet procedi à circũſpecto Iudice, ne vniuerſitas grauetur, aut Fiſcus.

5 Et eodem modo poteſt probari duplicitas, etiam ſi adſit aliquando diuerſitas in cognomine; vt contigit in aliquibus locis, in quibus aliqui habent cognomen impoſititium, vel cognominantur de familia materna, et reperitur diuerſo modo deſcriptus in oſtiaria, et diuerſo ex ſpolijs librorum numero aggregati, et pluries mihi contingit de hoc caſu diſputare in Regia Camera in gradu reclamationis in anno 1673. in cauſa Ciuitatis Neritoni, et in diuerſis focularibus obtinui deductionem, vt videre eſt apud acta penes ſucceſſorem Rationalis Antonij de Fatio, in hac rubrica.

6 In definitione focularis, quod aſſeritur duplicatum, hæc regula ſeruanda eſt, vt, ſi ſit duplicatum in oſtiaria, non deducatur: quia illa numeratio certior eſt, ex eo quod fit ex oculari inſpectione Regij Numeratoris: Si verò dupli-

7 catio naſcitur ex aggregatione, quæ ortum habet ex in formatione, aut ſpolijs, tunc, ſi duplicatus concordat nomine, & cognomine, debet deduci, vti duplicatus ex Inſtruction. anni 1591.*à nu*.7. & noniſſimis *nu*.1.

8 Verum tamen eſt, quod, ſi, vt diximus, ſecluſa fraude, probetur contrarium, in primo caſu identitas focularis debet deduci: quia præſumptio cedit veritati, vt probat Bart. *in l.ſi cũ dotem*, *§. tranſgrediamur*, *ff.ſolut.matrim*.& in terminis noſtris Theodor.*allegat*.95.*à nu*.15.

9 Si aliquis ſit numeratus in aliquo loco in capite, vti foculare, ibi debet remanere, licèt alibi ſit numeratus ſub foculare fratris, nec habet locum duplicatio, vt Regia Camera 3. April. 1576.*apud de Marin.arreſt*.387. & in noſtr. Inſtruct. *num*.2. Niſi tamen eſſet numeratus ſolus abſque familia, & per tranſennam inuentus fuerit habitare: quia tunc, vti aduentitius, debet vniri, & deduci ab hoc numero, vt diximus *in rubrica de vnitè viuentibus*, & hæc ſufficiant pro materia focularis duplicati, & æquiuoci.

10 Quid dicendum de incognitis, qui aggregantur in Numeratione ex ſpolijs Prothocollorum, in quibus interuenerunt, vti teſtes, libris gabellæ, aut hoſpitalis, tabernę, &c. & ſunt perſonæ exteræ, incognitæ à Deputatis, & vniuerſitate, taliter, vt de eis nulla poſſit haberi notitia, nec reddi ratio? Reſpondetur, quod in hoc caſu adeſt decretum Regiæ Cameræ 21. Octobris 1601. in cauſa vniuerſitatis Theani, ſcilicet, quod de focularibus, aggregatis per ſcripturas, & datis per vniuerſitatem pro incognitis, ipſa debet rationem reddere, exceptis mulieribus, vt in libro Notamentorum dicti anni.

11 Sed quid dicendum, ſi vniuerſitas ignoret, vbi degant perſonæ aggregatæ? Reſpondetur, quod hoc caſu ſunt inſpiciendæ qualitates perſonarum, quæ ſunt aggregatæ: ſi nanque ſit numeroſa Ciuitas, per quam tranſeant exteri, ignoti, & peregrini, aut locus commercij, in quo ſæpius nundinæ celebrantur, & accedant exteri ignoti cauſa emendi, aut vendendi, res, pro quibus ſoluitur dohana, aut alia gabella, & deſcribuntur in libris dohanæ, vel gabellæ, &c. vt ſit impoſſibile moraliter de ijs habere notitiam, & rationem reddere, tunc, in his, et ſimilibus caſibus, Iudex debet diſcretè gerere, nec debet poſcere rigoroſam notitiam, ſed, conſideratis circunſtantijs, debet quieſcere iuramento Deputatorum, et aliorum teſtium, vt in terminis ſcripſit Scip. Theodor. inſignis Aduocatus, deinde Reg. Conſil. ad fauorem Ciuitatis Conſentiæ, contra Reg. Fiſcum, *allegat*.95. Si verò Regius Numerator agnoſcat, quod de foculari poſſit de facili haberi certitudo, tunc de eo debet vniuerſitas reddere rationem: quia Fiſcus habet intentionem fundatam, quod quilibet deſcriptus in loco, vel inuentus, præſumitur illius loci, Bart. *in l.1.nu.21.ff. ad municipalem*, Salicet. *in l.exemplo*, *Cod.de probat*. Alciat. *de præſumpt.reg.2. præſumpt*.15. Theodor. *loc.cit.nu*.12.

TITVLVS XIX.

De mortuis, ſeu extinctis.

ARGVMENTVM.

In hac rubrica de mortuis, morte naturali, agitur, & de multiplici mortis acceptione in iure, ac de effectibus, & de mortuorum deductione in Numeratione.

SVMMARIVM.

1 *Mortuus eſt deducendus: quia eſt extra omnem iuriſdictionem.*
2 *Mortuus dicitur alterius fori.*
3 *Citatio ad ſententiam contra mortuum non tenet.*
4 *Amplia contra litis conſortes.*
5 *Limita quando Iudex mortem ignorabat, ſecundùm aliquos.*
6 *Mors omnia ſoluit.*
7 *Mortis diuiſio in temporalem, & æternam.*
8 *Mortis temporalis diuiſio.*
9 *Mortis corporalis diuiſio in naturalem, & ciuilem.*
10 *Mors naturalis dicitur propriè mors.*
11 *Mors ciuilis non venit appellatione mortis naturalis.*
12 *Quando valeat argumentum à morte naturali ad ciuilem?*
13 *Mors naturalis, cauſata à peccato, & ineuitabilis.*
14 *Mors naturalis dicitur malorum maximum, & vltimum terribilium.*
15 *Morte nihil incertius, & ideo vigilandum.*
16 *Mortis dies, quia incertus, importat conditionem.*
17 *Mors quotidie, & inſenſibiliter hominem aggreditur.*
18 *Qui benè viuit, benè moritur.*
19 *Diabolus, in morte, toto conatu hominem inſidiatur.*
20 *Mortuus inter perſonas miſerabiles connumeratur.*
21 *Mortuus, quia in termino, nõ habet facultatem merendi, aut demerendi.*
21 *Mortuus ſuffragia viuorum expectat in Purgatorio.*
23 *Qui mortuorum ſuffragia, & legatorum ſatisfactionem procraſtinat, peccat mortaliter, & poteſt excommunicari.*
24 *Qui retinet defuncti memoriam, amicus verus.*
25 *Mortuum ſepelire, magnum pietatis opus.*
26 *Pater an poſſit eligere ſepulturam pro filio infante? remiſſiuè.*
27 *Pater, ſi non eligat ſepulturam, filius debet tumulari in ſepulcro maiorum; & ſi non habeat, in Parochia.*
28 *An dicatur ſepulcrum maiorum, ſi puer habeat ex linea materna, & non paterna?*
29 *Auctor pro affirmatiua concludit, in caſu Ioannis Donati Lubelli, nobilis Lycienſis, filij Baronis Proſperi, qui in Ciuitate Neritoni habebat ſepulcrum maiorum ex linea materna nobilis familia de Chiodi.*
30 *Adducit allegationes in dicta cauſa in Epiſcopali Neritonen.*
31 *Pater poteſt filio impuberi, antequam moriatur, eligere ſepulturam.*
32 *Sepulcrum, aut eſt familiare, aut hæreditarium, & explicatur.*
33 *Sepulcrum maiorum dicitur etiam viuente patre, qui habet ius mortuum inferendi.*
34 *Maiores non ſolùm dicuntur aſcendentes ex parte patris, ſed etiam matris.*
35 *Mater conſeruat ius ſepulcri maiorum.*
36 *Vnitas ſepulturæ fundatur in vnitate dilectionis.*
37 *Filius magis dicitur vnus cum matre, quàm cum patre.*
38 *Quæ veniant appellatione expenſarum funeris?*
39 *Expenſæ funerum an præferātur omnibus creditoribus, etiam anterioribus, & expreſſam hypothecam habentibus? adducitur affirmatiua magis communis.*
40 *Ampliatur in veſtibus luctuoſis, & expenſis vltimæ infirmitatis.*
41 *Ampliatur in expenſis pro confectione teſtamenti, & inuentarij, & alijs.*
42 *Mors probatur per fidem Parochi.*
43 *Mors probatur duobus teſtibus de viſu.*
44 *Mors probatur ex pluribus enunciatiuis*

Digitized by Google

uis iſtrumentorum cum dictione quondam.
45 *Mors probatur, per publicam vocem, & famam, ſeptem teſtibus.*
46 *Mors probatur adminiculis.*
47 *Mors ſupplet omnes defectus perſonæ, & habet vim iuramenti.*
48 *Traditur regula diſcuſſionis focularis, quod allegatur mortuum, & quomodo probetur?*
49 *Mortuus ſi probetur, eſt deducendus.*
50 *Mortuus ante clauſam Numerationem licèt numeratus in oſtiaria, eſt deducendus, ex decreto Regiæ Cameræ.*

ACtum eſt in rubrica de condemnatis ad Triremes, &c. & alijs, qui dicuntur ciuiliter mortui: in hac rubrica agitur de mortuis naturaliter, qui in Numeratione ex ſpolio antecedentis, vel aliorum librorum, aggregantur, aut numerati oſtiatim, mortui ſunt, pendente liquidatione, aut excuſſione; ideo in noſtris Inſtructionibus ponitur hæc rubrica.

1 Et quidèm mortuus eſt à Numeratione expungendus: quia eſt extra omnem iuriſdictionem, nec debet pati iudicium temporale, vt Imperator *in l. nemo, Cod. de Epiſcop. audientia*: quia ſufficit iudicium æterni Dei, cui eſt reddidurus rationem de omnibus, quæ, dum vitali aura frueretur, humana cõuerſatione commiſit: iudicij infallibilis, & immutabilis, qui ſine exceptione perſonarum Hyeruſalem cum lanternis ſcrutatur, & iuſtitias iudicat.

2 Vnde infertur, quod mortuus dicitur effectus alterius fori, Epiſcop. Marant. *lib. 5. controuerſ. cap. 69. num.* 52. &
3 citatio, & ſententia contra mortuum, non tenet, *l. in ſumma, §. final. ff. de re iudic.* Vanz. *de nullitat. ex defectu iuriſdict. nu.* 106. Caren. *reſolut.* 87. *n.* 16. Franc. *deciſ.* 245. Andreol. *controu.* 30. *nu.* 5. Thor. *in compend. dec. verb. ſententia lata, par.* 1. Capyc. Latr. *conſult.* 113. *lib.* 2. *& dec.* 83. vbi addentes, Conſil. Petra *in ritu Magn. Cur. Vic.* 166. *n.* 97.

4 Quod ampliatur etiam reſpectu correi viuentis, Tomat. *deciſ. Maceratenſ.* 185. *nu.* 13. Quid in morti proximo? vide Gratian. *diſcept.* 711. *lib.* 4.

5 Limitant nonnulli, quando Iudex mortem ignorabat, Maſtrill. *dec.* 137. Gratian. *diſcept.* 18. *à nu.* 29. Rota *part.* 8. *recent. dec.* 210. *nu.* 16. *& par.* 10. *dec.* 181. *num.* 14. vide Rotam *par.* 14. *recent. deciſ.* 381.

6 Et denique mortuus, omnibus dicitur ſolutus, vt Imperator *in §. deinceps, auth. de nupt. & in §. ſimili modo, Inſtit. lib.* 1. *tit. quibus mod. tut. finit. capit. licitè,* 32. *qu.* 7. *capit. Dominus, capit. cùm ſecundùm Apoſtolum, de ſecundis nuptijs,* Fagnan. *in capit. à nobis, de ſent. excommunicat.* Sebaſtian. Medic. *in integro tract. mors omnia ſoluit.*

7 Mors primò diuiditur in temporalem, & æternam: Mors æterna eſt, cùm quis, iuſto Dei iudicio, damnatur in infernum, & in ignem æternum, *capit. faciat homo, capit. omne genus, capit. ſi quis,* 22. *q.* 1. vnde Dominus *apud Matthæum cap.* 10. 28. dixit: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam verò non poſſunt occidere; ſed potiùs timete eum, qui poteſt animam, & corpus perdere in gehennam,* & habetur *in capit. nolite timere,* 11. *qu.* 3. & ſic intelligitur illud Hymni Lauda Sion: *Mors eſt malis, vita bonis,* & Oratio Sanctæ Eccleſiæ; *Libera me, Domine, de morte æterna.*

8 Mors temporalis, & prout diſtinguitur ab æterna, alia eſt corporalis, alia ſpiritualis: Spiritualis quando quis priuatur vita ſpirituali, & ſic gratia Dei, & charitate, talis eſt peccator, & excommunicatus; & dicitur temporalis, quia homo viator poteſt reſurgere: In anima enim fundatur vita ſpiritualis, mediante gratia, qua ſi priuetur, dicitur mortua, vnde illud Auguſtini: *Multi mortuas animas in corpore viuo habent.*

9 Corporalis mors, alia eſt naturalis, alia ciuilis: mors Naturalis eſt, priuatio animæ à corpore, Ciuilis, quando quis priuatur à iure aliqua vitali operatione, non phyſicè, ſed moraliter, propria voluntate, aut coactè miniſterio legis, quæ operatio conſiſtit in fruitione, & commercio ciuium, actibus, de iure

Gen-

Digitized by Google

Gentium,& Ciuili,introductis,Doctores *in auth.ingreſſi*, *Cod.de Sacroſanct. Eccleſ.in l.Statius Florus*,§.*Cornelio Felici*,*ff.de iure Fiſci*, *in l.ex ea parte*,§.*in inſulam*,*ff.de verb.obligat. in l.ſi necem*, §.*ſi deportatus*,*ff.de bon.libertor.*Vulpiã. *in l.verum*, §. *ſocietas*,*ff.pro ſocio*, Canoniſtæ *in cap.vlt.de pœnit.diſtinct.vlt.* & iſti ſunt,vt diximus, banniti, foriudicati, ſerui, &c.

10 Sed mors naturalis dicitur propriè mors, vt Doctores *in dicto* §.*Cornelio Felici*,*&* *in dict.*§.*in inſulam*;nec vnquã
11 mors ciuilis venit appellatione naturalis, niſi in caſibus, à iure expreſſis, Doctores cum Gloſ.*in cap.ſuſceptum*, *de reſcriptis*,*in ſexto*, Mandoſ.*ſuper regul.Cancell.gloſ.*3. *nu.*17. Cyriac.*lib.*1. *controu.cap.*21.*nu.*91. Merlin. *lib.*1. *cap.* 52.*à nu.*17. Pater Afflict. Epiſcop. Cauenſ.*lib.*1. *controu. cap.*29. Rota *par.*2. *recent.dec.*543.*nu.*2.*&* *par.*14.*dec.*453.
12 *nu.* 3. & quando mors ciuilis naturali æquipararetur, & de vna ad alteram valeat argumentum? vide Doctores *in dict.iuribus*,*&* *in l.ex facto*,§.*ſi quis rogatus*,*ff.ad Trebell.* Surd.*conſ.*90.Trentacinqu. *de ſubſtitut.par.*2. *cap.*68. Fuſar.*eod.tract.qu.*430.*nu.*14. Rouit.*conſ.* 96. *lib.*2. vbi Addentes, Caſtill. *lib.*3. *controu.cap.*12.Olea *de ceſſ.iur.tit.*3.*qu.* 4.*à nu.*23.de Marin.*lib.*1. *quotid.c.*166. *&* *lib.*2.*cap.*253. Mart. *de ſucceſſ.legal. par.*3.*qu.*13.*art.*14.*&* *par.*4.*qu.*4.*art.*3. Caren. *reſolut.* 153. Hodiern. *in l.hac edictali*,*qu.*13. *Cod.de Sacroſanct.Eccleſiis*,Barbat.*de diuiſ.fruct. par.*2. *cap.*2.*à nu.*63.Peregrin. *de fideicommiſſ.art.*28. Cenall. *communium contra communem, qu.*193. Theſaur. *lib.*3.*forenſ.cap.* 36. Marcian.*conſ.*60.*lib.*1. Maſtrill. *dec.*65. Marant.*lib.*4.*controu.cap.*60.*nu.*25. Reuerend. de Luca *ad Franch. deciſ.*562. Eminentiſs. de Luca *de benef. diſcurſ.* 16. Rot. *par.*12.*recent. dec.*433. in quibus plures quæſtiones in hac materia reſolutas inuenies.

13 Et mors naturalis, parentibus protoplauſtis à Domino comminata *Geneſ.*2. in pœnam trãſgreſſionis,in ipſos, & in omnes homines pertranſiuit, *Geneſ.*3. Diu.Paul. *ad Roman. cap.*13.ibi: *Præterea,ſicuti per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit*, *&* *per peccatum mors*, *&* *ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt*,idem *ad Hebr.cap.*9. ideoque omnes communi, & ineuitabili decreto morimur, vt idem D.Paulus,& Regũ 2.*cap.*4. Cuiuſcunque ſimus conditionis,aut ætatis,quod in dies experimur; hinc Cornel.Gall.cecinit:

Omnibus eſt eadem via lethi, non tamen vnus
Eſt vita cunctis exitus, atque modus:
Hac pueri, atque ſenes,pariter iuueneſque feruntur:
Hac par diuitibus pauper egenus erit.

Et Ouidius:

Illa rapit iuuenes, ſuſtulit illa ſenes:
Quaque ruit, furibunda ruit, totunque per orbem
Fulminat, & cæcis, cæca triumphat equis.

Idem ad Liuium:

Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam:
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas;
Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis.

Et Euripid.*in Oreſt.act.*4.

Moriemur, non poſſum,non deplorare mala:
Omnibus enim venit miſeranda mortalibus.

Homer.*apud Clit.*

Et fatum effugit nemo,mihi crede,viuorum.

Et idem Hercul.cecinit:

Nec vis Herculea Parcam vitauit auaram,
Quanquam dijs charus fores, & Iouis inclyta proles.

Et Virgil.in obitu Mecenatis:

Illa rapit iuuenes, prima fluente iuuenta;
Non oblita rapit,ſed tamen illa ſenes.

Claudian. *in rapt.Proſerp.*

Sub tua purpurei veniunt veſtigia Reges,
Depoſito luxu, turba cum paupere miſti:
Omnia mors æquat.

Auſon.

Auſon.*epigram.*34.

Miramur, periiſſe homines, monumenta fatiſcunt:
Mors etiam ſanis, nominibuſq; venit.

Orat. *Od.*4.

Iam te premet nox, fabulæque manes,
Et domus exilij Plutonia, quo ſimul mearis.

Et *Od.*28.

Omnes vna manet nox, & calcanda ſemel via lethi.
Miſta ſenum, ac iuuenum denſantur funera, nullum
Sepat caput Proſerpina fugit,

Et *lib.*2. *Od.*3.

Omnes eodem cogimur omnium
Verſamur vrna ſeriùs, & ocyùs
Sorte exitura, & nos in æternum
Exilium impoſitura cymbæ.

Longum eſſet in re tam euidenti, profanos, & ſacros, adducere Scriptores; ſatis eſt noſſe, mortem eſſe maximum malum in pœnam peccati, vnde Ouid. 10. *Metamorph.*

14 *Eſt mala, ſed cunctis iſta via tenenda eſt.* Et Plato *lib.*29. *in Phæt.* ibi: *omnes mortem rerum ex maximis malis exiſtimare, & qui mortem appetunt, maiorum malorum metam ſubeunt*; hinc eius memoria valde amara, vt habetur *Eccleſ.cap.*41. ibi: *Homines enim, ſicut vmbra, cùm declinat, ablati ſunt, & excuſſi ſunt, ſicut locuſtæ*, & Pſalm. 108. ibi: *Auferetur enim ſpiritus, & deficient, & in puluerem ſubuertentur, hæreditabunt beſtias, ſerpentes, vermes: omnes in puluere dormient, & vermes operient eos, ſicut veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea*, & Iob. cap. 21. ibi: *quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur à tinea; Putredini dixi: Pater meus es: mater mea, & ſoror mea vermibus, &c.*

Quid enim fætidius humano cadauere, quid terribilius homine mortuo, cuius gratiſſimus erat amplexus in vita, moleſtus erit etiam aſpectus in morte: quid ergo proſunt diuitiæ? quid epulæ? quid delitiæ? Non liberabunt à morte, non defendent à verme, non eripient à fætore; qui modò ſedebat glorioſus in Trono, modò iacet deſpectus in tumulo; qui modò fulgebat ornatus in Aula, modò ſordet nudus in tumba: qui modò veſcebatur delitijs in cœnaculo, modò conſumitur à vermibus in ſepulcro: ſunt verba Innocent. 3. Pontif. *in libello de contemptu mundi, lib.*3. *cap.*1. Vnde meritò mors maximo mærore, & formidine, homines afficit, & ad noſtram inſtructionem Dominus, noſter Redemptor, ex memoria noſtra cæpit pauere, tædere, & mẹſtus eſſe; ſed non tam mortem for-
15 midandam, quàm eius diem incertum, quia poterit nos in peccato improuisè inuadere; hinc Dominus præcipit *apud Matthæum, cap.*13. ibi. *Videte, vigilate, & orate: neſcitis enim, quãdo tempus ſit; vigilate ergo, & orate, quia neſcitis diẽ, neq; horam, &c.* Vigilemus igitur, & excitemus non à ſomno peccati, &, dum tempus habemus, operemus bonum, iuxta monitum Apoſt. *6. ad Galat.* quia ſi ſecus, minatur Ioannes Apoſtolus Apocalipſ. *cap.* 10. his verbis: *Per viuẽtem in ſecula ſeculorum, quia tempus nõ erit ampliùs*, & Eccleſ. cap. 9. ibi: *Quandocunque facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia, erunt apud Inferos, quò tu properas; verti me ad aliud, & vidi ſub Sole, nec velocem eſſe curſum, nec fortius bellum, nec ſapientum panem, nec Doctorum diuitias, nec artificum gratiam, ſed tempus, caſunque in omnibus, neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces capiuntur hamo, ſicut aues laqueo comprehenduntur, ſic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplo ſuperuenerit, &c.* Hinc mortis cogitatio efficaciſſima eſt medicina euitandi peccata, *Eccleſ.*7. ibi: *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.*

16 Ex mortis incertitudine inferunt noſtri, quod eius dies conditionem importat, *l. dies incertus, ff. de condit. & demonſtrat. l.* 1. *§. dies incertus, ff. eodem*, licèt aliàs mors ſit ſemper præſens, vt Seneca *in epiſt.* his verbis tradidit: *Nõ repente in mortem incidimus, ſed minutatim procedimus: quotidie morimur;*
17 *quotidie enim demitur aliqua pars vitæ,*

Digitized by Google

ta,& tunc quoque,cùm creſcimus, vita decreſcit, infantiam amiſimus, deinde pueritiam, deinde adoleſcentiam, vſque ad extremum, quicquid tranſiit temporis,perijt,hunc ipſum,quem agimus, diem cum morte diuidimus.

18 Benè ergo viuamus,vt benè moriamur: quia non poteſt malè mori, qui benè vixerit, in vltimo enim illo agone communis hoſtis omnes ſuos co-
19 natus, & inſidias contra nos parat,& ſic intelligitur illud *Geneſ.3.*ibi: *Tu inſidiaberis calcaneo eius*; per *calcaneum* intelligitur vltimum vitæ inſtans, vt Spalm.55.ibi: *Inhabitabunt, & abſcondent, & ipſi calcaneum meum obſeruabunt*, vt declarat Pat.Franc. à Put. *in catena Pſalmor.* ibi: *Per calcaneum finis vitæ intelligitur, cui maximè Diabolus inſidiatur*, & noſter Petr.Greg. *ſyntagmat.art. mirabil,comment. lib.3.cap.26.* & Franc.de Petr. *lib.1.feſtiuar. lect.c.5.*

20 Mortuus inter perſonas miſerabiles connumeratur, ex D. Auguſt. *ſerm.1. de conſolat. mortuor.* Epiſcop. Marant. *lib.1.controu.cap.20.à nu.22.* quia non
21 habet facultatem operandi bonum, aut merendi, Auguſt. *loc.citato*, cùm ſit in termino, nec valens ſe redimere à reatu peccatorum, vt Theologi communiter cum Soto *in 4. diſt.19. qu.3. art.3.concluſ.2.* Bellarm.*tom.2.controu. lib.2.de Purgator. cap.2.3.* Coninch. *diſput.11.de Purgatorio dub.6. concluſ.2.à nu.46.* Bartol.à S.Fauſto *lib.3. de indulgent.cap.11.12.13.*

22 Et ex hoc in pœnis Purgatorij ſuffragium conſanguineorum, & amicorum expectant,& cùm exclamant *Miſeremini mei, Miſeremini mei,&c.*& qui
23 debita ſuffragia mortuis denegant,& legatorum piorum ſatisfactionem procraſtinant,peccant mortaliter, & poſſunt excommunicari, vt Maranta *loc. citato*: non enim eſt mortuo deneganda gratia, *capit, in Eccleſiaſtico, 13.q.2.*
24 & verus amicus ille dicitur, qui amici defuncti retinet memoriam, & iuſſa exequitur, quod etiam cognouerunt Ethnici, vt Tacit. *lib.2. annal.* his verbis: *Non hoc præcipuum amicorum munus eſt, proſequi defunctum ignauo queſtu; ſed,quæ voluerit, meminiſſe, quæ mandauerit, exequi.*

25 Item maximum pietatis opus eſt, defunctum ſepelire, vt latè proſequitur Marant. *lib.5. controu. cap.18.* Iul. Lauor. *variar. lucubrat.tit.2.& de electione ſepulturæ*, vide titulum *in decretal. & in 6.* & de priſco, & recenti ſepeliendi more apud Nationes, vide Lauor. *dict.tract.tit.2. cap.5.* Caſſan. *in catalog. Gloriæ mundi, part.2. conſid.5. vſq.ad 9.* Nicol. *tom.1. lucubrat. lib.4. tit.15.nu.19.* Baron. *de corp.& membr. tit.1.nu.260.* Pil. *in additione ad Franc. de proteſtat. in repetit. teſt.in l.& ſi quis, §.plerique, ff.de Relig.& ſumpt.funer.& in lib.2. deciſ.Canon. dec. 5. tom.1.* Paciuchel. *de diſtant.cap.7.*

26 Et an poſſit pater eligere ſepulturam pro filio infante? vide Canoniſtas *in cap.vlt.de ſepult.* Franch.de Petr. *loc. cit.à nu.29.* Barboſ. *ad Trident.ſeſſ.25. cap.13.de reform.n.21.* Dian.*par.5.tract. 3. reſolut.107.* Lezzana *in ſumma quæſtion.regular.in Mar.magn.Prædicator. §.28.*

27 Quod,ſi pater non eligat ſepulturā, debet filius tumulari in ſepulcro maiorum, ſi habet, ſin minus in propria Parochia, vt Doctores citati.

28 Sed,quid,ſi non habeat ſepulcrum maiorum ex linea paterna, quia forſan pater eſt exterus, vel non habeat propriam ſepulturam, an poſſit dici ſepulcrum maiorum ſepulcrum, quod habet marer, ſaltem ex hæreditate?

29 Scripſi pro affirmatiua ad fauorem magnifici Proſperi Lubelli, Patritij Lycienſis, vxorati in Ciuitate Neritoni cum Domina Siluia Chiodi, nobili Neritina, quæ habebat ſepulcrum maiorum in Conuentu Patrum Conuentualium Sancti Franciſci, & dictus Proſper, ante obitum filij impuberis, elegit ſepulturam ſuæ vxoris; & quia eſt caſus notabilis, allegationes inſerendas duxi.

30 *Dominus Mutius Chiodi, nobilis Neritonen, obtinuit à Fratribus Conuentualibus Sancti Franciſci de Aſſiſa dictæ Ciuitatis conceſſionem Capellæ, vnà cum ſepul-*

Digitized by Google

ſepultura in eorum Eccleſia, pro ſe, ſuiſque poſteris, hæredibus, &c. prout ex inſtrumento conceſſionis, & ſic fuit obſeruatum in tumulandis cadaueribus; ex dicto Mutio orti ſunt ex legitimo matrimonio Victorius, & Portia, ex Victorio Domina Siluia, & ex Portia Dominus Proſper Lubellus Ciuitatis Lycij, qui, præuia diſperſatione, duxit in matrimonium Siluiam eius conſobrinam, ex quibus ortus eſt Ioannes Donatus, qui in impuberi ætate immatura morte diem ſuum clauſit extremum, cuius pater priuſquã puer fato ceſſiſſet, elegit ſepulturam in dicto Conuentu, vti ſepulcrum maiorum. Orta eſt cantrouerſia inter Cathedralē Eccleſiam, quæ eſt vnica Parrochialis in dicta Ciuitate, & Monaſterium dictorum Fratrum pro ſepultura cadaueris: prætendit Cathedralis habere pro ſe intentionem fundatam, vnunquenq; in propria Parochia tumulandum, niſi eligat ſepulturam, vel maiorum habeat, capit. ex parte, capit. cùm liberum, & cap. in noſtro, de ſepulturis; At in caſu vtrunq; deficere contenditur, primum, quia non poteſt impubes ſibi eligere ſepulturam, nec pro ipſo pater, niſi adſit conſuetudo, cap. licèt, de ſepult. in 6: ſecundum, quia non poteſt dici ſepulcrum maiorum, niſi à linea paterna, cap. 1. de ſepulturis; Sed è contra, apertum ius fouere dictum Monaſterium ſubſtinemus, ex vtroque capite, ex infraſcriptis.

31 Ex primo, quia benè poteſt pater antequam filius impubes moriatur, ſepulturam eligere, licèt ſecus ſit poſt mortem, vt declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & regularium in anno 1587. apud Barboſ. in collect. bullar. verb. ſepoltur. & in C. T. ſeſſ. 25. de reform. cap. 13. nu. 21. Pater Dian. part. 5. tract. 3. reſolut. 107. & etiam in anno 1640. apud Patrem Lezzan. in margar. prædicator. §. 28. nu. 85.

32 Ex ſecundo, quia duplici ex capite, poteſt ſubſtineri, defunctum in dicta Eccleſia habere ſepulcrum maiorum, primo ex parte patris, ſecundo matris: ex parte patris, quia Dominus Proſper deſcendit à Portia Chiodi, filia Mutij; conſtat autem, ſepulcrum concedi poſteritati, & deſcendentiæ: quia, aut eſt familiare, aut hæreditarium; ſi familiare datur ius ſepulturæ agnatis, cognatis, affinibus, & etiam extraneis, ſi ſint hæredes, l. ius familiarium, l. ius ſepulcri, l. ſi ſepulcrum, Cod. de relig. & ſumptibus funer. Biſſon. lib. 2. ſelect. cap. 14. Lauor. dict. tit. 2. cap. 6. nu. 31. Gratian. diſcept. 210. n. 36. Barboſ. in collect. ad dict. l. ius ſepulcri, Tondut. quæſt. canonic. cap. 73. num. 16. Anton. Per. ad tit. Cod. de Relig. num. 7. & habetur clarè ex textu in l. 6. ff. eod. tit. aut eſt ſepulcrum, hæreditarium, & tunc omnibus deſcendentibus, & liberis, datur ius ſepulturæ, etiam ſi ab hæreditate ſe abſtineant, vt in dict. l. 6. & DD. citati, Arias de Meſ. lib. 3. variar. cap. 8. num. 31.

33 Nec valet replicatio, non poſſe dici, ſepulcrum maiorum, quia pater adhuc viuit: quia reſpondetur, quod ſufficit, patrem habere ius in tali ſepulcro, vti deſcendentem à Mutio, & matris hæredē, & tale dicitur ſepulcrum etiam ex intentione primi acquirentis, & hoc licèt pater alibi ſepeliatur ex accidenti, vel ex electione, vt optimè notat Paſqualic. in dec. moral. tit. de elect. ſepult. deciſ. 402.

34 Item ex parte matris pueri defuncti, quæ deſcendit à Mutio, poteſt dici ſepulcrum maiorum: maiores nanque non ſolùm dicũtur aſcendẽtes ex parte patris, ſed etiam ex parte matris, vt Pompon. I.C. in l. 4. §. Prætor ait, ff. de in ius vòcando, & ſepulcrum maiorum dici debet, vbi plures aſcendentes ſunt ſepulti, nulla facta diſtinctione lineæ, Gloſ. in capit. is qui, de ſepult. in 6. Oltrad. conſ. 25. Abb. in capit. nos, de ſepult. Et ad obiectum dicti capituli primi reſpondetur, quod habet locum in caſu exiſtentiæ ſepulcri paterni, non verò quando
35 pater non habet ſepulturam, ſed mater, quæ conſeruat ius ſepulcri, vt in terminis noſtris Theſaur. lib. 1. quæſtion. forenſ. nu. 4. Addent. ad Rouit. conſ. 75. nu. 10. lib. 2. Bonacin. de contractibus, diſp. 3. qu. 21. punct. 3. nu. 6. Rodriq. de ſepult. reſolut. 2. nu. 28. Cardinal. Tuſc. tom. 7. lib. 5. concluſ. 194. & eſſet valde luctuoſum, vt pater, qui eſt ciuis Lycienſis, ha-

bens ſepulcrum maiorum ex parte matris, videret filium tumulari in alieno ſepulcro, ſic etiam mater, vt videat habitare filium in morte in alieno domi-
36 *cilio; & ſi vnitas ſepulturæ fundatur in vnitate dilectionis, capit.* Hebron, cap. vnaqueq. 5. qu. 2. *Magis dicitur filius*
37 *vnus cum matre, quàm cum patre, & valde conſentaneum eſt, vt qui habuit in materno vtero, ſeu domicilio principiũ vitæ, habeat etiam in morte, cùm priuatio ſit eiuſdem ſpeciei cum habitu; immo præualere ſepulcrum maternum, probat nouiſſimè Doctiſſimus Gonzalez* in cap. 7. §. verum autem, de ſepult. *vnde, &c.*
38 De expenſis funerum, & quæ veniant appellatione expenſarum pro funere? vide textum *in l. funeris, §. impenſa, de relig. & ſumpt. funer.* Franc. *loc. cit. à nu.* 102. Surd. *dec.* 255. Hodiern. *ad Surd. dec.* 112. *num.* 11. Carz. *de expenſis, cap.* 8. *à nu.* 29; & an expenſæ funerum
39 præferantur omnibus creditoribus, etiam priuilegiatis, & expreſſam hypothecam habentibus? vide Gait. *de credit. cap.* 4. *qu.* 11. *nu.* 1910. Gratian. *diſcept.* 94. Rodriq. *de priuileg. creditor. par.* 1. *art.* 3. *à num.* 2. Guttier. *practicar. quæſt. lib.* 2. *qu.* 72. Caſtill. *dec.* 103. Hieronym. de Leo *dec.* 191. *à nu.* 6. Carp. *de exequutor. lib.* 3. *cap.* 12. *nu.* 26. Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 2. *nu.* 168. Fontanell. *de pact. nuptial. gloſ.* 2. *par.* 5. *clauſ.* 6. *num.* 29. qui tenent pro affirmatiua, & Rot. *part.* 9. *recent. deciſ.* 438. *& par.* 5. *dec.* 399. *& apud Merlin. dec.* 33. *nu.* 22. *dec.* 137. *num.* 34. 35. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *tit.* 2. *diſput.* 1. *nu.* 30. Bonden. *collectat.* 87. *nu. final.* Antonin. de Amato *reſolut.* 3. *nu.* 7. licèt contrariam opinionem reſpectu creditorum priuilegiatorum teneant Friger. *de exceptionib. cap.* 2. §. 12. *nu.* 29. Mantic. *de coniectur. lib.* 12. *tit.* 23. *nu.* 25.
40 Sed, retenta prima opinione, ampliatur etiam pro veſtibus luctuoſis, Mart. *dec.* 83. pro famulis, ſeruientibus infirmo in vltima infirmitate, Hodiern. *ad Surd. loc. cit. n.* 12. pro ſtipendio Medicorum, & farmacopolis pro medicamentis, Mainard. *dec.* 47. 48. *lib.* 2. Caualcan. *dec.* 34. *part.* 2. Bonden. *dict. collect.* 47. *nu.* 65. Merlin. *de pignoribus lib.* 4. *tit.* 1. *qu.* 17. Gallup. *in praxi de concurſ. & priuil. creditor. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 29. Thor. *in compend. dec. par.* 1. *verb. expenſa infirmitatis*, Rota *dict. deciſ.* 438. *par.* 9.
41 Ampliant nonnulli in expenſis pro confectione teſtamenti, & inuentarij, vt Gait. *loc. cit. nu.* 1932. & Gratian. *vbi ſupra*, Franc. *nu.* 125. & pro expenſis ceræ, Surd. *dec.* 255. *nu.* 28. & in piſtoribus, lanionibus, & Tabernarijs, qui in vltima infirmitate victum præſtiterunt ægro, vt Mainard. *dict. dec.* 47. *nu.* 2. & de funerum expenſis vltra adductos, vide Maſtrill. *dec.* 203. Lauor. *variar. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 16.
42 Mors probatur primò per fidem Parochi, extractam à libro mortuorũ, Gratian. *lib.* 5. *diſcept. cap.* 869. *num.* 23. Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 32. *n.* 177. *part.* 2. Marant. *lib.* 3. *controu. cap.* 54. *nu.* 43. Rota *apud Ludouiſ. dec.* 78. *nu.* 2. *& dec.* 35. *nu.* 4. vbi Addentes, *& part.* 9. *recent. dec.* 83. *num.* 2. *dec.* 426. *nu.* 13. *& dec.* 391. *nu.* 18. Secundò, ex libro hoſpitalis, ſi ibi ſit mortuus, Rota *apud Burat. dec.* 763. *nu.* 1. *& dec.* 605. *num.* 4. *par.* 9. *recent. dec.* 317. *nu.* 5. Tertiò, pro-
43 batur duobus teſtibus de viſu, Danz. *de pugn. Doctorum tit. de præambulo nu.* 12. *tom.* 1. Addentes *ad Rouit. conſ.* 94. *num.* 3. *lib.* 3. Conſil. Petr. *rit. M. C.* 181. *nu.* 9. Riccius *dec.* 18. *par.* 1. Quartò pro-
44 batur ex pluribus enunciatiuis cum dictione *quondam*, vt ſi in pluribus inſtrumentis enuncietur, quondam Petrus, Gloſſa *in l. eius, qui in prouincia, verb. defuncti, ff. ſi cert. petat.* Bald. *conſ.* 166. *nu.* 2. *lib.* 4. Alex. *conſ.* 14. *nu.* 15. *lib.* 16. Imol. *conſ.* 110. *nu.* 8. Rota *pract.* 9. *recent. dec.* 351. *nu.* 7. Quintò probatur
45 per publicam vocem, & famam, Bart. *in l.* 2. §. *ſi dubitatur, nu.* 2. *Cod. quemadmod. teſtam. aperiant.* Felin. *in cap. quoniam frequenter*, §. *fin. nu.* 24. *vt lite non conteſtata*, Rota *part.* 9. *recent. dec.* 371. *nu.* 3. *& dec.* 426. *nu.* 14. Requiruntur tamen ſeptem teſtes, Danz. & Conſ. Pe-
46 tra *vbi ſupra*: Sextò probatur adminiculis, vt puta ſi quis iuit ad bellum, aut nauigando, & nauis paſſa eſt tempeſta-

peſtatem, & per longum ſpatium temporis ignoratur, an viuat, nec de eo habetur aliquod nuncium, Alex. *conſ.* 25. *nu.* 6. *volum.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1700. 1701. *&* 1702. Creſcent. *dec.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſput.* 46. *nu.* 12. Eminentiſs. de Luca *de benefic. diſcurſ.* 16. *à nu.* 15.

47 Nota vltimò, quod mors ſupplet omnes defectus perſonæ, & habet vim iuramenti, Bart. *in l. admonendi, nu.* 27. & Iaſon *nu.* 124. *ff. de iureiurando*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 670. *nu.* 15. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 51. *nu.* 10. Farinac. *de teſtib. qu.* 72. *nu.* 129. Rota *apud Caualer. deciſ.* 322. *&* *dec.* 327. *num.* 2.

§. I.

48 IN principio huius rubricæ datur norma Regio Numeratori in caſu aggregationis focularis ex ſpolio antecedentis Numerationis, vel ex libro cataſti, & alijs, quod ab vniuerſitate allegatur extinctum, nec adeſſe ſucceſſores, vt aduertat diligenter ad euitandas fraudes, & inquirat à laicis, aut perſonis Eccleſiaſticis, tam ciuibus, quàm exteris, & à locis conuicinis, non ſuſpectis de colluſione, ſi reuera, qui allegatur mortuus, ſit talis, aut viuat; ſi mortuus reliquerit familiam, cùm rarò accidat, vt quis decedat ſine familia, & eius foculare extinguatur; &; ſi per teſtes conſtiterit, aut per librũ cataſti, aut per teſtamentum, & alias ſcripturas, quod defunctus deceſſit ſine liberis, aut ſine alijs, qui conſeruẽt ſuum foculare, tũc etiam inquirere debet diligenter, pro euitanda fraude, de ſucceſſione bonorum defuncti: quia aliquando vniuerſitas allegat, ſucceſſorem bonorum eſſe Eccleſiaſticum, aut aliter numeratum in oſtiaria, & tamen veritas eſt in contrarium; & poteſt reſultare occultatio focularis; & ideo, peractis requiſitis diligentijs, debet omnia breuiter, ac diſtinctè in margine focularis notare, vt colligitur ex Inſtructionibus *in hac rubric. cap.* 19.

49 Quando diſcutitur foculare, allegata exceptione mortis, ſi de ea conſtet, ac fraus abſit, concurrentibus omnibus diligentijs, debet deduci, *ex dicto cap.* 19.

50 Quid dicendum, ſi quis ſit numeratus in oſtiaria, aut aggregatus per ſpolium, & Deputati in lectura acceptauerint hoc foculare per confeſſionem, & deinde, pendente liquidatione, aut diſcuſſione aliorum grauaminum, & ante clauſam Numerationem, deceſſerit, nullis relictis liberis, aut cum liberis minoribus annorum 14. & ſine bonis, an ſit deducendus? Reſpondetur affirmatiuè: quia ſemper dicitur pendere iudicium, antequam fiat integra liquidatio, & ante clauſuram Numerationis; hinc, ſi quis, pendente liquidatione, efficiatur maior annorum 14. aut bona acquirat, eſt foculare; ſic è contra, ſi exceſſerit annos ſexaginta, aut bona amiſerit mulier, debent deduci, ita habetur determinatum per Regiam Cameram 26. Ianuarij 1663. ad petitionẽ Domini D. Ioannis Baptiſtæ de Afflicto, ad præſens digniſſimi Regij Conſiliarij, & 14. Iunij 1664. ad petitionem Antonij Pinto, Regij Numeratoris, *vt in libro Notament. dictæ Regiæ Cameræ*.

Et hæc ſint dicta pro explicatione rubricarum, de quibus in Inſtructionibus Regiæ Cameræ anni 1661. & pro iuribus perſonarum in materia Numerationis; ſi aliqua deficiunt, aut non explicata, aut non prouiſa, poſſunt deduci per argumentum à ſimili: non enim omnia poſſunt comprehendi, vt optimè I.C. *in l. non poſſunt, ff. de legibus*.

Digitized by Google

TITVLVS Vltimus.

De modo procedendi in cauſa Numerationis poſt completam oſtiariam à Regio Numeratore, & poſt cōpleta ſpolia, & deſcriptionem, & de ordine iudiciario in cauſa prædicta.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc vltimo capite de ordine iudiciario, pro complemento Numerationis, poſt quem deuenitur ad decretationes, liquidationes, & clauſuram: in Numeratione enim adeſt iudicium formale inter Fiſcum, & vniuerſitatem.

SVMMARIVM.

1 *Completa oſtiaria, necnon aggregatione focularium ex ſpolijs antecedentis Numerationis, vel ſcripturarum, traditur norma, quomodo ſe gerere debeat, pro diſcuſſione, Regius Numerator, & decretatione, & clauſura Numerationis.*

2 *In perficienda Numeratione proceditur ordine iudiciario, vel ſummario.*

3 *In iudicio Numerationis adſunt Iudex, actor, & reus, cum aſſiſtentia Fiſci pro eius intereſſe, quia agitur de cauſa fiſcali.*

4 *Iudicium Numerationis poteſt dici eſſe in cauſa liquidationis, quia liquidantur focularia.*

5 *Iudiciū Numerationis dicitur duplex, ſeu reciprocum.*

6 *Fiſcus in hoc iudicio offert talem qualem petitionem.*

7 *In Numeratione fit litis conteſtatio.*

8 *Litis conteſtatio in Regno incipit à primo actu poſt conteſtationem.*

9 *In Regno cauſa poteſt incipere ab articulis.*

10 *Numeratione completa, in deſcriptione fit Lectura Deputatis.*

11 *Deputati ſi confiteantur foculare, ſtatim fit decretatio in damnum vniuerſitatis.*

12 *Propoſitis grauaminibus ab vniuerſitate, debet dari terminus ad probandum, & expediri citatio ad teſtes, & citari Fiſcus ad videnda iuramenta teſtium.*

13 *Ciuis an poſſit recipi in teſtem pro vniuerſitate ſua? Reſoluitur affirmatiuè.*

14 *Ciues in materia confinium, & territorij, ſunt pro vniuerſitate optimi teſtes.*

15 *Fides priuata non facit fidem regulariter.*

16 *Limitatur in materia Numerationis, præcipuè adminiculata.*

17 *Item ſi ſit fides viri conſpicui.*

18 *Limitatur etiam in cauſis ſummarijs.*

19 *In cauſa Numerationis fit publicatio, declaratio circa vſum, concluſio, & datur terminus ad concomitandum.*

20 *In cauſa Numerationis interponitur decretum diffinitiuum in quolibet numero.*

21 *Aduerſus confeſſionem focularioru̅, factam à Deputatis, an detur aliquod remedium vniuerſitati in prima inſtantia, aut in gradu reclamationis?*

22 *In cauſa reclamationis in quibus caſibus detur remedium aduerſus confeſſionem focularis, ex decreto Regiæ Cameræ?*

23 *Reſtitutio in integrum vniuerſitati aduerſus rem iudicatam, vel confeſſionem, quomodo, & quando concedatur?*

24 *A decretis Regij Numeratoris delegati Regiæ Cameræ in cauſa vſque ad ſententiam incluſiuè, datur reclamatio ad Regiam Cameram, licèt non propriè?*

25 *In cauſa reclamationis in materia Numerationis proceditur ſicut in alijs cauſis.*

26 *Sententia diffinitiua poteſt ex nouis, aut retractari, aut confirmari, ſecus ſententia interloquutoria.*

27 *Adducitur limitatio, ſi petatur contrario imperio reuocari, vel agatur de decreto, habente vim diffinitiui.*

28 *Cauſa reclamationis in Numeratione tractatur in Aula aſſignata, audito Fiſci Patrono.*

29 *Reclamatione pendente, interim vniuerſitas debet ſoluere iuxta liquidationem, factam à Regio Numeratore.*

30 *Poſt*

30 *Poſt ſocularia deducta in reclamatione, fit noua taxa, & regiſtratur in Regali Patrimonio, & expediuntur prouiſiones Regijs Perceptoribus pro exactione iuxta nouam taxam, & reſtitutione ſuperflui, exacti pro præterito.*

31 *Clauſa Numeratione, & liquidata, an Regio Fiſco competat aliquod remedium contra vniuerſitatem ob focularia malè deducta, vel occultata, & an poſſit prætendere nouam Numerationem? Inquiritur, & reſoluitur negatiuè, præcipuè elapſo quatrieñio.*

32 *Adducitur limitatio, quando euidenter apparet de occultatione, & quomodo hoc intelligatur?*

33 *Numeratione liquidata, etiam in gradu reclamationis, ſi ſocularia notabiliter decreuerint, ob mortalitatem, ex cauſa peſtis, belli, & huiuſmodi, debet fieri remiſſio debiti fiſcalis, aut dari dilatio arbitrio Principis, vel Regiæ Cameræ.*

ACtum eſt huiuſq; de iure perſonarum in ordine ad Numerationem, aut pro Fiſco, aut vniuerſitatibus ſecundùm Inſtructiones antiquas, & modernas, & decreta generalia Regiæ Cameræ, cum diſtinctione rubricarum, prout ex Inſtructionibus anni 1661; Ad præſens agendum eſt de ordine iudiciario, & modo perficiendi, & claudendi Numerationem, pro explicatione vltimi capitis dictarum Inſtructionum.

1 In hoc vltimo capite, in ordine 20. habetur, quod, completa à Regio Numeratore oſtiaria deſcriptione Loci, & facta comprobatione, & ſpolio omniũ ſcripturarum, retento ordine, pluries expreſſo in Inſtructionibus; quia ex ſpoliò ſcripturarum poſt oſtiariam fit in libro Numerationis aggregatio focularių numero conſequutiuo; idem Numerator legere debet Deputatis, & alijs, electis ab vniuerſitate, integros numeros, vt poſſit vniuerſitas proponere grauamina ab illis numeris, in quibus ſe prætendit grauatam, ordinatè, & per ſingula capita, & in eodem numero lecto, excutienda deinde ab ipſo Numeratore, ſi hanc habeat iuriſdictionem, vel in Regia Camera; & in Lectura ſeruari debet, vt, ſi foculare ſit clarum, & liquidum ad beneficium Regij Fiſci, acceptarum ab vniuerſitate, ſufficiat, ſi legatur caput familiæ; ſi verò ſit dubium, ſecundùm leges, Inſtructiones, & decreta Regiæ Cameræ, & prætendatur propoſitio grauaminis, tunc debet legi integer numerus, ſicuti eſt deſcriptus, & aggregatus, vt aptiùs poſſit vniuerſitas proponere grauamen; deinde eſt danda integra copia grauaminum propoſitorum vniuerſitati, & Deputatis, ad finem deliberandi, & probandi; & deinde, compilato proceſſu, fit diſcuſſio ſingulorum grauaminum coram Regio Numeratore, ſi, vt diximus, habeat delegationẽ, vel in Regia Camera, & de ſingulis fit particularis deciſio, & liquidatio, ſecundùm Inſtructiones, & decreta Regiæ Cameræ, de quibus diximus *in proprijs rubricis*; deinde debet declarare, & reportare focularia deducta, numeros liquidatos ad beneficium Fiſci, & in Numeratione cuiuſq; Loci, ſiue ſit Ciuitas, ſiue Terra, ſiue Oppidũ, eſt facienda diſtincta, & clara nota numerorum oſtiatim, & aggregatorum per ſpolium, vt innoteſcat numerus, qualitas, & quantitas deductorum per ordinatas rubricas, cum eorum numeris, cum nota focularis effectiui Loci numerati; deinde, ordine diſtincto, debet reportare in libro originalis Numerationis dicta focularia remanſa. Item tenetur Regius Numerator omnia grauamina deducta, teſtium depoſitiones, ſcripturas, ſiue publicas, ſiue priuatas, aliaque legitima documenta, producta per vniuerſitates, pro iuſtificatione grauaminum, in vnum volumẽ redigere, vti proceſſum iudiciarium, cum numeris focularium, pro quibus eſt propoſitum grauamen, & in vnoquoque foculari in dicto volumine interponitur decretum, ſcilicet, aut *Remaneat*, aut *Deducatur*, vt iuris videbitur; & deinde ſingula decreta debet reportare in libro originali Numeratio-

tionis, in eodem, quo eſt deſcriptum foculare diſcuſſum, & prouiſum, & notet in eo decretum hoc modo: *Remaneat*, aut *Deducatur, iuxta prouiſum in liquidatione grauaminum*, citando folium, v.g. vt in fol. 30. ad maiorem cautelam, & dilucidationem Regij Fiſci, & Vniuerſitatum, pro ſucceſſiuis temporibus, & futura Numeratione; deinde debet tranſmittere hæc omnia vnà cum libro Numerationis ad Regiam Cameram, & penes Secretarium ipſius, qui deinde conſignat Rationali illius Prouinciæ, cuius eſt Locus numeratus. Poſtremò fit Clauſura, & taxa, & expediuntur prouiſiones Regio Præceptori Prouinciæ pro ſolutione fiſcalium ab vniuerſitate iuxta numerum focularium remanſorum, vt habetur ex dictis Inſtructionibus, *cap.* 20.

2 Ex hoc textu Inſtructionum colligitur, quod in perficienda Numeratione procedit iudiciorum more; & ordine ſeruato, & licèt ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta, non tamen prætermittuntur termini ſubſtantiales: Eſt enim hoc iudicium formatum, quia concurrunt omnia requiſita in *cap. forum, de verbor. ſignificat.* ſcilicet

3 Actor, qui eſt Regius Fiſcus: Reus, & ſunt vniuerſitates Regni, quæ contra actionem Fiſci pro Numeratione focularium ſuas proponunt exceptiones: Iudex, qui eſt Regius Numerator, aut Regia Camera. Et quia agitur de cauſa fiſcali, in ea etiam interuenit Fiſci Patronus, qui in partibus eſt Rationalis deputatus, & in Regia Camera Fiſcalis Ordinarius, aut deputatus ab eodem Tribunali, vel à Prorege.

4 Hoc iudicium poteſt dici liquidationis, ſeu taxationis quantitatis focularium, ab initio inceptum, deinde per ſingula decreta certificandum; & facta liquidatione in focularibus liquidatis, vniuerſitas dicitur condemnata in expunctis, & duductis abſoluta ſecundùm doctrinam Bart. *in l.* 1. *nu.* 2. *C. ſi aduerſ. rem iudic.* Abb. *in cap. cùm inter, de ſentent. & re iudicata*. Et po-

5 teſt etiam dici iudicium duplex, ſeu reciprocum, inter Fiſcum, & vniuerſitates; ſicut iudicium familiæ erciſcundæ, vt in noſtris terminis optimè docet doctiſſimus Regens Brancaccius *apud Reg. de Marin. allegat.* 59. *à nu.* 11. 17. *impreſſa poſt ſecundum tomum quotidian.* & Reg. de Pont. *de poteſtat. Proreg. tit. de Regal. impoſit.* §. 2. *à nu.* 27.

6 Et licèt Regius Fiſcus non offerat ſolemnem libellum, ſufficit tamen ralis qualis petitio, vt eſt inſtantia confectionis nouæ Numerationis, aut vt omnia focularia deſcripta remaneant ad eius beneficium, *ex capit. Regni noſtri, deteſtantes*: libellus enim nil aliud eſt, niſi Actoris declaratio circa actionem intentatam, *cap. final. de libelli oblatione, l. edita, Cod. de edendo, l.* 1. *ff. eodem, pragm.* 1. *de ordin. Iudic.* Muſcatell. *in praxi, par.* 3. *gloſ. reſpondendum*; Hinc in noſtris Inſtructionibus præcipitur, vt, poſt perfectam deſcriptionem focularium, legatur Deputatis, quæ nil

7 aliud eſt, niſi litis conteſtatio, ex *Auth. offeritur, Cod. de lit. conteſt. cap.* 1. *eodem*

8 *tit.* licèt in Regno non requiratur, in quo omnes cauſæ ſunt ſummariæ, & ſufficit primus actus, qui ſequitur poſt litis conteſtationem, Carauit. *rit. M.C.* 288. Rouit. *in pragmat.* 7. *de ordin. iudic. nu.* 10. & de iure communi Corn. *conſ.* 180. *nu.* 3. *lib.* 3. Rota *apud Seraf. deciſ.* 920. *nu.* 2. *& poſt Zach. de obligat. Ca-*

9 *meral. dec.* 225, *nu.* 7. & ex eodem principio fit, quod in Regno cauſa poteſt incipere ab articulis, & ſequi condemnatio ex deductis in probationibus, Tap. *in dict. capit. deteſtantes*, Conſil. Prat. *lib. pract. quæſt. cap.* 67. vbi declaratur, quomodo hoc procedit, Muſcatell. *l. in prax. par.* 1. *gloſ. petitur, nu.* 42. Ricc. *dec.* 78. *lib.* 1. Marcian. *conſ.* 3. *lib.* 1. *& conſ.* 22. *lib.* 2. Pater Afflict. Epiſcop. Cauenſ. *lib.* 1. *contrcareu. cap.* 70. *nu.* 30. Tomat. *dec.* 203. *nu.* 25.

10 Poſtquam eſt completa, vt diximus, Lectura Numerationis, ſi Deputati vni-

11 uerſitatis confiteantur, numeratum eſſe foculare, non eſt opus alia diſcuſſione: quia in confeſſis nullæ ſunt Iudicis partes, niſi in exequendo, DD. *in l.* 1. *Cod. de cõfeſſ.* Gratian. *diſcept.* 183. de Marin. *ad Reuerter. dec.* 524. *num.* 2.

Stai-

Staiban. *lib.2. forenſ. cap.192. nu.30.* Rota *par.9. recent. dec.380. tom.2.* ſed an aduerſus confeſſionem competat aliquod remedium vniuerſitati, videbimus infra.

12 Si verò aduerſus ſocularia proponantur per vniuerſitatem grauamina, tunc debet dari competens terminus ad probandum, qui eſt communis cum Regio Fiſco, vt quilibet terminus, *l. petendæ, Cod. de temporib. in integr. reſtitut.* & ritus *M.C.*90. vbi Carauita, Muſcatell. *in praxi, par.5. gl. defendend. nu. 2.* etiam ſi peratur per vnicam tantùm partem, Conſil. Petra *dict. rit. num.2.* & examinantur teſtes, præſentatis articulis, debet expediri citatio ad teſtes, & ad videndum iuramenta teſtium, antequam examinentur, aliàs examen erit nullum, vt in qualibet cauſa.

13 Sed quæritur an poſſit recipi teſtis ciuis, vt probet in beneficium Vniuerſitatis? Reſpondetur affirmatiuè: quia non agitur de particulari commodo, ſed vniuerſali, vt optimè diſtinguunt Farinac. *de teſtibus, qu.60. à nu. 471.* Couarruu. *practicar. quæſtion. q.18. nu.4.* Mart. *vot. 199.* Ricc. *collect. 701.* Reuert. *dec.177.* vbi latè de Marin. *nu. 2;* immo, quando agitur de probando aliquod factum, quod magis innoteſcit ciuibus, quàm exteris, tunc ciues, tanquam meliùs informati, ſunt teſtes
14 meliores, vt in materia territorij cõfinium, paſcuorum, &c. docent Menoch. *de arbitrar. lib.2. cap.106. num.3.* Maſcard. *de probat. tom.1. concluſ.395. nu.10.* Loffred. *conſ.44. n.16.* Guid. Pap. *deciſ.193.* vbi Addentes, Hieron. de Mont. *de finib. regund. cap.50.* Farinac. *vbi ſupra, nu.487.* Valenz. *conſ.100. nu. 36. lib.1.*

15 Sed an probent fides priuatæ, quia forſan non poſſunt teſtes ex aliquo impedimento venire ad locum, vbi degit Numerator, aut quia degũt in partibus lõginguis? Et videtur negatiuè reſpõdendum: quia teſtibus, & non teſtimonijs, eſt adhibenda fides, iuxta dictum pragmaticarum, & fides non facit fidem, etiam ſi ſit Cardinalis, Menoch. *conſ.322. nu.45.* Addentes *ad Ludouiſ. dec.214. nu.3.*

16 Sed in contrarium eſt veritas in terminis noſtris, præcipuè ſi fides ſit aliquo ſuffulta adminiculo veritatis, Addentes *ad Ludouiſ. loc. cit.* Rota *par. 1. recent. dec.122. nu.7.* Altograd. *conſ. 72. à nu.1. lib.1. & conſ.45. nu.63. lib.2.* Rota *poſt Salgad. in ſuo labyrinth. dec.*
17 *74. nu.7.* Sic etiam fides viri conſpicui, & ſpectatæ fidei, Rota *apud Poſthiũ poſt tract. de manutenend. deciſ.97. nu.4. & apud Eminentiſs. Celſ. dec.139. nu.9.*
18 Sic etiam in cauſis ſummarijs, vt eſt hoc iudicium, vt in materia poſſeſſionis retinendæ, Neuizan. *conſ.80. nu.5.* Poſt. *de manutenend. obſ.38. num.22.* Tomat. *dec.105. nu.1. & dec.216. num.4.* Rota *apud Burat. dec.720. nu.2.*

19 Completo examine, fit Publicatio in cauſa, Declaratio circa vſum teſtiũ, & ſcripturarum, & poſſunt præſentari ſcripturæ publicæ, vel priuatæ; ſit Concluſio, &c. ſi adſit neceſſitas, poteſt peti terminus ad concomitandum, vel impugnandum ſcripturas, vt in omnibus iudicijs, & compilatur proceſſus in vno volumine, qui dicitur proceſſus grauaminum, ex noſtris Inſtructionibus, & in vnoquoq; foculare in proprijs rubricis profertur decretum,
20 quod notatur in margine, vel *Deducatur*, vel *Remaneat*, & deinde notatur in margine focularis in libro principalis Numerationis, v.g. *Deducatur*, vel *Remaneat, iuxta prouiſum in liquidatione grauaminum*, cum citatione folij, vt diximus *ſupra in principio*, ſi tamen Regius Numerator habeat facultatem ſententiandi, & liquidandi; ſin minùs, reſeruatur prouiſio, facienda á Regia Camera, vt antiquitus practicabatur; immo, vt audiui à pluribus antiquis Rationalibus Regiæ Cameræ, in hac materia verſatiſſimis, quod poſt compilatũ proceſſum in partibus, præſentabatur in Regia Camera pro diſcuſſione, & ſi aderat grauamen euidens, deducebatur foculare, ſi nullum, interponebatur decretum *Remaneat*; ſi verò indigebat foculare aliqua diſcuſſione, vel extrinſeca probatione,

in-

Digitized by Google

interponebatur decretum, prouiſionale *Remaneat*, *donec aliter fuerit prouiſum*; deinde, probato grauamine per vniuerſitatem, deducebatur per decretum diffinitiuum, vt videre eſt in antiquis Numerationibus.

21 Sed quæritur, an aduerſus focularia, confeſſata à Deputatis, detur aliquod remedium vniuerſitati in prima inſtantia, aut in gradu reclamationis?

Reſpondetur, quod mihi videtur, poſſe in prima inſtantia vniuerſitatem reuocare confeſſionem Deputatorum, ſi probauerit erroneam, ut in puncto confeſſionis Tutoris, uel Syndici, Gloſſa *in l. certum*, *§. ſed an ipſos*, *ff. de confeſſ.* quam ſequuntur Doctores, Natt. *conſ. 543. à nu. 14. lib. 3.* Marcſcot. *lib. 2. variar. cap. 93. nu. 7.* Addentes *ad Rouit. conſ. 25. nu. 21. volum. 2.* Immo confeſſio procuratoris ex interuallo poteſt reuocari à principali, docto de errore, Velanz. *conſ. 27. lib. 1.* Gratian. *diſcept. 207. & dec. 139. nu. 10.* Addentes *ad Rouit. loc. cit.* Prat. *lib. 1. practic. obſeru. cap. 68. à nu. 11.* & ſi fiat in continenti, non grauatur principalis onere probandi errorem, Coſt. *de fact. ſcient. & ignorant. inſpect. 52. nu. 6. par. 1.* Cornazan. *dec. Lucenſ. 155. nu. 1. & dec. 215. num. 3.* Borell. *in ſumma dec. lib. 2. tit. 3. nu. 90.* Addentes *ad Rouit. vbi ſupra*, *nu. 14.* Caſar. *in ſpecul. peregrinar. quæſt. cap. 10. nu. 29.* ergo multò magis in minore per viam reſtitutionis in integrum, Hodier. *de reſtitut. in integr. q. 65. art. 7.* cuius iura etiam uniuerſitati ſunt communicata, *l. Reſpublica, Cod. quib. ex cauſ. maior.* ubi Interpetres, *cap. 1. de reſtitut. in integr. in 6. Clement. 1. eod. tit.* Etiam aduerſus Fiſcum, *l. 1. & vlt. Cod. ſi aduerſus Fiſc.* ubi uniuerſitas læſa ex confeſſione, aut ſententia pro Fiſco reſtituitur; vnde Regius Numerator debet benignas aures præbere vniuerſitati, ſi confeſſionem erroneam cognouerit, ſic etiam procedere debet
22 in gradu reclamationis; & licèt Regia Camera, in gradu reclamationis, in diſcuſſione grauaminum anni 1661. ſuo particulari decreto in aliquibus caſibus tantùm conceſſerit reclamationes in focis confeſſatis, ſcilicet ſi foculare ſit notorius Sacerdos, aut ciuis Neapolitanus, Miles, uel aliter priuilegiatus, qui deduci debebat, uel ſi idem foculare confeſſatum ſit duplicatum effectiuum in ipſa Terra, uel in alio Loco, *vt in libro Notamentorum dicti anni*; puto tamen non eſſe excludendos alios ſimiles caſus, ſi abſit fraus, & doceatur de errore confeſſionis, ex rationibus adductis, uel foculare reuera ſit extinctum.

23 Sic etiam debet concedi reſtitutio in integrum Vniuerſitati, ſi poſt latum decretum, tranſactum in rem iudicatã, reperta ſit aliqua ſcriptura, ùel aliud legitimum documentum, ex quibus foculare eſſet deducendum, iuxta textum *in l. Imperatores, ff. de re iudicata*, Gloſſ. *in l. ſub ſpecie, Cod. eodem*: quia hoc remedium, etiam competit maiori, ex clauſula generali, *ſi qua iuſta*, Surd. *conſ. 268. nu. 32.* Sacc. *de ſentent. & re iudicat. gloſ. 24. qu. 2. nu. 45.* Gratian. *diſcept. 745. à nu. 4.* Tondut. *quæſt. ciuil. lib. 2. par. 2. cap. 167.* Ceuall. *commun. cõtra commun. qu. 592. 838. 840.* Gallup. *in prax. par. 3. cap. 7. à nu. 18.* Thor. *in compend. dec. par. 2. verb. reſtitutio in integrum, & part. 3. eod. verbo*, etiam ad impediendam exequutionem ſententiæ, ſi non ſit ceptum exequi, de Marin. *alleg. 8. poſt ſecundum tom. quotid.* Conſ. Petra *rit. Magnæ Curiæ 239. 262.* & ideo Regius Numerator pronis auribus debet ſcripturas admittere, & cõcedere dictam reſtitutionem; Vide de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit. §. 2. nu. 37.*

24 A decretis Regij Numeratoris, uel Regiæ Cameræ, datur reclamatio ad ipſam Regiam Cameram, & currit tempus biennij, ſicut in alijs reclamationibus, iuxta *auth. quæ ſupplicatio*, *Cod. de precibus Imperat. offerendis*; licèt non poſſit dici uera reclamatio à decreto iudicis delegati, ſed tantùm ſi interponatur à Tribunali Regiæ Cameræ, quæ eſt Supremum Tribunal, ad inſtar Sacri Conſilij, *ex pragm. 5. de offic. S.R.C.* Carauit. *rit. 252.* Conſil. Petra *ibidem*, & in materia grauaminis, in

termi-

Digitized by Google

terminis Numerationis eſt textus *in l. grauatos, Cod. de cenſibus, & cenſit. lib.* 11.

25 In cauſa reclamationis proceditur, ſicut in alijs: quia datur terminus ad nō poſita ponendū, examinātur teſtes, & præſentantur ſcripturæ, & Regius Fiſcus ſuas facit defenſiones pro confirmatione decretorum: Sententia

26 enim diffinitiua poteſt ex nouis, vel retractari, vel confirmari, *l. per hanc, Cod. de temporib. appellat.* Muſcatell. *in praxi, par. 3. gloſ. probandum*, vbi latè

27 Prar. licèt ſecus, ſi ſit interloquutoria, *clement. appellanti, de appellat.* Viu. *dec.* 332. Cornazan. *dec.* 80. *nu.* 7. Quod ſublimitatur, ſi petatur retractari coram Iudice, à quo, contrario imperio, vel agatur de decreto, habente vim diffinitiui, Viu. *vbi ſupra*, Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *à nu.* 108.

28 Cauſa reclamationis tractatur in Aula, deſtinata pro his cauſis, audito Fiſci Patrono; immo ex eo, quod reclamatio eſt communis cum Fiſco, poteſt idem reclamare contra focularia deducta, & vulgò dicuntur *focularia fiſcalia*, quæ intimantur vniuerſitati, vt poſſit ſe defendere; omniaque diſcutiuntur in Aula cum aduocatis, & procuratoribus, referente magnifico Rationali prouinciæ, apud quem omnia acta conſeruantur.

29 Benè verum eſt, quod, pendente reclamatione à grauaminibus, debet vniuerſitas ſoluere fiſcalia iuxta liquidationem, factam in prima inſtantia: quia interim non debet ſuſpendi exequutio, vt Doctores *in dict. auth. quæ ſupplicatio*, & fuit practicatum in Numeratione anni 1661; qua completa, liquidata, & taxata à Regia Camera, in anno 1669. fuerunt exacta fiſcalia per modum prouiſionis, & deinde proceſſum in cauſa reclamationis ordine Suæ Catholicæ Maieſtatis, quæ tempus limitauit pro interponenda, & proſequenda reclamatione.

30 Diſcuſſis grauaminibus, & deductis focularibus ad beneficium vniuerſitatis, fit noua taxa, & regiſtratur in regali Patrimonio, & expediuntur prouiſiones Regijs Perceptoribus, vt exigant iuxta nouam liquidationem, & reſtituant ſuperfluum exactum, cōpenſando cum futuris præſtationibus fiſcalibus, vel cum ſummis, debitis pro præterito, vt fuit practicatum in vltima Numeratione anni 1661. poſt decretum generale Regiæ Cameræ in dicto anno 1669. vt habetur *in libris Regij Patrimonij*.

31 Sed, an, clauſa Numeratione, & his omnibus completis, competat Fiſco aliquod remedium contra vniuerſitates, ob focularia, malè deducta, vel occultata, ſaltem vt fiat de nouo Numeratio? Reſpondetur, quod minimè hoc debet practicari pro bono regimine: quia eſſet opus rem agi ex integro, nam, ut diximus à die Clauſuræ poſſunt proponi grauamina, *ex dict. l. qui grauatos*, & currit annus, quo clapſo, currit aliud quatriennium, quo elapſo, nullum debet competere Fiſco remedium: quia aliàs eſſet litibus totum Regnum inuoluere, contra bonū pacis, ut optimè fundant Theodor. *allegat.* 95. *in fine*, & Ferdinand. Brācacc. *in allegat.* 59. *apud Regent. de Marin. poſt ſecund. tom. quotid.* & ſic fuit deciſum in Regia Camera in cauſa uniuerſitatis Cupreſſani cum Regio Fiſco: quia, cùm fuiſſet ordinata Renumeratio, ob præſumptiones fraudis, contra decretum fuerunt propoſitæ nullitates, & ſignanter, quod, elapſis omnibus terminis, non debebat ordinari Renumeratio, & fuit dictum, *nullitates obſtare*, Reg. de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit.* §. 2. *à nu.* 22. ubi Addentes.

32 Verum tamen eſt, quod, ſi Fiſco innoteſcat euidenter de occultatione focularium, tunc Regius Fiſcus, abſque noua Numeratione, poteſt aggregare focularia, ſi ſint in notabili numero, & iuxta illa exigere; ſed tamen non poſt longum tempus, ut fuit practicatum in cauſa uniuerſitatis Montis Calli; benè uerum eſt, quod hoc fuit factum, pendente reclamatione uniuerſitatis in Regia Camera, & ſic non dum erat clauſa Numeratio, vnde poteſt hoc intelligi, pendente tempore, quo competit hoc remedium, ut diximus *ſupra*,

Ii & pro-

& probant Reg. de Poſit. *de poteſtat. Proreg. tit. de regalib. impoſit.* §. 2. *à n.* 36. *verſic. factum* .

33 Et denique nota, quod, ſi aliqua vniuerſitas Regni, poſt elauſam, & liquidatam Numerationem, impotens ſit ſoluere iura fiſealia iuxta Numerationem, ob mortalitatem ſuorum ciuium, & defectum focularium, & Regius Perceptor non habeat modum exigendi integra fiſealia iuxta taxam, tunc Regia Camera, præuio ordine S. Excell. cognita veritate, remittit partem, aut totum debitum præteritum, aut dat competentes dilationes, aut diminuit iura fiſcalia, prout res expoſtulat iuxta tanti Tribunalis prudentiſſimum iudicium: quando enim obligatio deuenit ad ſtatum impoſſibilitatis, tunc debet reduci ad iuſtam metam, Theodor. *allegat.* 23. Cancer. *lib.* 2. *variar. cap.* 6. *nu.* 143. Cyriac. *lib.* 2. *controu. cap.* 378. *& lib.* 3. *cap.* 410. Theſaur. *deciſ.* 226. Larr. *allegat. fiſcal.* 31. *nu.* 32. *& allegat.* 32. *lib.* 1. Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 6. de Marin. *lib.* 1. *quotid. cap.* 227. Prat. *lib.* 1. *diſcept. c.* 25. Capyc. Latr. *dec.* 18. vbi Gyptius; ſed tamen regulariter, ſi deficiant foecularia, nil poteſt vniuerſitas prætendere vſque ad nouam Numerationem, de Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit.* §. 1. *nu.* 18. vbi Thorus; Et quomodo practicetur in cauſa impotentiæ? Vide de Pont. *loc. cit. nu.* 1. *&* §. 2. *à n.* 1. *& ſeq.*

Et hæc ſufficiant pro materia de iure perſonarum, & tractatu præſenti, ſecundùm Inſtructiones nouiſſimas Regiæ Cameræ anni 1661. in ordine ad Numerationem, reſtant aliqua miſcellanea, notatu digna, in eadem materia, quæ in ſequentibus pro communi vtilitate traduntur.

MISCELLANEA.

Circa materiam Numerationis focularium, & iurium fiſcalium.

ARGVMENTVM.

In hoc vltimo capite adſunt multa miſcelanea iurium fiſealium reſpectu focularium, necnon Baronum, de officio Quæſtoris pro exactione fiſealium per duodecim Prouincias, de ſubuentionibus, debitis Baroni á vaſallis, & huiuſmodi.

SVMMARIVM.

1 *Numeratione liquidata, mittuntur notæ, & inſtructiones Regijs Perceptoribus pro exactione fiſcalium iuxta numerum focularium:*

2 *Liber Situationis in Regno continet feuda omnia quaternata, iura fiſcalia, adohas, & releuia.*

3 *Iura fiſcalia olim dicebantur iura Dohanæ.*

4 *Ius Dohanæ ad præſens eſt corpus particulare Regij Patrimonij.*

5 *Functiones fiſcales in materia Numerationis exiguntur ad numerum focularium.*

6 *Iura fiſcalia ex qua cauſa introducta?*

7 *Fiſcalia in Regno quomodo antiquitus exigebantur?*

8 *Fiſcalium ſolutiones in Regno quo tẽpore introductæ, & diſtributæ, & ex qua cauſa?*

9 *Iura fiſcalia per quinque impoſitiones dicuntur onera realia.*

10 *Iura fiſcalia præferuntur omnibus creditoribus ratione hypothecæ anterioris.*

11 *Vniuerſitas, & Fiſcus præferuntur pro collectis, & tributis, domino domus, conductæ pro cuſtodia rerum.*

12 *Item expenſis funerum, & doti.*

13 *Adducitur limitatio, quando Fiſcus contrahit, vti priuatus.*

14 *Filius, poſſidens bona pro legitima, etiam tenetur ad collectas præteritas.*

15 *Pereeptores in Regno, diſtributi in duodecim Prouincijs.*

16 Per-

16 *Perceptores in Regno pro duabus partibus debent eſſe Regnicolæ,& pro reliqua ad beneplacitum Regis.*
17 *Perceptores exigunt ab vniuerſitate ius focularis, adobas, aliaque regalia in Prouincia deſtinata.*
18 *Perceptores tenentur dare fideiuſſores de benè adminiſtrando.*
19 *Perceptores non poſſunt dare ſubſtitutum.*
20 *Perceptores tenentur, quolibet menſe transmittere pecuniam exactam,vnà cum bilancio,Rationali Prouinciæ.*
21 *Bilancium diſcutitur in Regia Camera.*
22 *Pecunia fiſcalis mittitur cum mulionibus, mediante ſalario, & debet concomitari per vniuerſitates locorum, per quæ tranſit.*
23 *Pecunia, exacta à Perceptoribus,venit in poſſe Theſaurarij Maioris.*
24 *Perceptores,ſi ſint moroſi in tranſmittenda pecunia,tenentur,ſi fuerit à latronibus occupata, etiam de leuiſſima culpa.*
25 *Perceptores aliquando ſoluunt in partibus pecuniam fiſcalem militibus Campaneæ,& alijs, ſed cum mandato Proregis.*
26 *Perceptores debent ſoluere integram pecuniam prouiſionatis, ſub pœna quadrupli,& vnciarum quinquaginta,& priuationis officij.*
27 *Perceptores, exigentes ab vniuerſitate plus debito,tenentur ad duplum,& ſi ſæpius pœna capitali.*
28 *Perceptores, exigentes ab vniuerſitatibus aliquid pro dilatione, committunt crimen repetundarum,& tenentur ad reſtitutionem exacti.*
29 *Perceptores tenentur eadem pœna de extortionibus,commiſſis ab vxore, filijs,& famulis.*
30 *Perceptores poſſunt reſtringi ad dandum ſyndicatum de triennio in triennium.*
31 *Regia Audientia poteſt inquirere contra Perceptores de delicto extortionis, & informationem tranſmittere ad Regiam Cameram,& carcerare eos,ſi periculum ſit in mora.*
32 *Regia Audientia non poteſt cognoſcere concernentia officium Perceptoris, nec exactionem impedire.*
34 *Perceptores noſtri temporis malè obſeruant ſanctiones adductas.*
34 *Perceptores in prouincia non poſſunt aliquid emere pro mercimonio,ſed tãtùm pro eorum vſu, nec animalia retinere in paſcuis vniuerſitatum ſuæ Prouinciæ, nec dona recipere, etiam eſculenta, & poculenta, à ſponte dantibus.*
35 *Perceptores non poſſunt exercere mercaturam in Prouincia.*
36 *Perceptores non poſſunt emere ſub haſta bona,exequuta pro debitis fiſcalibus.*
37 *Perceptores non poſſunt impetrare officia baronalia à Baronibus Prouinciæ,aut beneficia,& dignitates à Prælatis.*
38 *Perceptores tenentur exigere reſidua prædeceſſorũ,aliàs tenẽtur de proprio.*
39 *Perceptores debent notare genus pecuniarum cum alagijs.*
40 *Perceptores tenentur recipere omne genus pecuniarum.*
41 *Perceptores non poſſunt inquietare ciues taxatos, & ſibi aſſignatos,ſi ſoluerunt,ſed Syndicos,& adminiſtratores illius anni.*
42 *Perceptores de pecunijs,exactis ab vniuerſitatibus, tenentur conficere apocã vulgò cedulam.*
45 *Perceptores ad quæ teneantur,ſi pecuniam fiſcalem exactam in proprios vſus,aut negotiationem conuertant?*
43 *Perceptoris bona ſunt tacitè hypothecata ad beneficium Fiſci.*
45 *Perceptor quando teneatur, ſi miſſa pecunia fuerit deperdita, aut mutatus valor intrinſecus,vel extrinſecus?*
46 *Perceptor, antequam exigat pecuniam, debet denunciare vniuerſitati, & debet expectare decem dies poſt lapſum temporis.*
47 *Ciuis, ſoluens vniuerſitati ſuam ratã, an teneatur pro reliquo debito vniuerſitatis?*
48 *Ciuis pro debito fiſcali poteſt carcerari etiam inſtante vniuerſitate.*
49 *Conductor gabellarum poteſt vrgeri ad ſolueldũ ante tempus,ſicut ciuis pro*

fiſcalibus, ſoluto tamen intereſſe ab vniuerſitate ob anticipatam ſolutionem.

50 *Perceptores tenentur quolibet anno cōficere numerationem Sclauonum.*

51 *Functiones fiſcales ſunt de regalibus, & poſſunt concedi in feudum, aut in burgenſaticum.*

52 *Feudum poteſt conſiſtere in annuis præſtationibus.*

53 *Augmentum fiſcalium ex augmento fumantium in noua Numeratione, aut decremento poſt venditionem, cuius cedat periculo, & commodo?*

54 *Emptor fiſcalium, cum incremento, & decremento, debet contribuere in expenſis nouæ Numerationis.*

55 *Vendita, aut conceſſa, Terra à Rege alicui, non veniunt Regalia.*

56 *Limitatur, quando conceditur cum omnibus iuribus, & pertinentijs, ſeparabilibus à perſona Principis, aliàs ſecus.*

57 *Limitatur, quando conceduntur aliqua de regalibus, deinde ſequitur ſignum vniuerſale.*

58 *Vendità Terra cum omnibus iuribus, &c. an cenſeantur comprehenſa fiſcalia, acquiſita à Barone titulo particulari ſucceſſiuis temporibus? Inquiritur, & reſoluitur, & adducuntur deciſiones.*

59 *Iura fiſcalia an comprehendantur inter mobilia in loco deſtinato ſolutionis, vel conſtituant tertiam ſpeciem? remiſſiuè.*

60 *Quid, ſi emantur cum pacto de retrouendendo, & an ſubiaceant conſuetudini Neapolitanæ?*

61 *Venditis fiſcalibus in certa quantitate à Regio Fiſco, ſi diminuantur, debent ſuppleri in alia.*

62 *Fiſcalia, & cætera regalia, dicuntur panes ciuiles legales.*

63 *Non poſſunt alienari fiſcalia, & illis alienatis, debet congrua aſſignari pro ſubſtentatione Regis, & poſſunt auferri vrgente neceſſitate.*

64 *Princeps in neceſſitate poteſt vrgere ſubditos ad donatiuum, & auferre bona ſubditorum, per æs, & libram.*

65 *Princeps in neceſſitate poteſt auferre mercedes, & largitiones, ſed cum temperamento.*

66 *Princeps in neceſſitate poteſt imponere ſuperindictum, quod in Regno vocatur donatiuum.*

67 *Vniuerſitates in donatiuis contribuunt per focularia, Barones pro feudis, & ciues Neapolitani.*

68 *Ciuitas Neapolitana, licèt non teneatur donatiuo, indicto à Rege, ex priuilegio particulari Ciuitatis; tamen ſecus, quando Ciuitas imponit, ex cauſa vrgentis neceſſitatis Regni.*

69 *Indicto donatiuo, euitatur noua Numeratio.*

70 *A donatiuo non eximuntur vniuerſitates, exemptæ à fiſcalibus ex priuilegio.*

71 *Donatiuum extraordinarium taxatur in carolenis quinque pro quolibet foculari,*

72 *Superindictum non poteſt imponi in Regno ex cap. Papæ Honorij, niſi maxima vrgente neceſſitate.*

73 *Functiones fiſcales non poſſunt præſcribi.*

74 *Contra præſcriptionem immemorabilē in Regno datur reſtitutio in integrum pro regalibus ob abſentiam noſtri inuictiſſimi Monarchæ.*

75 *Collectæ in Regno non poſſunt imponi, niſi in caſibus, expreſſis in capitulis Papæ Honorij.*

76 *Adducuntur caſus.*

77 *Princeps, imponens ſuperindictum ex cauſa neceſſitatis, non poteſt in cauſa fieri ſcrupuloſa indagatio.*

78 *Ciues, & vaſalli burgenſes, tenentur dare adiutorium Baroni in quinque caſibus.*

79 *Enumerantur caſus.*

80 *Subuentio debetur à vaſallis Baroni, per æs, & libram, iuxta numerum focularium.*

81 *Intellige de focularibus effectiuis.*

82 *In primo caſu captiuitatis, adducitur ampliatio, etiam ſi moriatur apud hoſtes, aut alius ipſum redimeret, aut fuerit licentiatus abſque pecunia.*

83 *Baro, allegans fraudem in Numeratione, poteſt audiri, ſic è contra Vniuerſitas; ſed interim ſoluendum iuxta Numerationem.*

84 *Li-*

84 *Limitatur, ſi ſit captus à latronibus, aut pyratis, aut carceratus pro cauſa ciuili, aut criminali.*

85 *Secundum eaſum emptionis militiæ pro ſubuentione non practicari tradit Capiblanc. ſed explicatur, & reſoluitur.*

86 *Quid in doctoratu filij, aut fratris? remiſſiue.*

87 *De tertio caſu ſubuentionis pro maritagio, aut monicatione, remiſſiuè.*

88 *Subuentio debetur Baroni, ſi plures filias, aut ſorores eodem tempore nuptui tradat, tam ſpiritualibus nuptijs, quàm carnalibus.*

89 *Subuentio debetur Baroni, habenti plures neptes ex filio præmortuo, aut viuente inope.*

90 *Nepotes Baronis, ſi habeant patrem viuentem, & habilem, non habent ſubuentionem.*

91 *Pater tenetur dotare filias.*

92 *Frater Baro, qui tenetur, in ſubſidium, dotare ſorores, ſed non ratione feudi, an habeat ſubuentionem? remiſſimè.*

93 *Mater, vel auia materna, poſſidentes feudum, an habeant ſubuentionem pro maritagio filiæ, vel neptis? remiſſiuè.*

94 *Subuentio debetur Baroni, etiam, ſi dos ſit legata ſororibus à patre, poſſidente feudum.*

95 *Quid, ſi ſit nupta ſine dote ob pulcritudinem? remiſſiuè.*

96 *Quid in filia ſpuria?*

97 *Adiutorium pro matrimonio carnali exigitur à Barone ad rationem carolenorum quinque pro quolibet fumante, medietas pro matrimonio ſpirituali.*

98 *Vniuerſitas habet dilationem anni à die contracti matrimonij, vel profeſſionis, ſoluendi in tribus ſolutionibus, ſeu tertiatim, & biennij, ſi maritentur duæ filiæ.*

99 *Baro, vendens feudum ante profeſſionem, vel ante celebratum matrimonium, non lucratur ſubuentionem.*

100 *Vniuerſitati pauperi conceditur maior dilatio.*

101 *Adiutorij exactio eſt facienda à ſingulis ciuibus, non ab vniuerſitate.*

102 *Onus adiutorij tangit ſingulos, vti ſingulos, non vti vniuerſos.*

103 *Adiutorium exigitur per æs, & librã, à ciuibus, ſicut functiones fiſcales.*

104 *Ciuis pauper non tenetur ad adiutorium.*

105 *Subuentio non debetur ad rationem focularium, ſi poſſidet plures Terras, taliter, vt nihil poneret de ſuo in dote, ſed minus.*

106 *Subuentio non exigitur à vaſallis abſentibus.*

107 *Subuentio non exigitur ab exteris, habitantibus non numeratis.*

108 *Subuentio non poteſt exigi propria authoritate à Barone, ſed ordine Regiæ Cameræ.*

109 *Baroni, ementi feudum cum vaſallis, debetur adiutorium.*

110 *Debetur pro vna viee tantùm.*

111 *Succeſſori Baronis, ementi aliud feudum, an debeatur ſubuẽtio? reſoluitur cum diſtinctione.*

112 *Baroni, ementi ſecundas cauſas, aut iuriſdictionem criminalem, non debetur ſubuentio.*

113 *Baro propriè dicitur, qui poſſidet iuriſdictionem ciuilem, & ideò debetur ei ſubuentio, non verò poſſidenti criminalem.*

114 *Subuentio debetur Baroni, hoſpitanti Regem in ſua Terra.*

115 *Subuentio debetur à vaſallis habitantibus, non verò à Terra deſtructa, licèt alibi vaſalli habitauerint.*

116 *Quid, ſi ſolùm ſit habitata à Selauonibus, aut exteris, non regnicolis? inquiritur, & reſoluitur cum diſtinctione.*

117 *Baroni, poſſidenti feudum cum pacto de retrouendendo, debetur ſubuentio.*

118 *Quid in Barone vſufructuario?*

119 *Quid in feudo dotali ineſtimato, aut poſſidenti in pignus, aut gaudimentum? remiſſiuè.*

120 *Baroni, poſſidenti feudum in allodium, vel francum, vel in emphytheuſim, debetur ſubuentio.*

121 *Baroni debetur ſubuentio, licèt alius habeat tenutam.*

122 *Adiutorium debetur, etiam pendente lite in demanio.*

123 *Baroni debetur ſubuentio, etiamſi emat feudum cum enormi læſione.*

124 Re-

fiſcalibus, ſoluto tamen intereſſe ab vniuerſitate ob anticipatam ſolutionem.

50 *Perceptores tenentur quolibet anno cõficere numerationem Sclauonum.*

51 *Functiones fiſcales ſunt de regalibus, & poſſunt concedi in feudum, aut in burgenſaticum.*

52 *Feudum poteſt conſiſtere in annuis præſtationibus.*

53 *Augmentum fiſcalium ex augmento fumantium in noua Numeratione, aut decremento poſt venditionem, cuius cedat periculo, & commodo?*

54 *Emptor fiſcalium, cum incremento, & decremento, debet contribuere in expenſis nouæ Numerationis.*

55 *Vendita, aut conceſſa, Terra à Rege alicui, non veniunt Regalia.*

56 *Limitatur, quando conceditur cum omnibus iuribus, & pertinentijs, ſeparabilibus à perſona Principis, aliàs ſecus.*

57 *Limitatur, quando conceduntur aliqua de regalibus, deinde ſequitur ſignum vniuerſale.*

58 *Vendita Terra cum omnibus iuribus, &c. an cenſeantur comprehenſa fiſcalia, acquiſita à Barone titulo particulari ſucceſſiuis temporibus? Inquiritur, & reſoluitur, & adducuntur deciſiones.*

59 *Iura fiſcalia an comprehendantur inter mobilia in loco deſtinato ſolutionis, vel conſtituant tertiam ſpeciem? remiſſiuè.*

60 *Quid, ſi emantur cum pacto de retrouendendo, & an ſubiaceant conſuetudini Neapolitanæ?*

61 *Venditis fiſcalibus in certa quantitate à Regio Fiſco, ſi diminuantur, debent ſuppleri in alia.*

62 *Fiſcalia, & cætera regalia, dicuntur panes ciuiles legales.*

63 *Non poſſunt alienari fiſcalia, & illis alienatis, debet congrua aſſignari pro ſubſtentatione Regis, & poſſunt auferri vrgente neceſſitate.*

64 *Princeps in neceſſitate poteſt vrgere ſubditos ad donatiuum, & auferre bona ſubditorum, per æs, & libram.*

65 *Princeps in neceſſitate poteſt auferre mercedes, & largitiones, ſed cum temperamento.*

66 *Princeps in neceſſitate poteſt imponere ſuperindictum, quod in Regno vocatur donatiuum.*

67 *Vniuerſitates in donatiuis contribuunt per ſocularia, Barones pro feudis, & ciues Neapolitani.*

68 *Ciuitas Neapolitana, licèt non teneatur donatiuo, indicto à Rege, ex priuilegio particulari Ciuitatis; tamen ſecus, quando Ciuitas imponit, ex cauſa vrgentis neceſſitatis Regni.*

69 *Indicto donatiuo, euitatur noua Numeratio.*

70 *A donatiuo non eximuntur vniuerſitates, exemptæ à fiſcalibus ex priuilegio.*

71 *Donatiuum extraordinarium taxatur in carolenis quinque pro quolibet ſoculari,*

72 *Superindictum non poteſt imponi in Regno ex cap. Papæ Honorij, niſi maxima vrgente neceſſitate.*

73 *Functiones fiſcales non poſſunt præſcribi.*

74 *Contra præſcriptionem immemorabilē in Regno datur reſtitutio in integrum pro regalibus ob abſentiam noſtri inuictiſſimi Monarchæ.*

75 *Collectæ in Regno non poſſunt imponi, niſi in caſibus, expreſſis in capitulis Papæ Honorij.*

76 *Adducuntur caſus.*

77 *Princeps, imponens ſuperindictum ex cauſa neceſſitatis, non poteſt in cauſa fieri ſcrupuloſa indagatio.*

78 *Ciues, & vaſalli burgenſes, tenentur dare adiutorium Baroni in quinque caſibus.*

79 *Enumerantur caſus.*

80 *Subuentio debetur à vaſallis Baroni, per æs, & libram, iuxta numerum ſocularium.*

81 *Intellige de ſocularibus effectiuis.*

82 *Inprimo caſu captiuitatis, adducitur ampliatio, etiam ſi moriatur apud hoſtes, aut alius ipſum redimeret, aut fuerit licentiatus abſque pecunia.*

83 *Baro, allegans fraudem in Numeratione, poteſt audiri, ſic è contra Vniuerſitas; ſed interim ſoluendum iuxta Numerationem.*

84 Li-

84 *Limitatur, ſi ſit captus à latronibus, aut pyratis, aut carceratus pro cauſa ciuili, aut criminali.*

85 *Secundum caſum emptionis militiæ pro ſubuentione non practicari tradit Capiblanc. ſed explicatur, & reſoluitur.*

86 *Quid in doctoratu filij, aut fratris? remiſſiue.*

87 *De tertio caſu ſubuentionis pro maritagio, aut monicatione, remiſſiuè.*

88 *Subuentio debetur Baroni, ſi plures filias, aut ſorores eodem tempore nuptui tradat, tam ſpiritualibus nuptijs, quàm carnalibus.*

89 *Subuentio debetur Baroni, habenti plures neptes ex filio præmortuo, aut viuente inope.*

90 *Nepotes Baronis, ſi habeant patrem viuentem, & habilem, non habent ſubuentionem.*

91 *Pater tenetur dotare filias.*

92 *Frater Baro, qui tenetur, in ſubſidium, dotare ſorores, ſed non ratione feudi, an habeat ſubuentionem? remiſſimè.*

93 *Mater, vel auia materna, poſſidentes feudum, an habeant ſubuentionem pro maritagio filiæ, vel neptis? remiſſiuè.*

94 *Subuentio debetur Baroni, etiam, ſi dos ſit legata ſororibus à patre, poſſidente feudum.*

95 *Quid, ſi ſit nupta ſine dote ob pulcritudinem? remiſſiuè.*

96 *Quid in filia ſpuria?*

97 *Adiutorium pro matrimonio carnali exigitur à Barone ad rationem carolenorum quinque pro quolibet fumante, medietas pro matrimonio ſpirituali.*

98 *Vniuerſitas habet dilationem anni à die contracti matrimonij, vel profeſſionis, ſoluendi in tribus ſolutionibus, ſeu tertiatim, & biennij, ſi maritentur duæ filiæ.*

99 *Baro, vendens feudum ante profeſſionem, vel ante celebratum matrimonium, non lucratur ſubuentionem.*

100 *Vniuerſitati pauperi conceditur maior dilatio.*

101 *Adiutorij exactio eſt facienda à ſingulis ciuibus, non ab vniuerſitate.*

102 *Onus adiutorij tangit ſingulos, vti ſingulos, non vti vniuerſos.*

103 *Adiutorium exigitur per æs, & librã, à ciuibus, ſicut functiones fiſcales.*

104 *Ciuis pauper non tenetur ad adiutorium.*

105 *Subuentio non debetur ad rationem focularium, ſi poſſidet plures Terras, taliter, vt nihil poneret de ſuo in dote, ſed minus.*

106 *Subuentio non exigitur à vaſallis abſentibus.*

107 *Subuentio non exigitur ab exteris, habitantibus non numeratis.*

108 *Subuentio non poteſt exigi propria authoritate à Barone, ſed ordine Regiæ Cameræ.*

109 *Baroni, ementi feudum cum vaſallis, debetur adiutorium.*

110 *Debetur pro vna vice tantùm.*

111 *Succeſſori Baronis, ementi aliud feudum, an debeatur ſubuentio? reſoluitur cum diſtinctione.*

112 *Baroni, ementi ſecundas cauſas, aut iuriſdictionem criminalem, non debetur ſubuentio.*

113 *Baro propriè dicitur, qui poſſidet iuriſdictionem ciuilem, & ideò debetur ei ſubuentio, non verò poſſidenti criminalem.*

114 *Subuentio debetur Baroni, hoſpitanti Regem in ſua Terra.*

115 *Subuentio debetur à vaſallis babitantibus, non verò à Terra deſtructa, licèt alibi vaſalli habitauerint.*

116 *Quid, ſi ſolùm ſit habitata à Sclauonibus, aut exteris, non regnicolis? inquiritur, & reſoluitur cum diſtinctione.*

117 *Baroni, poſſidenti feudum cum pacto de retrouendendo, debetur ſubuentio.*

118 *Quid in Barone vſufructuario?*

119 *Quid in feudo dotali ineſtimato, aut poſſidenti in pignus, aut gaudimentum? remiſſiuè.*

120 *Baroni, poſſidenti feudum in allodium, vel francum, vel in emphytheuſim, debetur ſubuentio.*

121 *Baroni debetur ſubuentio, licèt alius habeat tenutam.*

122 *Adiutorium debetur, etiam pendente lite in demanio.*

123 *Baroni debetur ſubuentio, etiam ſi emat feudum cum enormi læſione.*

124 *Re-*

124 *Reſciſſa venditione ex capite læſionis, non reſtituitur adiutorium, ſecus, ſi contractus ſit nullus ab initio.*

125 *Baroni, ementi feudum cum aliena pecunia ſub recognitione, debetur ſubuentio.*

126 *Subuentio debetur à vaſſallis Epiſcopis, aut Prælatis, poſſidentibus feudum, in aliquibus caſibus, ſignanter pro ſua conſecratione, & expenſis bullarum.*

127 *Subuentio differt à ſubſidio charitatiuo.*

128 *Subuentiones, debitæ Regi in Regno, ſunt ratione ſupremi dominij.*

129 *Subuentio debetur Regi in natiuitate Principis primogeniti.*

130 *Limitatur in Barone.*

131 *Baro, præter caſus expreſſos, non poteſt imponere noua grauamina vaſallis.*

132 *Baro non poteſt habere vaſallos angarios, & perangarios, niſi ex priuilegio.*

133 *Vaſalli, aut ſunt burgenſes, aut feudatarij.*

134 *Qui dicantur vaſalli burgenſes, & qui feudatarij?*

135 *Angaria quæ ſit, & quæ perangaria, & ad quid teneantur vaſalli angarij, & perangarij?*

136 *Rex an poſſit nouas angarias vaſallis imponere? remiſſiuè.*

137 *Baro non poteſt huiuſmodi vaſallos poſſidere, ſine titulo, & priuilegio.*

138 *An proſit conſuetudo, aut præſcriptio immemorabilis? remiſſiuè.*

139 *Perſcriptio in caſu, an poſſit interrumpi, & quæ requirantur?*

140 *Vniuerſitati an detur reſtitutio in integrum aduerſus hãc perſcriptionẽ? remiſſiuè.*

141 *Vaſallus angarius non cogitur ſeruire Baroni extra Terram.*

142 *Angarius tenetur ſeruire Baroni arbitrio boni viri.*

143 *Vaſallus angarius tranſmittit hanc ſeruitutem eius deſcendentibus, ſi cõtraxerunt ipſi ciuilitatem.*

144 *Angaria, & perangaria ſuper certis focularibus, aut domibus, ab illis tantùm debet exigi, cum augmento, & decremento.*

145 *Ius angariæ, & perangariæ, an poſſit conſiderari in eius per allectionem, aut incolatum? Reſoluitur negatiuè.*

146 *Adducitur limitatio.*

147 *Vaſallus angarius non poteſt diſcedere à Terra Baronis, & habitare in alia baronali, ſecus in Terra demaniali.*

148 *Vaſallus perangarius non poteſt diſcedere, & habitare nec etiam in Terra demaniali; &, ſi diſceſſerit, poteſt reuocari.*

149 *Vaſallus perangarius non poteſt fieri Clericus ſine licentia Baronis.*

150 *Angaria, & perangaria quomodo probetur?*

151 *Vaſalli Baronis magis dicuntur vaſalli Regis, quàm Baronis.*

152 *Vaſallos offendens, dicitur Regi iniuriam facere, & poteſt bellum intimare contra iniurantem.*

153 *Dans dannum vaſallo, dicitur dare Regi.*

154 *Iniuria, facta vaſallo, dicitur facta Baroni.*

155 *Baro poteſt comparere in iudicio pro vaſallo, & oppreſſum etiam defendere extra iudicium.*

156 *Abbas pro monacho, vniuerſitas pro ciue, poteſt comparere.*

157 *Vaſallus angarius, & perangarius, poteſt duplici modo conſiderari.*

158 *Fiſcalia iura, quæ fuerint temporibus antiquis, & quæ ad præſens?*

159 *Vniuerſitates pro conſtructione Turrium maritimarum ad quæ teneantur? reſoluitur cum diſtinctione.*

160 *Vniuerſitates non tenentur ad præſens ad conſtructionem Caſtrorum, & fortalitij.*

161 *Adducitur limitatio.*

162 *Ciues, & vniuerſitas, tenentur ad refectionem murorum ciuitatis, per æs, & libram.*

163 *Tenentur ad hanc refectionem ciues habitantes, non obſtante priuilegio immunitatis.*

164 *An teneantur perſonæ Eccleſiaſticæ? remiſſiuè.*

165 *Vniuerſitas ciuitatis maritimæ, ſi ſit impotens, releuatur ab onere reficiendi fortalitia, & muros, ſed tenetur Fiſcus, vel cum facultate repetendi expen-*

penſas, aut tranſigendi.
166 Quid fuit practicatum in caſu in Ciuitate Neapolitana?
167 Vniuerſitates tenentur hoſpitare milites in caſu indigentiæ.
168 Hoſpitatio dicitur de regalibus.
169 In conceſſione immunitatis non venit hoc onus.
170 Onus hoſpitij militum dicitur patrimoniale.
171 Ab onere hoſpitandi eximuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, etiam ſi habitent cum conſanguineis laicis, qui tantùm tenentur contribuere in rata expenſarum.
172 Milites, & vniuerſitates, electæ à Barone in Cameram reſeruatam, non tenentur hoſpitari, licèt teneantur ad contributionem expenſarum.
173 Ciues in caſu vrgenti tenentur hoſpitari milites, diſtribuendos per focularia, & hoſpitantes tenentur dare vtenſilia, paleam, & fœnum, ſed non alimenta, ſal, aut oleum.
174 Vniuerſitas hoſpitans debet releuari pro rata fiſcalium, impoſitorum pro hoſpitio.
165 Ex cauſa vrgenti poteſt etiam vrgeri immunis ad hoſpitandum.
176 Si deficiat ſtipendium militibus hoſpitantibus, tenetur vniuerſitas contribuere ſingulis diebus, deinde repetere, vel compenſare cum Fiſco.
177 Diſtributio hoſpitiorum ad quem ſpectet, & quomodo facienda?
178 Hoſpitari quomodo debeant Commiſſarij, milites Campaneæ, & huiuſmodi, quomodo Regij Miniſtri, & ad quæ teneantur vniuerſitates?
179 Milites Campaneæ, dum perſequuntur malefactores, debent habere alimenta ab vniuerſitatibus conuicinis.
180 Vniuerſitates poſt Numerationem tenentur eligere milites equeſtres, & pedeſtres, pro cuſtodia Regni, ad numerum focularium, ſecundùm præſcriptum Regiarum pragmaticarum, ſcilicet quinque pedeſtres, & vnum equeſtrem, pro quolibet centenario.
181 Vniuerſitas tenetur recipere quotannis tumulum ſalis pro quolibet fumante.
182 Exactio ſalis eſt de regalibus, quomodo antiquitus, & quomodo ad præſens fiat, & ad quam rationem pro quolibet tumulo exigatur?
183 In ciuitatibus, in quibus adeſt Regiũ fundicum ex priuilegio, non diſtribuitur ſal per focularia coactè, ſed venditur palàm in Regio fundico.
184 Fiſcus tenetur diſpenſare Monaſterijs Regni tumulos ſex ſalis pro quolibet Monaſterio, et ſi fuerit auctus numerus monachorum, debet augeri.
185 De alijs gabellis Regni remiſſiuè.
185 Deſtructa vniuerſitate, ciues ad nihil tenentur, quia debent ſoluere in loco habitationis; ſecus, ſi pro parte, quia tunc ſoluunt iuxta taxam vſque ad nouam Numerationem.
187 Si vniuerſitas fuerit diminuta notabiliter, debet ſubleuari eum aliquo temperamento, & adducitur modus.
188 Adminiſtratores vniuerſitatis, non facientes explicitum aſſignamentum pro fiſcalibus, & alijs oneribus, poſſunt carcerari, & tenentur ad pœnam pragmaticæ.
189 Ciues debitores collectarum, ſi ſunt moroſi, poſſunt carcerari, exequi, & eius bona poni ſub haſta.
190 Denegans ſoluere collectas, dicitur indeuotus, & infidelis.
191 Vniuerſitas exigit collectas contra ciues, & debitores, ſine figura iudicij.
192 Perceptores carcerant ciues pro debito vniuerſitatis vltra ſummam debitam, ſed malè ſecundùm de Marin.
193 Exactores collectarum, ſi ſunt negligentes in exigendo, tenentur de proprio.
194 Exactores vniuerſitatum, ſi retineant apud ſe pecuniam exactam, tenentur ad intereſſe.
195 Exactores, ſi debitam fecerint diligentiam, & nulla adſit eorum culpa, ad nihil tenentur, ſi ciues fuerint effecti non ſoluendo.
196 Functiones fiſcales, debitæ iuxta Numerationem, ad quam ſummam aſcẽdebant antiquitus, ad quam ad præſens, & quomodo dicantur ordinariæ, aut extraordinariæ?
197 Conceſſa immunitate functionum fiſcalium, non comprehenduntur impoſitio-

ſtiones, quæ priùs erant vniuerſitatum.

198 *Secus, ſi immunitas ſit ex priuilegio, in corpore iuris clauſo.*

199 *Impoſitio pro donatiuo eſt onus extraordinarium, & temporale.*

200 *Impoſitio carolenorum* 48; *indicta anno* 1542. *pro ſtipendio militum, an dicatur ordinaria, & perpetua, an extraordinaria?*

201 *Impoſitiones fiſcales diuerſorum temporum ad præſens in vnum redactæ.*

202 *Pro functionibus fiſcalibus tam Regius fiſcus, quàm vniuerſitas, reſpectiuè, habent tacitam hypothecam in bonis ciuium, & exterorum, pro bonis territorij, cum priuilegio prælationis omnibus alijs creditoribus, etiam priuilegiatis; ſed an præferantur doti, & expenſis funerum? remiſſiuè.*

203 *Fiſcus, vrgente neceſſitate, poteſt cogere vniuerſitates habiles ad ſolutionem functionum ante tempus.*

204 *Fiſcus poteſt compellere conductores gabellarum ante tempus in neceſſitate.*

205 *Fiſcus pro eadem cauſa poteſt cogere ciues locupletes ad mutuandum.*

206 *Fiſcus poteſt vti fiſcalibus, alienatis in neceſſitate, & quid in Regno?*

207 *Conductores gabellarum Fiſci, vel vniuerſitatis, an teneantur in ſolidum?*

208 *Fraudans collectas Fiſci, vel vniuerſitatis, ad quæ teneatur?*

209 *Aliquæ vniuerſitates in Regno, & particulares familiæ, ſunt immunes à functionibus fiſcalibus, & ideo deducendæ à Numeratione.*

210 *Conceſſa immunitate à functionibus, vt ſupra, an cenſeatur conceſſa nouis focularibus?*

211 *Immunitas fiſcalium debet cedere in damnum Fiſci.*

212 *Conceſſa immunitate alicui foculari poſt Numerationē, ex priuilegio Principis, vel in corpore iuris, in cuius dānum cenſeatur conceſſa?*

213 *Quid, ſi hæc immunitas ſit conceſſa alicui, qui non ſit foculare?*

214 *Immunitate conceſſa alicui, pro ſe, & ſucceſſoribus, debet in Numeratione deſcribi, & notari.*

215 *Conceſſa immunitate functionum, an intelligatur de omnibus ſucceſſiuis tēporibus? remiſſiuè; & an comprehendat easdem ingentiſſimæ neceſſitatis, & onera indicta pro publica vtilitate? remiſſiuè.*

216 *Si vniuerſitas ſit immunis à pœna dāni clandeſtini, an ſit etiam immunis ab impoſitione pro Barrigello? remiſſiuè.*

217 *De immunitate, qua gaudent Supremi Miniſtri huius Regni, remiſſiuè.*

218 *Immunitas dictorum pro bonis, quæ poſſident, debet bonificari vniuerſitatibus.*

219 *Præſides Prouinciales, & Auditores Regij, aliique Miniſtri inferiores, non gaudent hac immunitate.*

220 *In appretio Terræ quomodo facienda ſit æſtimatio iuriſdictionis primarum, ſecundarum, & tertiarum cauſarum?*

221 *Quomodo Portulaniæ?*

222 *Quomodo Syclæ?*

223 *Quomodo fiat calculus adohæ pro dictis iuriſdictionibus, & iuribus?*

224 *Quomodo pro Iure baiulationis, & Catapaniæ?*

225 *Quomodo de prouentibus Iuriſdictionis?*

PErfecta Numeratione, & liquidata, & regiſtrata in Quinternionibus Regiæ Cameræ, vt diximus, reſultat taxa fiſcalis, exigenda à qualibet vniuerſitate Regni, iuxta numerum focularioꝛum, & mittitur Regijs Perceptoribus Prouinciarum, cum inſtructionibus circa modum exactionis, Romanorum more, qui ſuos habebant Quæſtores in Prouincijs, *l.2.§.deinde, ff.de origine iuris, l.1.ff.de offic. Quæſtoris*: Necnon numerus foculariorum, ac feudorum, quæ ſunt in redditu Regiæ Curiæ pro exactione adohæ, & aliorū iuriū fiſcalium, ponitur in libro particulari, qui
2 dicitur *liber Situationis Regni*, in quo notantur, vt diximus, omnia feuda, titulata, & non titulata, obnoxia ſolutioni adohæ, releuij, & donatiuorum, quando contingerit fieri donatiuum; & dicuntur fiſcalia, & regale patrimo-
3 nium, & antiquitus appellabantur dohana, ſeu iura dohanarum, in quo genere

nere generaliſſimo complectebantur omnia iura regalia, vt *in conſtit. Regn. bonorem noſtri diadematis, in conſtitut. Magnæ Curiæ,& in cõſtit. Magiſtri Camerarij*,Reg.Mol. *dec.Regiæ Cameræ in tit.de Regijs fiſcalibus*;§.1.*nu*.14. *in tit.de iure dohanarum*, §.6.*nu*.6. *in tit.de col-*
4 *lectis*,§.1. *num*.38. Sed ad præſens ius dohanę eſt redditus particularis Regij patrimonij reſpectu rerum venalium, & mercimonij, & de iure communi eſt de regalibus, *l.inter publica,ff.de verb. ſignific*.& hoc ius dohanæ complectitur plures diritus, & ſolutiones,ſecundũ naturam contractuum, diuerſis reſpectibus,de quibus Mol.*loc.cit.tit.de iure dohanarum*.

5 Quæ ergo exiguntur à quolibet ſoculari,appellantur functiones fiſcales, ex eo quia functio in iure eſt tributi ſolutio,*l.placet*, *Cod.de ſacroſanct.Eccl. l.ſi functiones*, *Cod. de donat. l.ſi minor*, *Cod.de action. empt. l.ſi pendentes*, §.*ſi quid cloacarij,ff.de vſufructu*, Luc.de Penn. *in l*.4. *nu*.1. *Cod.de annon.& tributis,lib*.10.latè Marott. *de bonatenent. cap*.3.*nu*.1.&,vt diximus,connumerantur inter regalia, Iacob.Gall. *conſ*.21. *nu*.7.Pacian.*conſ*.7. *nu*.91. Tomat. *de collect.in principio,nu*.3.Ann.*allegat*.29. *nu*.14.& *allegat*.36. *nu*.6. eſt textus *in*
6 *cap*.1. *quæ ſint regalia*. Et ſunt impoſitæ à Principe ſubditis,pro eorum bonis,perſonis,& induſtria,ratione iuriſdictionis, & imperij, immo ex quaſi contractu inter ſubditum, & Principẽ, *l.munus propriè,ff.de verbor.ſignificatione*,pro bono publico,ſcilicet pro quiete Reipublicæ, & Principis ſubſtentatione,appellantur redditus iuriſdictionis,doctores *in l.ex hoc iure*, *ff.de iuſtitia,& iure,cap*.1. *quæ ſint regalia*, Ancharan.*conſ*.218. Rouit.*in conſ.pro cauſa donatiui, impreſſ.poſt ſecundũ volumẽ conſiliorũ*,Velanz.*conſ*.99.vel,ſecũdùm ſententiam Bartholi,ſunt impoſitæ ratione poteſtatis,reſidentis in Principe, ſuper perſonis,& bonis ſubditorum, *l. omnes populi,ff.de iuſtit.& iure*, quem ſequitur Boſſ.*in tit.de Principe,nu*.112. Certum tamen eſt, hoc fuiſſe de Iure Gentium introductum,*cap. quo ſtante*, 8.*diſtinct*.Reg.Mol. *loc.cit*. Marot. *de bonatenentia,cap*.2. *nu*.2. vt de tributo Reipublicæ Romanæ tempore Auguſti diximus *ſupra*, *de origine Numerationis*,ex Gloſſ. *in l*.1. *Cod.de apocis public.lib*.10.*verb.deſcriptiones*,Canon. *in conſuetud.Burgund. tit*. des *iuſtices*,§.4. *nu*.21.Marott.*vbi ſupra,nu*.4.& nos alibi,Deo dante, fuſiùs de hac materia tractabimus.

7 Fiſcalia huiuſmodi in Regno noſtro antiquitus exigebantur ab vniuerſitatibus Regni, facto generali appretio quotannis facultatum ſubditorum in Ciuitatibus, Oppidis,& Terris Regni, & deinde per æs, & librã,iuxta appretium fiebat taxa vniuerſitatibus, expedita cædula Magiſtris Rationalibus, ſeu Quæſtoribus,pro exactione;& hinc libri Regiæ Cameræ habuerunt nomen *Cedularij*, vt Mol. *in dict. tit. de*
8 *Regijs fiſcalibus*,§.1.*à nu*.14.& hic modus viuendi,& exigendi per appretiũ, durauit vſque ad tempus Alphõſi primi, qui nouiter inſtituit ſolutionem per focularia, & loco ſolutionis per appretium ſubrogauit ſolutionem carolenorum quindecim, & granorum duorum, pro quolibet fumante, cui gratis dabat tumulum ſalis, vt Reg. Mol.*loc.cit*. Thor.*in compend. dec.verb. focularia,pragm*.1.*de iur. & exactionib. fiſcalib*.vbi Rouit. *nu*.1.65. Afflict.*in tit.quæ ſint regalia*,§.*plauſtrorum*,Merlin.*lib*.1.*contr.cap*.2.*nu*.2. deinde tractu temporis á diuerſis Regibus fuerunt impoſitę aliæ functiones, ſecundùm Regni indigentiam,ex cauſis, etiam in corpore iuris clauſis,Reg. Mol. *tit.de immunitat.funct.fiſcal*.§.2.*qu*.5.de Põt. *de poteſtat.Proreg. tit.de regalib.impoſit*. §.2.*num*.9. Marot. *dict.cap*.2.*cap*.4.quæ fuerunt effectæ ordinariæ, licèt ſuperindictæ, vt latè Marott. & Mol.*loc.cit*. Capiblanc. *in pragm*.10. *de Baronib. nu*. 14.Merlin.*dict. cap*.2. vnde ad præſens
9 iura fiſcalia per quinque impoſitiones dicuntur onera rerum, ad inſtar tributi,*l.Imperatores,ff.de publicanis,& vectigalibus*;& quia deſcribuntur in Cata-
10 ſto, facto appretio, ſicut antiquitus, datur Regio Fiſco hypotheca, cum pri-

priuilegio prælationis,quia ipſe in bo-
nis ſubditorum, quando agitur de ſo-
lutione tributorum, & collectarum,
omnem cauſam, quantumuis priuile-
giatam,antecedit, vt optimè,poſt an-
tiquos,Caren.*reſolut*.193. Mantic.*de*
*tacit. & ambig. lib.*11. *tit*.18. Gratian.
dec.17.& in Regno eſt pragmat.5.§.14.
de adminiſtrat. vniuerſit. & latè noſtri,
ſignanter Merlin. *loc.cit*. Marott.*de bo-*
natenent. cap.2. Hodiern. *ad Surd. dec.*
311. Gait. *de credit.quæſt*.11. *cap.4.nu.*
2056.*& in append.nu*.1.*cap*.6. Thor. *in*
Cod.rer.iudicat.lib.2.caſ.27.nu.21. San-
felic.*dec*.239.Gannauer.*dec*.438. *à n*.4.
& dec.41.nu.30. & hæc hypotheca da-
tur, etiam cum eodem priuilegio,ad
fauorem vniuerſitatis, pro bonis, exi-
ſtentibus in territorio, pro exactione
fiſcalium Regiæ Curiæ in bonis ci-
uium,& exterorum,iuxta cataſtum, ex
dict.pragm.5.& Doctores *cit*.de Marin.
ad Reuerter.dec.519.*nu*.2.

11 Hinc infertur,quod Fiſcus,& vniuer-
ſitas,pro tributis, & collectis,præferũ-
tur domino domus conductæ pro cu-
ſtodia,& conſeruatione rerum,Capan.
de iure adohæ, *q*.47. Thor. *in compend.*
dec. par.3..verb. Fiſcus, & domino ta-
bernæ,Reuerter.*dec*.378.de Marin. *ibi-*
dem,& lib.1.quotid. cap.72. Niger *de*
ſubbaſtat.cap.11.§.3.nu.4. Marcian.*diſp.*
47. idem de Marin. *allegat.125.impreſſ.*
poſt ſecundum tomum quotid. Rouit.*dec.*
12 83.Sic etiam expenſis funerum,Thor.
in dicta pragm.3. verb. Fiſcus an præfe-
ratur, & denique doti, & cuique alij
priuilegiato, quia Fiſcus ſemper præ-
uenit cauſam pignoris,*l.28.ff.de iure*
13 *fiſci*,& optime Merlin. *dict.cap.2.n*.34.
Et quæ contra allatam concluſionem
poſſunt adduci, habent locum extra
tributa, & quando Fiſcus contrahit,
vti priuatus,cum alio,cuius bona erãt
anteriori hypotheca affecta, vt Cait.
vbi ſupra,num.1548.& Doctores citati,
Guttier.*lib.5.practicar. qu.99. num*.12.
Regens Conſtant.*l.1. Cod.de iure Fiſci,*
lib.11. Rodriq. *de concurſ.credit. part*.1.
art.2. Taff. *de antefat.obſeru.5. verſ*.5.
nu.30. Conſil.Petra *rit. Magnæ Curiæ*
249.*nu*.7.

14 Ex hoc infertur, vnum notabile,
quod, ſi filius habuerit in vita bona
paterna, etiam pro legitima, tenetur
pro dictis bonis ſoluere collectas præ-
teritas, licèt non ſit hæres patris, de
Pont.*de poteſtat.Proreg. dict.tit.§.8.nu.*
12.vbi Addentes.

Diximus ſupra, quod exactio func-
tionum fiſcalium fit per Perceptores
15 Prouinciarum Regni, quod, vt dixi-
mus, diuiſum eſt per duodecim Pro-
uincias,& vnaquęque ſuum habet Per-
ceptorem, pro faciliori exactione, vt
Pontan.*lib.5.de bell.Neapolit*.Reg.Mol.
de Reg.fiſcalibus,§.1. *nu*.62. & hic Per-
ceptor dicitur propriè exactor tribu-
torum,habens mandatum à Rege, Re-
16 uerter.*dec*.257. *nu*.2. & in Regno eli-
guntur Perceptores Regnicolæ pro
duabus partibus,& pro reliqua ad be-
neplacitum Regis,*vt in pragm.1. de of-*
fic.prouiſion.ſeu diſtribut.faciend. Regni-
colis, Rocc.*in tractat..de offic.rubric*.2.
17 *nu*.38. Et ad eorum officium ſpectat
exigere fiſcalia, quæ debentur à focu-
laribus vniuerſitatum, adohas,aliaque
18 regalia; & tenentur dare fideiuſſionẽ
in Regia Camera in ſumma ſcutorum
10000.de benè,& fideliter adminiſtrã-
do, licèt priùs erat ſcutorum 4000.
pragm.8.de offic.Quæſtorum, de Marin.
arreſt.103. & debet ſe obligare de ſol-
uendo, ſtatuto die, vt in *pragm.50.de*
offic. Procurat. Cæſar. de Marin. *arreſt.*
19 103. Nec poſſunt ſeruire per ſubſtitu-
tum: quia eſt electa induſtria perſonæ,
20 *ex dict.pragm*.50.& tenentur exactam
pecuniam ad Regiam Theſaureriam
generalem Regni tranſmittere quoli-
bet menſe, *ex pragm.56. eod.tit. & ex*
Inſtructionibus, datis dictis Percepto-
ribus, & vnà ſimul cum pecunia bilan-
cium remittere Regiæ Cameræ, dire-
ctum Rationali Prouinciæ,quod etiam
eſt fundatum in iure, *ex l.apparitores,*
Cod. de exactoribus tributorum, lib.10.
l.diuus,Cod.de ſuſceptoribus, & præpoſit.
lib.10.Rouit.*in dict.pragm*.56. de Pont.
de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit.
§.2. *nu*.46. vbi Thor.de Marin. *ad Re-*
21 *uerter. dec*.181. & hoc bilancium cum
cautelis diſcutitur à Regia Camera,
& de-

& deinde ſequitur abſolutio, aut condemnatio,pro reliquis, *l.3.Cod.de exaction.& exactor.lib.12.cap.Regn. nouis, & dict.pragm.*56.Velanz.*conſ.*9. *nu.*14.

22 Et pecunia fiſcalis mittitur cum mulionibus, vulgò Caruggio,cum ſalario Regiæ Curiæ,*ex dict.prag.*56.& debet concomitari per vniuerſitates locorũ, per quæ tranſit, *l.nemo,Cod.de annonis, & tributis,lib.*10.*pragm.*3.§.3. *de offic. Quæſtor.capit.Regn.item ſtatuimus*, de Pont.*loc.cit.num.*49. qui addit *nu.*55. quod in aſſociatione debet Fiſcus expenſas adminiſtrare populis, ſed malè hoc ſeruari, ſequitur Reg. de Marin. *loc.citato*.

23 Dicta pecunia exacta venit in poſſe Theſaurarij Maioris,*pragm.*2.§.2.3. 4.*pragm.*3.§.5. *de offic.Quæſtor.*qui nequit ſoluere, ſine Proregis mandato, *pragm.*33.*de offic.Procurat. Cæſar.pragmat.*4.§.4.*de offic.Quæſtor.*de Pont. *vbi ſupra,*§.3.*nu.*3.vbi Thorus.

24 Si Perceptores ſunt moroſi in trãſmittenda pecunia,& poſtmodum amittatur in itinere, tenentur de proprio, Reuerter. *dec.*181. ſic etiam, ſi in illa tranſmittenda non adhibuerint diligentiam,ſecundùm Inſtructiones, & fuerit capta à latronibus, aut aliquo alio modo deperdita: quia tenentur de leuiſſima culpa, Reuerter. *dec.*182. licèt amiſſio ſit caſualis: quia non excuſat caſus, quando præcedit culpa, *l.in rebus,l.ſi vt certo,§.nunc videndum, ff.commodati*, Reuerter. & de Marin. *vbi ſupra*.

25 Interdum pecuniã exactam Regius Perceptor ſoluit,in partibus, militibus Campaneæ, cuſtodibus Turrium maritimarum,Regijs Caſtellanis, alijſque miniſtris, *pragm.*2.*de offic. Quæſtor.* vt obſeruatur in hac Prouincia Hydruntina; ſed hæc ſolutio non poteſt fieri abſque mandato Proregis, inſerto, & relato in libro Scribæ portionis,*pragm.*
26 6.§.1. *de offic.Quæſtor.* & hæc ſolutio Regijs prouiſionatis debet fieri integra,non obſtante aliquo prætextu,aut ſpontanea donatione, ſub pœna quatrupli, & vnciarum quinquaginta,Regio Fiſco,& priuationis officij, vt Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*349.
27 & exigentes ab vniuerſitatibus plus debito,tenentur ad duplum, *l.*1.*Cod.de ſuperexactorib. lib.*10. & ſi ſæpiùs hoc
28 patrauerint,puniuntur pœna capitali; Si verò aliquid ab Vniuerſitatibus pro dilatione exactionis extorſerint, dicitur commiſiſſe baratariam, & incidũt in crimen legis Iuliæ repetundarum, *l.*1. *dict. tit.* & ex hoc delicto quidam Regius Perceptor fuit condemnatus ad remigandum per ſeptenniũ,ad ſoluendos ducatos 500. Regiæ Curiæ, & ad reſtitutionẽ indebitè extorti, apud
29 de Marin.*dec.*260.Immo tenetur Perceptor de extortionibus,commiſſis per eius vxorem,fratres,filios,et famulos, quos ſecum habet, Menoch. *de arbitr. cent.*4.*caſu* 245.de Marin.*ad Reuerter.*
30 *loc. cit.* et poteſt de triennio in triennium inquiri,et ſyndicari, *pramg.*8.*de*
31 *offic.Quæſtor.*verùm,ſi deliquerit in nõ concernentibus eius officium, poteſt Regia Audientia capere informationem, et eam tranſmittere ad Regiam Cameram; et, ſi delictum ſit graue,et periculum ſit in mora,poteſt carcera-
32 re,vel relaxare eum cautione; ſed tamen non poteſt Regia Audientia ſe ingerere in concernentibus eius officium, nec vllo modo exactionem impedire,*pragm.*80.§.2.*de offic.iudicis.*

33 Et licèt hactenus adducta ſint iuſtiſſimè diſpoſita à Regijs ſanctionibus, tamen vniuerſitates contrarium experiuntur cum dictis (pace bonorum ſit dictũ), quia,varijs quæſitis coloribus, per ſe, vel per interpoſitas perſonas, extorquent, vexant ſyndicos,& adminiſtratores, prætextu exactionis pecuniæ fiſcalis,quando ſtatim non poſſunt ſoluere ob paupertatem,& miſerias;& hac occaſione Adminiſtratores ad redimendam vexationem,pecuniam,aut dona tranſmittunt de ſanguine pauperũ alias Cõmiſſarij, qui aſſiſtunt per integrum annum, & cum ipſis dietas diuidunt, & de pecuniæ fiſcalis introitu pro Regio Fiſco verbum nullum; & licèt pluries per religioſiſſimos Proreges, & Miniſtros huic morbo,tam Reipublicæ exitiali, fuerit obuiam itũ,

cum medelis, nunquam tamen fuit eradicatum: quia miras per artes, ſemper graſſatur; ſed, ſi Principis humani eludunt authoritatem, non tamen euitabunt æternæ, & omnipotentis Maieſtatis iudicium, quæ ſcrutatur corda hominum, & Hieruſalem cum lanternis.

34 Ampliatur concluſio, vt Perceptor non poſſit palàm, aut occultè, directè, vel indirectè, aliquid emere, in loco, in quo degit, niſi pro eius vſu, nec animalia retinere in paſcuis, nec ab vniuerſitatibus ſubditis aliquid recipere pro retardandis ſolutionibus, aut reſtituẽdis exequutionibus, etiam ſi ſint eſculenta, vel poculenta, á ſponte dantibus, ſub pœna amiſſionis prouiſionis vnius anni pro vna vice, & pro alia, priuationis officij ipſo iure, alijſque pœnis, ſecundùm menſuram delicti, *pragm.* 1. §. 1. *& pragm.* 48. *de offic. Pro-*

35 *curat. Cæſar.* Nec etiam poſſunt exer-

36 cere mercaturam; aut bona, exequuta pro debitis fiſcalibus, ſubhaſta eme-

37 re; nec etiam petere poſſunt officia baronalia à Baronibus ſuæ Prouinciæ, aut beneficia, & dignitates, á Prælatis, *pragm.* 5. §. 2. 3. *pragm.* 13. §. 4. *de officialibus, & quæ his prohibeantur, pragm.* 7. §. 4. *de offic. Iudic.*

38 Tenentur, vt diximus, Perceptores exigere non ſolùm id, quod debetur Regiæ Curiæ, pro præſenti, ſed etiam reſiduum prædeceſſorum, *l.* 1. *Cod. vt nulli ruſtic. lib.* 10. *l. ſuſceptores, Cod. de ſuſceptorib. l. miſſi opinatores, Cod. de exactionib. tribut. lib.* 10. etſi non exigunt, tenentur de proprio, Reg. Mol. *tit. de exactorib. funct. fiſcal.* §. 3. *quæſt.* 4. Et

39 debent notare genus pecuniarũ exactarum cum alagijs, Surd. *conſ.* 391. *nu.* 34. Rouit. *in pragm.* 1. *de offic. Quæſtor. n.*

40 6. Tenentur enim omne genus pecunię recipere, *l.* 1. *Cod. de veteri numiſmate, lib.* 10. *cap. idem, quod recipiatur* Mol. *vbi ſupra.* §. 2. *nu.* 6.

41 Et, ſi vniuerſitas aſſignauit redditus Regio Perceptori, pro ſolutione fiſcalium, ſignanter taxam ciuium, et ciues per æs, et libram, iuxta taxam ſoluerunt, ſi pecunia ſit diſſipata, non poteſt Perceptor inquietare ciues, aut nouos Syndicos, et Electos, ſed tantũ Adminiſtratores illius anni, vt fuit deciſum à Regia Camera in caſu Ciuitatis Neritoni cum Regio Perceptore, ad relationem eximij illius viri Hortẽtij Pepe, Regij Conſiliarij, et Præſidentis Regiæ Cameræ, audito Fiſco, 11. Octobris 1666. Acta ſunt in Banca Diodeſij, Actuarij Regię Camerę, Bortona Scriba, *& in libro Notamentorum.*

42 De exactionibus, factis ab vniuerſitatibus, debet Perceptor conficere apocam, quæ vulgò dicitur *cedola, pragm.* 1. §. 9. *de offic. Procurat. Cæſar.*

43 Et ſi exactam pecuniam fiſcalem penes ſe notabili tempore retineat, et conuettat in proprios vſus, aut in negotiationẽ, vltra pœnas, de quibus in *l. Iulia peculatus,* incurrit etiã inflictas contra participantes, *l.* 1. 2. *C. de his, qui ex public. ration. mut. pecun. acceper.* Reuerter. *dec.* 14. *nu.* 2. vbi Add. *n.* 2. *&* 19. *& dec.* 226. *nu.* 2. de Pont. *de poteſtate Proreg. tit. de regalib. impoſit.* §. 3. *à n.* 1. Montan. *in pragm.* 5. *de adminiſtr. vniuerſit.* idem de Pont. *dec.* 7. tenetur ad pœnam nonupli, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 177. licèt de Pont. *loc. cit.* dicat, eſſe pœnam quatrupli, vide *pragm.* 46. *de offic. Procurat. Cæſar.* cuius diſpoſitio eſt conſentanea iuri communi *l.* 1. 2. 3. *Cod. de his, qui ex public. collect. lib.* 10. Burat. *conſ.* 325. *nu.* 14. pœna tamen quatrupli eſt, ſi aliquid exigat à militibus, et alijs, de Marin. *arreſt.* 299.

44 Pro adminiſtratione ſunt tacitè hypothecata ad beneficium Fiſci bona Perceptoris, *l. aufertur,* §. *fiſcus, ff. de iure fiſci,* Reuert. *dec.* 65. vbi Reg. de Marin. *nu.* 4.

45 Si Perceptor mittat recta via pecuniam fiſcalem ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, ſi valor intrinſecus, vel extrinſecus, ſit diminutus, cedit in damnum Fiſci; ſecus verò, ſi non recta via, aut fuerit moroſus in tranſmittendo: quia tunc cedit in eius damnum, vt Regia Camera *apud de Marin. arreſt.* 141. 142. 144.

46 Item

46 Item tenetur Perceptor priuſquam exigat pecuniam fiſcalem ab vniuerſitatibus, intimare ſolutiones faciendas debito tempore,quo elapſo,poteſt exigere,& exequi etiam perſonaliter, *l.2. Cod.de largition.tit.lib.*10. de Pont. *loc. cit.*§.2.*nu.*4.Sed tamen debet expectare per alios decem dies, incipiendos à die lapſus temporis,*pragm.*7. de *commiſſarijs*, & ſic non debet illico exequutores mittere,ad euitandum damnum vniuerſitatum, *l.2. Cod.de indicto, lib.*11.de Pont.*loc.cit.*§.2.*nu.*9.

47 Sed an poſſit ciuis, qui ſuam ratam ſoluit vniuerſitati, ſecundùm æs, & libram, moleſtari pro integro debito vniuerſitatis, & exigi in ſolidum? Reſpondetur negatiuè: Ratio eſt quia, aliàs quis teneretur pro alterius debito,quod iura valde abhorrent, *vt in toto tit.Codicis,ne filius pro patre, & ne vxor pro marito*; & dato,aliquos ciues non eſſe ſoluendos,tunc debet cedere pro portione in damnum omnium, & non vnius,vel aliquorum ciuium,& ſic in puncto tenent Reg.Mol.*de exactor. funct.fiſcal.*§.3.*qu.*3.Reg.de Marin. *lib. 2.quotid.cap.*247.*nu.*6.ſed tamen in noua Numeratione ſunt deducendi impotentes in damnum Fiſci, de Pont. *loc.cit. nu.*8. licèt malè ſeruari aſſerat à Perceptoribus:quia non credunt æternitati, & faciunt tradita per Velanz. *conſ.*99.*a nu.*40.*lib.*1.de Pont.*de poteſt. Proreg.tit.de regalib.impoſit.* §.1. *à n.*9.

48 Verum tamen eſt, quod pro debito vniuerſali, ciuis poteſt carcerari,relicta exequutione reali, *l.abſtinendi,Cod. quor.appellat.non recip.*Reuert.*dec.*518. etiam ad inſtantiam vniuerſitatis,quæ habet priuilegium Fiſci, Reg. de Ma-
49 rin.ad *Reuert.dict.dec.nu.*2. Sicuti poteſt vrgere debitores,aut conductores vectigalium,ſoluere ante tempus, ſoluto intereſſe, ad inſtar Fiſci, Gloſ.& Bald.*in l.1.Cod.de condit.ex leg.* Garrode *excuſſ.bonor.part.2.quæſt.*53. Loſ. *de iure vniuerſit.par.3.cap.6.n.*2. Theſaur. *lib.2.forenſ.qu.*54.Thor. *ad de Pont.de poteſt.Proreg.tit.*7.§.8. *n.*13. Conſil.Petra *ritu M.C.*170.*nu.*6.

50 Et denique debent Perceptores quolibet anno numerare focularia Sclauonum, degentium in eorum prouincia, & Numerationem præſentare cum ſuo computo in Regia Camera, aliàs tenentur iuxta Numerationem antecedentem, & ſupplebitur dicta Numeratio ordine Regiæ Cameræ eorum expenſis, de Marin.*arreſt.*22. Reliqua, pertinentia ad officium Perceptoris,vide in *pragm.ſub tit.de offic.Quæſtor.& de offic.Procurator.Cæſar.*

51 Functiones fiſcales, de quibus dictū eſt, poſſunt à Rege concedi, aut vendi, in feudum, aut in burgenſaticum, & sūt de regalibus,Camill.de Medic.*cōſ.* 51.52.Loffred.*in ſua paraphraſi feudali, cap.*1. §.*quæritur, nu.*7.*de controu.inueſtit.* Fab.de Ann. *conſ.*61. Ioann. Vincent.de Ann. *allegat.*29. Reg.de Curt. *diuerſorio feudal. part.*1.*cap.*16.19. Ca-
52 pyc.Latr. *dec.*37.*nu.*1. feudum enim poteſt conſiſtere in annuis præſtationibus,& introitibus,Andr.*in capit.*1.§. *ſciendum,nu.*2.*de feud.cognit.* quam ſequuntur ibidem Aluarot. *num.*4. Laudenſ.*nu.*8.9. Capyc.Latr.*dec.*37.*num.*3. licèt in dubio cenſentur conceſſæ in burgenſaticum,de Pont.*dec.*2.*nu.*10.

53 Sed an augmentum fiſcalium, proueniens ex augmento fumantium in noua Numeratione, poſt venditionem,aut conceſſionem,cedat ad beneficium emptoris,aut ceſſionarij,vel Fiſci,& ſic è contra,quando adeſt decrementum? Hæc controuerſia pluries fuit in Regno noſtro diſputata,& à noſtris examinata, & in Regia Camera diuerſis temporibus contrarias habuit determinationes, & hoc ex diuerſitate conceſſionum, & ſignanter fuit diſputata in cauſa Regij Fiſci cū Ill.Duce Neritoni in conceſſione Regis Federici anno 1497. & inueſtitura Ciuitatis Neritoni cum titulo Marchionatus, conceſſa ſtrenuo, & ſapientiſſimo viro D.Beliſario Aqueuiuo,digniſſimo filio Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi viri D.Iulij,Ducis Adriæ,qui pro fide,& ſui Regis tutela, poſt inſignes victorias,& res geſtas in bello Hydruntino contra Turcas,occubuit anno 1480. vt ex hiſtorijs; quæ deinde fuit confir-

mata

mata ab Inuictiſſimo Imperatore Carolo V. felic.memor.ad beneficium Illuſtriſſimi Ioannis Bernardini Aquauiui, Ducis Neritoni,eius filij,cum titulo Ducatus anno 1530. vt ex priuilegijs,regiſtratis in Regia Siela , & partes Ducis contra Fiſcum ſubſtinuerũt inſignes viri, ſcilicet Camillus de Medic.Fabius de Ann.*loc.cit.*de Pont.*conſ.* 30. *lib.*2. Andr. de Georg. *allegat.* 43. Vera tamen mihi videtur reſolutio,vt ſit attendenda forma conceſſionis , & priuilegij:ſi enim conceduntur fiſcalia per verba præſentis , & futuri temporis , vt puta *concedo tibi functiones debitas , & debendas* , & tunc venit augmentum;ſic etiam ſi per verba expreſſa , vt *concedo functiones cum eorum augmento* : aut conceduntur taxatiuè, ſcilicet ad certam ſummam, vel cum dictione hactenus , ſcilicet *functiones hactenus debitas*, & tunc augmentum eſt Fiſci; vel denique conceſſio loquitur indefinitè,ideſt *concedo cum iuribus fiſcalibus,prout poſſidentur, &c.* abſque vlla taxatione,& tũc etiam venit augmentum ex vi acceſſionis, et identitatis, argumento *l.inter* , *§.cùm inter,ff. de pact. dotal. l.etiam, Cod.de iure dot. cap.quoniam circa,de priuileg.* latè Camil.deMedic.*dict.conſ.*51. Ann.*dict.cõſ.* 61.Rouit.*inpragm.*1.*de iuribus,& exactionib.fiſcal.à nu.*8.latè Reg.Mol. *de exact.fiſcal.*§.3.*qui in* §.6. agit,an debeat percipere augmentum donatiui? Reuerter. *dec.*342.*&c.* ibi Regens de Marin.*& arreſt.*79.80.81.82. & in caſu,

54 quo ſpectat augmentum , debet contribuere pro rata in expenſis Numerationis , erogatis à Regio Fiſco , de Marin.*arreſt.*263.

55 Sed vendita Terra, aut Caſtro à Rege, aut conceſſa gratuito ob ſeruitia, non veniunt regalia , niſi ſpecificè exprimantur,Gaſp.Velaſc.*in l.Imperium, ff.de iuriſdict. omn.Iudic.* Menoch. *de præſumpt.lib.*3.*præſumpt.*47.*nu.*41. Roland.*conſ.*42. *num.*2. *volum.*2. Reg.de Curt. *in diuerſor. iur.feud.* §.*multoties, nu.*44. Buccer.*in tract. de regalib.cap.*4. illa enim ſunt annexa, & inſeparabilia à Corona, Vult.*lib.*1.*de feud.n.*7.Andr. Gilchen.*de iur.territor. cap.*1.*nu.*426. Petr.Gregor.*de conceſſ.feud.par.*7. *qu.*5. *à nu.*1.Bilott.*in ſuis concluſ.feudal.concluſ.*58.de Pont.*dec.*2.*n.*21. Capiblanc. *in pragm.*8.*de Baron. nu.*151. Annechin. *apud Nouar.de grauamin.vaſall.tom.*3. *grauamin.*72.

56 Quod tamen limitatur quando cõceditur Caſtrum, non ſolùm cum mero,& miſto Imperio , ſed cum omnibus ſuis iuribus, & pertinentijs , Cæphal. *conſ.*150.*nu.*7.*& conſ.*539. *nu.*16. Affl. *in capit.*1. *in verb. argenteriæ ,de Capitan. qui Cur.vendid.* ſi tamen ſunt ſeparabilia à perſona Principis , & per conceſſionarium valeãt poſſideri , Luc. de Penn. *in l.*1.*Cod.de priuileg. ſcholar. lib.*12. Buceer. *loc.cit.nu.*8. Peregrin.*de iure Fiſci, lib.*1.*tit.*2.*nu.*10. Bammacar. *in commentar. ad tit. ſi de feud. defunct.*

57 *fuer.controu.qu.*15.*nu.*158.Item limitatur,quando conceditur Caſtrum cum omni iuriſdictione. Item quando conceduntur aliqua de regalibus, & deinde ſequitur , *& quæcunque alia iura*; Iaſ.*conſ.*45.Crauett. *conſ.*209. *num.*10. Peregrin.*loc.cit.n.*100. Andr.Chilchen. *de iur.territor. cap.*1. *nu.*349. *& de veſtit.pact.part.cap.*1. *num.*105. nec non ſi adſit illa clauſula, *aliſque iuribus, rationibus omnibus* , *& pertinentijs omnibus, & quibuſcunque, cum iuribus focul̄ariorum* , *& ſalis*, Petr.Gregor. *de conceſſ.feud. par.*7. *qu.*1. & in terminis illius clauſulæ Camill. de Medic. *conſ.* 152. *à nu.*78. Staiban. *conſ.*94. & latè Capyc.Latr.*lib.*1.*conſult.*52.*à nu.*4.

58 Sed dubitatur , an vendita Terra, poſſeſſa ab aliquo veniant functiones fiſcales, acquiſitæ titulo particulari à Regio Fiſco in feudum, aut in burgenſatieum, etiam ſi in iſtrumento ceſſionis dicatur , *cum omnibus corporibus feudalibus,& burgenſaticis,redditibus*,& cũ clauſula *quomodocunque , ſi,& prout tenet,& poſſidet,cum omnibus iuribus, & pertinentijs*? Reſpondetur negatiuè: quia dicta verba vniuerſalia,& clauſulæ ampliſſimæ , non comprehendunt , niſi ea, quæ pertinent ad Terram,aut Caſtrum, vti ipſius membra, per modum vniuerſitatis ipſi annexa, tanquã inte-

integrum corpus, non verò ea, quæ ſunt ſeparata, & titulo particulari acquiſita, Reg. de Pont. *conſ.*63. Ann. *conſ.* 100. Andr. de Georg. *allegat.*10. Mocc. *in ſilua caſ. ſ. reſ. ſ. cap.*18. 19. 20. 21. aut functiones fiſcales non comprehendūtur, aut dici poſſunt eſſe adiacentia feudo, ſed ſunt quid ſeparatum, debitum à vaſallis Regi, vti ſupremo Domino, Reuerter. *dec.*172. vbi de Marin. *nu.*1. & faciunt tradita *ſupra* de regali conceſſione, in qua non veniunt, niſi ea, quæ competunt Regi, vti Domino particulari, non verò vti Domino vniuerſali Regni, vt ſunt functiones fiſcales, Reuerter. *dec.*344. ſic in puncto de Pont. Ann. de Georg. & Mocc. *loc. cit.* Capyc. Latr. *deciſ.*37. vbi Addentes, *Reuert. decſ.* 172. & nouiſſimè Conſil. Petr. *rit.*,*iſ.C.*60. *nu.*7. *verſic.* & *vendito.* Et licèt videatur, contrarium fuiſſe deciſum in caſu Sereniſſimæ Reginæ Poloniæ cum Domino Marchione Capurſi, pro quo ſcripſit Camill. de Medic. & obtinuit *in conſ.*7. contra de Pont. de Georg. & Fab. Marcheſ. qui partes Reginæ tuebantur; hoc tamen proceſſit, quia legatum erat conceſſum ampliſſimis verbis, iura fiſcalia exigebantur promiſcuè, & deſtinatione patris familias erant feudo vnita; ac etiā quia fuit teſtibus probatum, teſtatorem ea comprehendere voluiſſe, ideo potiùs quæſtio fuit facti, quàm iuris, vt benè ex voto Conſil. Morr. Gypt. in addit. ad Capyc. Latr. *dec.*37. Reg. de Marin. *ad Reuerter. dict. dec.*172. ſed tamen regulàriter non comprehenduntur in legato, aut donatione, vt Doctores citati, & Ann. *allegat.*36.

59 Sed an hæ functiones fiſcales comprehendantur inter immobilia in loco deſtinatæ ſolutionis, & vt exiſtentia in diſtrictu, aut vti incorporalia conſtituant tertiam ſpeciem? vide Amat. *conſ.*77. Rouit. *in pragm.*1. *de iurib.* &

60 *exactionib. fiſcalib. à nu.*65. vbi quid ſi emātur cum pacto de retrouendendo? Prouenzal. *in conſuetud. ſi moriatur, obſeruat.*17. *nu.*13. Montan. *controu.*8. *nu.*7. Galeot. *lib.*2. *controu. cap.*22. *nu.*44. Reuerend. de Luca *ad Franc. dec.*93.

61 Si fiſcalia vendantur à Regio Fiſco in certa quantitate, percipienda ſuper aliquibus iuribus, & deinde in noua Numeratione focularia dictæ Terræ diminuantur, debent aliunde ſuppleri, Liparol. *ad Andr. Iſern. in cap. Imperial.* §. *illud quoque*, *de prohibit. feud. alienat.* per Federicum.

62 Hæc iura fiſcalia, ſicuti cætera regalia, aut demanialia, in quantum reſpiciunt conſeruationem Regni, Principis ſubſtentationem, & decorem, dicuntur panes ciuiles, vt habetur *in l. final.* §. *præterea*, *Cod. de iur. dot.* & *in l. benè à Zenone*, *Cod. de quatrien. perſcript.* Gloſ. *in capit. ſciendum*, *de feud. controu.*

63 Zaſ. *de feudis, par.*4. ideoque non poſſunt alienari: quia eſſet contra bonum publicum, & oporteret de nouo ſubditos grauare, Larr. *allegat. fiſcal.*17. *n.*27. *par.*1. Prat. *lib.*2. *diſcept. cap.*18. *nu.*79. & *practicar. obſeruat. cap.*100. *lit. M.* vide Molfeſ. *in proæmio conſuetud. Neapolit. qu.*6. Paſchal. *de patria poteſt. p.*1. *cap.*1. & ſi de facto alienantur, debent ſuppleri aliunde, vt dos congrua remaneat pro ſubſtentatione Regni, & Regiæ Coronæ; immo, vrgente neceſſitate, poteſt Fiſcus ab emptoribus, & poſſeſſoribus auferre, Prat. *loc. cit. lit.* C. Velanz. *conſ.*99. *edito pro Regio donatiuo*, Sanfelic. *diſcept. vnic. pro eadem materia*, *poſt primum volumen deciſionum*, & *in addit. in* 2. *tom.* Rouit. *in eadem materia*, *in conſultat. impreſſa poſt primum volu-*

64 *men conſiliorum*: Princeps enim, vrgente neceſſitate, poteſt bona ſuorum ſubditorum auferre: quia in dicto caſu dicitur Dominus, non ſolùm quo ad protectionem, & iuriſdictionem, ſed etiam quo ad diſpoſitionem, vt ex Doctoribus, & Theologis, fundant Prat.

65 Rouit. Sanfelic. Larr. et Velanz. cit. ſicuti etiā poteſt ſuſpēdere largitiones, & mercedes, quas elargitus eſt ſubditis vt Rouit. et Velanz. *loc. cit.* Amaia *in l.* 3. *nu.*36. *in fine*, *Cod. de annon.* & *tribut. lib.*10. Delben. *de parlamento, dub.* 7. Reg. Conſ. Altimar. *ad dict. conſult. Rouit. nu.*22. et pluries fuit practicatum in Regno, licèt aliquando cum temperamento, ſcilicet reſtaurationis, & refectionis, ad beneficium aſſignatariorum

rum aliunde,aut temporalis ſuſpenſionis, vel compenſarionis cum lucris, habitis à Regia Curia, vel reſtitutionis partis pecuniæ, ſicuti magis expediens videbitur Regijs Miniſtris, ad excludendum grauamen ſubditorum, ex doctrina Ferdinand. Vaſq. *controu. illuſtr.lib.1.cap.3. nu.*8. Prat. *vbi ſupra lit.K.* Velanz.*loc.cit.nu.*29.

66 Ex eodem principio vrgentis neceſſitatis,ſi non poteſt alia via occurri, poteſt Princeps imponere ſuperindictum,& in Regno appellatur *donatiuũ*, quod imponitur in toto Regno in comitijs publicis Ciuitatis Neapolitanæ, in quo conueniunt Electi Platearum, Barones Regni, & Procuratores vniuerſitatum demanialium, ex doctrina Bouadill. *in ſua polytica,lib.*5.*cap.* 5.*nu.*3.Parlator.*lib.*1. *quotid. cap.*3. *nu.* 13. Marg. *lib. del Gouernador. cap.*16. Caſtill. *de tertijs debitis*, *cap.*9. Sanch. *tom.*1.*conſ.lib.*2.*cap.*4.*dub.*2.*n.*5. Amaia *loc.cit.nu.*37. Velanz. & Rouit. *loc.cit.*

67 & in donatiuis contribuunt vniuerſitates Regni pro focularibus,Barones pro feudis, & Ciuitas Neapolitana, vt occaſione donatiuorum pluries practicatum refert de Pont. *de poteſt. Proreg.tit.de regalib. impoſit.à nu.*17. *& conſ.*30. Surg.*de Neapol. illuſtrat.cap.*8. & de iuſtitia dicti donatiui laté agunt Velanz. Rouit. & alij cit. Rocc. *de offic.tit.de donat. Regi faciend.*§.5.Add. *ad de Pont.loc.cit.*

68 Et licèt Ciuitas Neapolitana ex particulari priuilegio non valeat indicere ciuibus, & habirantibus exactionem pro donatiuo, vel alia impoſitione à Rege,vel Prorege, ex priuilegio Magni Capitanei,*cap.*27.*f.*31. 32. Regis Catholici,*f.*44.de Pont. *dec.*14. *nu.*23.tamen intelligitur, quando donatiuum imponeretur à Rege, non tamen quando Ciuitas ex cauſa vrgenti faceret donatiuũ, vt declarat Rocc. *loc.cit.nu.*85. *verſic. id tamen intelligerem.*

Ex cauſa dicti donatiui euitatur noua Numeratio, exquo ſubleuantur vniuerſitates ab expenſis, vt Velanz.

70 *loc.cit.nu.*49.& Rouit. *d.conſ.nu.*15; & à præſtatione donariui non eximuntur Ciuitates,vel alij particulares, qui sũt immunes ex priuilegio à fiſcalibus: quia hoc imponitur pro communi vtilitate, Conſtant.*in l.ſi quis Decurio,nu.* 44.*Cod.de Decurion. lib.*10. Sanfelic. *in addit.ad dict.diſcept.de donatiuo,nu.*33. licèt priuilegium immunitatis ſit conceptum generalibus verbis: quia non venit,niſi exprimatur, Reg.Mol. *deciſ. Regiæ Cameræ,tit. de iur.adohæ*, §.4.*qu.* 4.RegiaCamera *apud de Marin.arreſt.* 37.211. 517. & imponitur ciuibus pro modo facultatum per æs, & libram, Montan.*controu.*59. Addent. *ad Rouit.*

71 *loc.cit. nu.*12. & donatiuum extraordinarium taxatur vniuerſitatibus in carolenis quinque pro foculari, de Curt. *in diuerſor.feud.* §.*cum igitur, à nu.*51. Thor. *in addit. ad de Pont.de poteſtat.Proreg.tit.de regal.impoſit.*§.1.*ad num.*19.

72 Et licèt in Regno non poſſit imponi ſuperindictum *ex capit. Papæ Honorij*; fallit tamen vrgente neceſſitate,*l.* 1.*Cod.de municip.non ſe excuſand.lib.*11. Sanfelic. *vbi ſupra, nu.*33. Addent. *ad Rouit.loc.cit. à nu.*15. qui plures limitationes adducit capituli Papæ Honorij,Tap.*dec.*23.*à nu.*52.Larr.*allegat. fiſcal.*59.60.*lib.*1.& de materia donatiui, vide laté Rocc.*de offic. loc.cit.* qui plura,ſcitu digna, adducit, de Pont. *loco citato.*

73 Et ſi,vt diximus,functiones fiſcales, & aliæ præſtationes,quæ ſunt de regalibus,ſunt inalienabiles, multo magis ſunt impræſcriptibiles, etiam ſi concurrat tempus immemorabile, eſt textus *in l.competit,Cod.de perſcript.*30. *vel* 40.*annor.*Bald.*in l.*1.*nu.*6.*Cod.de annal.except.*Abb.*conſ.*62.*lib.*2.*columñ. penult.* Boſſ.*de Fiſco, nu.*86. & eſt conſtit.Regn. *conſuetudinem prauam,* conſtit. *etſi dubitatio,*& conſtit. *quadragenalem,* latè Pater Afflict.olim Cauenſ. Epiſcopus, *in additionibus ad controu.* 46.47.*num.*119.130. de Marin. *allegat.* 113.*poſt ſecundum tomum quotid.*Immo

74 ſi qua daretur præſcriptio immemorabilis,contra ipſam daretur reſtitutio in integrum propter abſentiam Regis noſtri

noſtri à Regno, Pater Affliĉt.*loc.cit.nu.* 135.140. An hæc præſcriptio detur cōtra Vniuerſitatem ad beneficium ciuis, vel exteri,poſſeſſoris bonorum in Territorio, pro collectis? vide Ann. *conſ.*59.60.*lib.*1.& quid contra Fiſcū? vide Reuerter. *dec.*309. vbi Addentes.

75 Diximus, non poſſe regulariter in Regno imponi noua collecta vltra id, quod eſt ſtatutum in capitulis Papæ Honorij,in quibus tanrùm conceditur imponi in quatuor caſibus extraordi-
76 narijs: Primo ſcilicet pro defenſione Ciuitatis, ſi obſideatur ab hoſtibus, aut in caſu rebellionis: Secundo pro redimendo Rege ab hoſtibus: Tertio pro emenda militia, pro ſe, filijs, vel fratribus,etiam vterinis, vel pro ornatu cinguli militaris: Quarto, pro maritanda filia, nepte, aut alia deſcendenti. De his capitulis Papæ Honorij latè meminit Andr. *in cap.imperialem*, & *in conſtit.quamplurimum*, & *in conſtit. honorem noſtri diadematis*, Affliĉt. *in conſtit.dilationes*, *in conſtit.poſt mortem*, & *in dict.cap.imperialem*,*de prohibita feud. alienat. per. Federic.* & alij, relati per Moles *de Regijs fiſcalibus*, §. 1.*à nu.*1. & 88. & *ſequentib.* & *tit.de collectis*,Capiblanc. *de Baronib.pragm.* 10. *nu.*45. Taſſon. *in pragm.de anteſat. verſic.*4.*obſeruat.*3.4.de Pont.Sanfelic. & alij, *vbi ſupra*, & eſt in Regno recepta, & verior opinio, inſerta *in pragm.*2.*de clericis, & diaconis ſiluaticis*,latè nouiſſimè doctiſſ. Conſ.de Roſa *in prælud.feud. lect.*8. *nu.*47. *poſt ſecund.tomum*, & in caſibus ſupra dictis eſt in Regno limitata quantitas, ſcilicet pro redemptione Domini ducat. 50000. pro militia 12000. pro maritagio 15000. vnciarum auri, exigendarū à toto Regno,Moles *loc.cit.* §.1.*num.*6. Nouar.*de grau.vaſallor. tom.*3.*grau.*61. & ab vniuerſitatibus iuxta numerum focularium per æs & libram, Montan. *controu.*59.Add.*ad Rouit.loc.cit. n.*12.

77 Præter hos caſus, niſi, vt diximus, adſit vrgens neceſſitas, cui non poteſt ſuccurri per regales redditus,non poteſt imponi ſuperindictum, nec vrgeri Regnum ad donatiuum, vt *DD. citati*. Verum tamen eſt, quod de hac indigentia ſtatur Principis dicto, nec requiritur ſcrupuloſa indagatio,Velanſ. *conſ.*99.*nu.*1. Larr.*dict. alleg.*61. *nu.*28. Sanfelic.*loc.cit. nu.*5. & *in addit.* Prat. *vbi ſupra*,idem Sanfelic. *dec.*396.*lib.*3. Pat.Dian. *par.*2. *moral.tit.*3. *reſolut.*11. & alij,ſuper adducti, vide Thorum *ad de Pont. tit.*4. *de regalib.impoſitionibus*.

78 Debetur inſuper à ciuibus, & vaſallis burgenſibus, Baroni ſubuentio, ſeu adiutorium,in pluribus caſibus,de quibus *in conſtitut.quamplurimum*, vbi latè Andr.Gloſ.Affliĉt. & alij,Frecc.*de ſubſeud.lib.*2.*authorit.*2. vbi per decem & octo quæſtiones materiam examinat,Capiblanc.*in pragm.*1. *de Baronib. à num.*49. de Pont.*de poteſtate Proreg. tit. de donatiuis*, & *expenſis vniuerſ.* Borrell. *de præſtant. Reg. Catholic. cap.* 20.*à nu.*30.Barbar.*de diuiſ.fructuum, par.*1.*cap.*14. *à nu.*60. Molfeſ. *in conſuetud.Neapolit.par.*6.*qu.*4. *nu.*20.& *qu.*5. Ricc. *collect.*65. & 1324. Gallupp. *in metod.feud.par.*5.*cap.*2.*tom.*2. Nouar.*de grauam. vaſall.tom.*1.*grauam.*4.5.6. & *in dict.pragm.*1.*de Baron.* Petr.Gregor. *de conſuetud.feud. qu.*8. *par. principal.* Vrſell.*in examin.verb.adiutorium,concluſ.*54. Thor. *in compend. dec.par.*1. 2. *verb.adiutorium*, & *in ſupplem.eodem verbo*.

79 Primus caſus eſt,ſi Baro capiatur ab hoſtibus,dū militat pro ſuo Principe.

Secundus, pro emenda militia fratris,vel filij.

Tertius,pro maritanda, aut monachanda filia,ſorore,aut amita,quas teneretur Baro dotare.

Quartus, pro emptione Terræ pro vna vice rantùm.

Quintus, quando Rex hoſpitatur in Terra Baronis,qui ſubſtiner expenſas,vel eſt in ſeruitio ſui Principis.

80 Hæc ſubuentio à vaſallis debetur per æs,& libram,iuxta Numerationem focolariorum, Frecc. *de ſubſeud.vbi ſupra,nu.*28.Capiblanc.*num.*105. de Luc. *ad Franc. dec.*42. Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*93.98.107.488. quod
81 procedit, ſi ſint focularia effectiua, aliàs non debet attendi Numeratio Regiæ Curiæ, ſed numerus effectiuus focolariorum, Carol. Rot. *de priuileg. mulier.ſpecial.*8. *nu.*34. Reuer.de Luca

 loc.

82 *loc.cit.*& in primo caſu debetur etiam
ſubuentio Baroni,ſi poſt taxam moria-
tur apud hoſtes , aut ſi alius ipſum re-
dimeret , aut hoſtis gratuito , aut re-
miſſa pecunia liberaret , vt optimè
83 Frecc.*loc.cit.nu.*11. Sed,ſi Baro allega-
ret fraudē in Numeratione , poteſt au-
diri ſuis ſumptibus,repetendis à frau-
dantibus;& è contra poteſt audiri vni-
uerſitas , ſi ſit diminutus numerus fo-
culariorum,Capiblanc. *vbi ſupra,num.*
106. latè Barbat. *de diuiſ. fruct. par.*1.
*cap.*14. *nu.* 49. ſed interim debet ſolui
iuxta Numerationem, Regia Camera
*apud de Marin.arreſt.*93.105.107.488.
& 187.

84 Limitatur , ſi Baro eſſet captus à la-
tronibus,aut pyratis,vel ſi reperiretur
carceratus pro cauſa ciuili, aut crimi-
nali : quia dicta conſtitutio , cùm ſit
exorbitans , & onus imponens , debet
ſtrictè intelligi , vt Capiblanc. *loc.cit.*
*nu.*74.

85 Secundum caſum dicit Capiblanc.
*nu.*75. ad præſens non practicari: quia
pro emenda militia non requiritur il-
la expenſa , prout antiquitus ; ſed ta-
men ipſe exiſtimo , aliquam deberi
ſubuentionem, ſi Baro filium, aut fra-
trem,caput Cohortis alicuius eſſe pro-
curauerit,vel aliud maius officium in
militia,ex doctrina Frecc.*loc.cit.nu.*12;
ſic etiam, ſi procurauerit ingreſſum in
Religionem militum S.Ioannis Hiero-
ſolymitani,vbi deinde fuerit profeſſus,
vt Capiblanc.*loc.cit.nu.*77. Mauſon. *de*
*cauſ.exequut.ampliat.*29.*nu.*83.

86 Quid in Doctoratu filij ? vide Frecc.
*vbi ſup. nu.*15. Ann. *ſingul.*14. & Capi-
blancum.

87 De tertio caſu maritagij,vel mona-
chationis latè Afflict. *in dict. conſtit.*
Frecc. *loc.cit.à nu.*8. Menoch. *de arbi-*
83 *trar. caſ.*181. Et quidem debetur ſub-
uentio Baroni,ſi plures filias,aut ſoro-
res,habuerit,& eodem tempore nuptui
tradat, aut profeſſionem emittere cu-
ret in monaſterio,ſecundum veriorem
opinionem, de qua Frecc.*loc.cit.*& Ca-
piblanc.*nu.*84. Aiell. *de iure adohæ, nu.*
30.Capan.*eod.tract.qu.*19.*nu.*2. Franc.
dec. 306. Taſſon. in *pragm.de anteſato,*
*verſ.*3.*obſeru.*4.*num.*98. Barbat.*loc.cit.*
*nu.*69.97. de Marin. *ad Reuerter. deciſ.*
247.*&* 505.*nu.*4. *& arreſt.*12. Thor. *in*
compend. verb. adiutorium an debeatur.

89 Quod ampliatur in Barone auo,
habente plures neptes ex filio præ-
mortuo,aut inope, Franc.*dec.*225. Ca-
piblanc.*vbi ſupra,n.*86. etiam ſi neptes
habeāt bona propria,& nō ſint in eius
poteſtate,Boſſ.*de dote,cap.*5.§.2.*nu.*6.

90 Limitatur tamen, ſi dictæ filiæ, aut
neptes habeant patrem viuentem , &
91 habilem ad dotandum: quia tunc erit
eius onus dotare, & non aui,nam de-
bet attendi cauſa immediata , Franc.
*loc.cit.*vbi Reuer.de Luca,*nu.*2.de Ma-
rin.*dict.dec.*505.*nu.*8. Boſſ.*de dote, cap.*
1.§.3.*nu.*11. in hac enim ſubuentione
attenditur perſona , cui onus dotandi
de iure incumbit , ſicuti eſt pater, vel
ratione feudi,ſicuti eſt frater , qui de-
bet ſorori, aut nepti , aut amitæ,para-
gium , ratione feudi , Boſſ.*de dote, cap.*
5.§.1.*nu.*6. Vnde , ſi frater non debet
paragium in feudo , vt eſt in aliunde
quæſito, aut ab ipſo empto,non poteſt
habere ſubuentionem , Frecc. *loc. cit.*
*nu.*19.& Afflict.Capiblanc. *loc.cit.n.*91.
Loffred. *in cap.*1. §.*vt autem,de pace te-*
*nenda,*Franch. *dec.*73. Gizzarell. *deciſ.*
36.*nu.*52.53. 62. de Luc. *ad Franch.in*
dict.dec. quicquid alij in contrarium
dixerint.

92 Quid dicendum in fratre , qui de
iure tenetur dotare,in ſubſidium, ſed
non ratione feudi ? vide Theſaur.
*deciſ.*192. Boer. *deciſ.*131. Molfeſ. *in*
conſuetudin. Neapolit. part. 6. *quæſt.* 4.
de Luca *vbi ſupra,* Barbat.*loc.cit. num.*
74.77.

93 Quid in matre , vel auia materna ?
vide Molfeſ.*n.*32.Loffred.*in paraphra-*
*ſi feudal.ad Andr. in cap.*1. §.*vt autem*
æquitas,column.final. Nouar. *in pragm.*
1.*de Baronibus .*

94 Sed tamen debetur hæc ſubuentio
à vaſallis , etiam ſi adſit dos, legata à
patre,Frecc.*loc.cit.nu.*56. Aiell. *de iure*
*adohæ, num.*4. Molfeſ. *dict.qu.*4.*nu.*70.
Barbat.*nu.*78.Ann.*ſingul.*11.Capiblāc.
*à nu.*87. Vrſill. *ad Afflict. dec.*136. No-
uar. & alij, de Marin. *ad Reuerter. de-*
*ciſ.*505.

95 *dec.*505.*num.*5. Quid,ſi ob pulcritudinem ſit nuptui tradita ſine dote? vide Vrſill.*ad Afflict.loc.cit.*Frecc.*de ſubfeud.*Aiell.& de Marinis citatos.

96 Quid in filia ſpuria, aut naturali? vide Frecc.*loc.cit.qu.*3.Vrſill.*ad Afflict. dec.*265.*nu.*57.Nouar.*vbi ſupra*, Capiblanc.*nu.*103.& verior eſt opinio, non deberi,vt optimè de Marin. *ad Reuerter.loc.cit.& dec.*360,*nu.*2. Tap.*in dict. conſtit.quamplurimum*.

97 Verum tamen eſt, quod pro matrimonio carnali exigitur adiutorium ad rationem carolenorum quinque pro quolibet fumante, ſed pro matrimonio ſpirituali,ſcilicet pro monachatione, exigitur medietas, quia minor dos,& expenſa requiritur, Afflict.*dict. dec.*136.Grammat.*dec.*98.Frecc.*loc.cit. n.*23.Capiblanc.*nu.*103. Ann.*ſingul.*13. Ricc.*collect.*65. Paſchal. *de patr.poteſt. par.*4.*cap.fin.nu.*30. Franc.*dec.*301.Taſſon.*dict.verſ.*3.*obſeruat.*4.*nu.*47.Vrſill. *loc.cit.concluſ.*54.*nu.*8. Nouar.*grauam.* 5.*nu.*3.& Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*77.92.127.380. 565. Nouar. *de grauam.vaſall.lib.*1.*grauam.*5.

98 Et vniuerſitas habet dilationem anni,à die profeſſionis, ſoluẽdi hoc adiutorium tertiatim,&, ſi maritentur,aut monacentur duæ filiæ, habebit biennium, & ſic de ſingulis, Regia Camera *apud de Marin.dict.arreſt.*92.93. 107. & dictum tempus,vt diximus,incipit currere à die contracti matrimonij in faciem Eccleſiæ, aut ſolennis profeſſionis, vt Frecc. Tap. & Capibl. *loc.cit.* Nouar. *de grauam.vaſall.lib.*1. *grauam.*6.*& in pragm.*1. *nu.*34. *de Baronib.*Ann.*ſingul.*13. Franc.*dec.*42.Taſſon. *loc.cit. nu.*42. Gallupp. *in methodo feudal.tom.*2.*par.*4.*cap.*3.*num.*41.Thor. *in compend.part.*1. *verb.adiutorium, vel*

99 *ſubuentionem debitam*;Taliter,vt,ſi ante profeſſionem, Baro vendat feudum, ſubuentio non debetur,Barbat. *loc.cit. num.*82.

100 Sed tamen,aduerte, quod,ſi vniuerſitas ſit pauper, debet concedi maior dilatio arbitrio Iudicis, Thor. *in comped.par.*2. *verb.adiutorium, debitum à vaſallis*,vt fuit obſeruatum cum Barone Sternatiæ, iuxta tradita per eundem Thor.*in ſupplement.verb.adiuria plurâ*,Nouar. *in dict.pragmat.*1.*collect.*2.*nu.*29. Barbat. *nu.*97.ac etiam,

101 quod exactio adiutorij non eſt immediatè facienda ab vniuerſitate, ſed

102 à ſingulis ciuibus:quia hoc onus afficit ſingulos,vti ſingulos,non verò vti corpus vniuerſale, vt ex verbis dictæ conſtitutionis *quam plurimum*, & conſtit. *Comitibus*, probant Frecc. *loc.cit. nu.*28.29.30.Barbat. *num.*45. Benè ve-

103 rum eſt, quod non eſt facienda exactio æqualiter per focularia, ſed per æs, & libram, iuxta facultates foculariũ, habito reſpectu ad bona, & induſtriam, proportione geometrica, vt optimè Barbat.*loc.cit.nu.*46. & faciunt

104 tradita per Montan.*controu.*59. Et,ſi ciuis ſit pauper, adeo vt non valeat functiones fiſcales ſoluere, non tenetur ad adiutorium, vt refert deciſum in cauſa vniuerſitatis Tricarici cum eius Barone Capiblanc. *in pragm.*1. *de Baronib.tom.*2.*nu.*16.

105 Aduerte ſecundò,quod,ſi Baro,aut altero titulo decoratus,poſſidet plures Ciuitates, aut Terras, & exigendo ad rationem carolenorum quinque pro quolibet foculari,aut medietatem pro monachatione,nihil poneret de ſuo in dote, immo lucraretur,à vaſallis exigendo per focularia, hoc caſu non fiet exactio ad dictam rationem, ſed ad minorem. Ratio eſt,quia hæc eſt ſubuentio, quæ ſupponit debitum principale Baronis, vnde debet fieri taxa arbitrio boni viri, habita ratione ad quantitatem dotis,expenſarum, pretij Terræ,& ſic in alijs caſibus ſubuentionis, Frecc. *loc. cit. num.*23. 27. Capiblanc.*loc.cit.nu.*104. *verſic. & aliquando*,Nouat.*in dict.pragm.*1.*nu.*34.

106 Aduerte tertiò,quod hæc ſubuentio exigitur à vaſallis habitantibus,nõ verò abſentibus à Terra Baronis, Vrſill.*ad Afflict.dec.*156.*nu.*8. Franch.*dec.*

107 131.*nu.*24.Nouar.*vbi ſupra*. Nec etiã poteſt exigi ab exteris habitantibus, non numeratis in dicta Terra,vbi non ſunt focularia,Iſern. & Afflict. in dict. conſtit. *quamplurimum*, Frecc. *loc.cit.*

*num.*31.Capiblanc.*in d.prag.*1.*nu.*48.

108 Nec poteſt exigi à Baronibus propria authoritate, ſed præuio ordine Regiæ Cameræ, vel Collateralis Conſilij, Nouar. *vbi ſupra, nu.*20. *& de grauam. vaſall. tom.*2. *grauam.*17. Afflict. *dec.*136. Montan. *de Regal.* §.*extraordinaria collatio, num.*5. Danz. *ad Gram. dec.*88.*à nu.*35. Dominus Conſil. Petr. *rit.M.C.*265.*nu.*107.*& rit.*273. *à num.* 174.*tom.*3.

109 Quartus caſus eſt, quando Baro emit Oppidum, aut Ciuitatem, debetur adiutorium à vaſallis, Afflict. *in dict. conſtit.* Frecc.*loc.cit.nu.*24. Aiell. *loc.cit. nu.*32. Taſſon.*nu.*82. Capiblanc.*in dict.*
110 *pragm.*1.*n.*79.& pluries Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*187. 220.380.

111 ſed pro vna vice tantum. Sed, an habeat locum in hærede Baronis, aliam terram ementis, ſcilicet an poſſit petere aliam ſubuentionem? diſtinguit Afflict. *in dict.conſtit.* quod ſi feudum filij ſucceſſoris eſt hæreditarium, non poſſit petere aliam ſubuentionem, quia eam habuit eius pater in emenda alia Terra; ſecus autem ſi ex pacto, & prouidentia, ſequitur Frecc. *loc.cit. qu.*3. ſed tamen contrarium tenet, & deciſum refert Capiblanc. *in d. pragm.* 1.*num.*83.

112 Limita, ſi Baro emeret ſecundas cauſas, aut iuriſdictionem criminalem, in aliqua Terra, Barbat. *loc.cit.nu.*92.

113 Frecc.*nu.*26. licèt aliter, ſi ciuilem, Doctores,*vbi ſupra,*Tap.*in dict.conſtit. quamplurimum.* Ratio eſt, quia habens iuriſdictionem ciuilem, dicitur verè Baro, non verò habens criminalem; vnde habenti ciuilem tantùm debetur ſubuentio, vt Frecc. *loc.cit.num.*19. de Marin.*ad Reuerter. dec.*505. *nu.*12. Capiblanc.*in dict.pragm.*1. *nu.*64.*& prag.* 12. *nu.*39. Capan. *de iure adoha,qu.*48. Giurb.*obſeru.*115. Sanfelic.*dec.*321.*nu.* 11. Borrell. *de præſtant. Reg. Catholic. cap.*20.*nu.*33. de Marin. *ad Reuert.dec.* 85.*nu.*5.

114 Vltimus caſus eſt, ſi Rex hoſpitatur in Terra Baronis, quia in expenſis erogandis per ipſum debent vaſalli contribuere, Capyc. *in cap. imperialem,* §.*final.de prohibit. feud. alienat.* Doctores *vbi ſupra*.

115 Et in omnibus ſupradictis caſibus debetur ſubuentio à vaſallis, dummodo Oppidum, aut Terram, habitent;
116 ſed quid, ſi habitetur à Sclauonibus, aut Illyricis, aut alijs exteris, de quibus diximus *in ſua rubrica*? & videtur dicendum, ipſos non debere contribuere: quia non numerantur in generali ordinaria Numeratione, ſed quolibet anno à Regio Perceptore prouinciali, vt Regia Camera *apud de Marin.arreſt.*22. ob eorum inconſtantiam in habitando; & ab ijs focularibus Regia Camera exigit annuos carolenos vndecim pro foculari, & medietatem onerum extraordinariorum, vt Frecc.*de ſubfeud. dict.authorit.*2. *qu.* 10.*nu.*8. Reg. Moles *de immunit. fiſcal,* §.1.*à nu.*100. Sed tamen videtur procedendum cum diſtinctione: vel enim habitarunt tales nationes per ſpatiũ viginti annorum, cum domibus, poſſeſſionibus, & vxore, & tunc, quia ſunt effectæ veri ciues ordinarij, vt diximus *ſuo loco*, debent præſtare adiutorium, ſecus ſi è contra, Frecc.*dict.authorit.*2. *qu.*10.11.

117 Amplia primò, vt debeatur adiutorium Baroni, poſſidenti feudum cum pacto de retrouendendo, Frecc.*loc.cit. à nu.*1.Amat.*conſ.*79.*nu.*9. Franc.*deciſ.* 76.*nu.*9. Barbat. *vbi ſupra, nu.*73.Tap. *in dict.conſtit. quamplurimum,* de Marin. *ad Reuerter. dict. deciſ.*505.*num.*6. Capiblanc. *loc.cit.nu.*68. de Luca *in addit.ad dict.dec.*Ricc.*collect.*65. quicquid dicant Monter. *dec. Aragon.*1. *nu.* 38. & Giurb.*de ſucceſſ.feud.*§.2.*gloſ.*13. *nu.*62. quia eorum fundamenta facilè reſoluuntur.

118 Sed quid dicendum in Barone vſu-
119 fructuario, aut in poſſidente feudum in dotem inæſtimatum, aut in pignus, aut ad gandimentum, vide Capyc.*dec.* 185.Capiblanc. *loc.cit.nu.*68. Barbat.*à nu.*60. Nouar.*in dict.pragm.*1. *de Baronibus*.

120 Amplia ſecundò in Barone, poſſidente feudum in allodium, vel francum, vel in emphytheuſim ab Eccleſia,

Franc.

Franc.*dec.*131. *nu.*21. Ann.*allegat.*105. Mart. *dec.Piſan.*34. *nu.*10. Barbat. *vbi ſupra*, *nu.*66. Nouar. *in dict. pragm.*1. Capan.*de iure adohæ*, *qu.*15. *nu.*11.

121 Amplia tertiò, in Barone,poſſidente feudum, licèt alius habeat tenutã, & fructus percipiat, quia debetur Baroni,vt Domino, Franc.*dict.deciſ.*131. *nu.*16. Frecc.*loc.cit. qu.*9.*num.*6. Immo adiutorium, non exactum, tranſmittit ad hæredes, Franc.*vbi ſupra*,*nu.*34.*&* *dec.*76.*nu.*29.

122 Amplia quartò, vt debeatur ab vniuerſitate,etiam pendente lite ſuper demanio, Ricc.*collect.*3339. Thor.*in compend.dec.part.*2. *verb.adiutorium*, *an debeatur ab vniuerſitate*.

123 Amplia quintò, etiam deberi ſubuentionem Baroni, qui emit feudum, non obſtante, quod,ex cauſa læſionis vltra dimidiam, reſcindatur venditio;
124 Immo,non obſtante dicta reſciſſione,
non tenetur reſtituere adiutorium
exactum, Franc. *dec.*172. dicta enim
ſubuentio dicitur fructus feudi, Frecc.
*loc. cit.qu.*17. *nu.*10. Reſciſſio enim ex
*l.*2. *Cod. de reſcind. vendit.* non habet
oculos retro, nec operatur fructuum
reſtitutionem, vt communiter Docto-
res *in dict.l.*2.Limitatur tamen,ſi con-
tractus ſit nullus ab initio, vel ex de-
fectu aſſenſus,vel alia cauſa, Ricc.*col-
lect.*3339. Thor. *in compend.dec.par.*2.
*verb.adiutorium,ſolutum Baroni,& in
ſupplement.eodem verbo.*

125 Ampliatur ſextò,vt debeatur ementi feudum etiam ex aliena pecunia cum inſtrumento recognitionis, vt practicatur in Regno ab exteris, vel carentibus ſucceſſore:quia emens dicitur verus Baro,nec attenditur titulus Codicis *plus valere,quod agitur*,de Marin.*lib.*2.*quotid.cap.*28.

126 Ampliatur vltimò, vt hæc ſubuentio debeatur Epiſcopis, aut Prælatis, poſſidentibus feudum cum vaſallis in ſuo Epiſcopatu, aut alio titulo Eccleſiaſtico,in aliquibus caſibus,de quibus *in dict. conſtit. quamplurimum*, Frecc. *loc.cit.qu.*17. Capiblanc.*dict. pragm.*1. *n.*49.Barbat.*de diuiſ.fructuum dict.cap.*14.*num.*23. Ricc. *collect.*51. Grammat.
*dec.*88. & potiſſimùm pro ſua conſe-
cratione,& expenſis bullarum, Afflict.
127 *dec.*136. vbi latè Addentes. Et hæc
differt à ſubſidio charitatiuo,quod tã-
tùm debetur à presbiteris ſubditis,
Barbar.& Capiblanc.*loc.cit.* Taſſon. *de
antefat. verſic.* 3. *obſeruat.*4. *num.*248.
Thor.*in compend.dec.part.*1. *verb.ſubſi-
dium charitatiuum*.

128 Et denique Regi noſtro hæc omnia
deberi ratione ſupremi dominij, *ex
dict.conſtit.quamplurimum*,tenet Iſern.
ibidem,& Reg.Tap. de Pont. *de poteſt.
Proreg.tit.*4.*nu.*46.Reuert.*dec.*369. vbi
129 Reg.de Marin. qui extendit in nati-
uitate Principis,primogeniti Regis,vt
debeatur adiutorium, quod vulgò di-
130 citur *la Faſcia*,licèt hoc non debea-
tur Baronibus, Nouar.*de grauam.va-
ſallor. lib.*1. *grauam.*8. vide eruditiſſi-
mum Conſ.Petra *dict.rit.*27. *à n.*174.

131 Præter dictos caſus non poſſunt
132 imponi noua grauamina,nec Barones
alia onera exigere à vaſallis, niſi ex
priuilegio habeant in ſuis Terris va-
ſallos angarios,& perangarios,*vt in
pragm.*16.*de Baronib.* Et ad maiorem
dilucidationem

133 Notandum eſt,quod vaſallus eſt in
duplici differentia,ſcilicet, vel eſt feu-
134 datarius,vel eſt burgenſis: feudara-
rius eſt, qui tenet ab aliquo Domino
directo feudum, cui tenetur ſeruire,&
fidelitatem iurare; vaſallus burgenſis
eſt ille,qui ſubeſt Regi,aut Baroni, ra-
tione iuriſdictionis, quam habet in
Regno,& in Terris,in quibus eſt ciuis,
etiam per incolatum, Andr. *in conſtit.
proſequentes*, Ann. *allegat.*105. & hæc
differentia etiam habetur *in cap.*1. §.
præterquam,vbi Andr. *nu.*11.*de inueſti-
tura Domini,& vaſalli,&c.* Afflict. *dec.*
304.Rouit.*in pragm.*11. *nu.*5. *de ordine
iudic.*Conſtant.*in l.vnic.C.vt armorum
vſus,lib.*11.*nu.*27.Capiblanc.*in pragm.*
10.*de Baronib.à num.*55. Cancer.*lib.*3.
*variar. cap.*10. *nu.*29. Et hæ duæ ſpe-
cies vaſallorum valde inter ſe diſtant,
vt in capit. in cauſis, §. *vaſalli,de pac.
Conſtant.*Capyc.*dec.*162.*num.*14. Capi-
blanc. *vbi ſupra*,*nu.*66. *& in pragm.*8.
*nu.*122.*tom.*1. & vaſallus burgenſis di-

citur

citur proptiè ſubditus, Cancet. *lib.2. variar.cap.10. nu.29.* Nouar.*de grauamin.vaſall.tom.1.prælud.12.nu.10.* Dominus Conſil.Petra *rit.M.C.273.à nu. 9.tom.3.*vbi latè;De vaſallo primæ acceptionis egimus *in rubrica de Baronibus*, & agemus aliqua, Deo dante, alibi.

Vaſallus burgenſis,ſiue ſubditus ratione iuriſdictionis, poteſt eſſe angariu
135 rius, aut perangarius. Eſt autem angaria munus præſtandarum operum à perſona expenſis Domini,*l.medios,Cod. de ſuſceptoribus*, *lib.11.* Perangaria eſt idem munus perſonæ ſeruiendi, ſed proprijs ſumptibus,*l.1. Cod.de curſibus publicis,& angarijs, & perangarijs,lib. 11.*Andr.*in cap.1. nu.52. verb.angaria, tit.quæ ſint regalia, & in conſtit.proſequentes,columm.2.* vbi Afflict.Iacob.de S.Georg.*de feud.tit.de homagio*, Natt. *conſ.185.* Gaill *lib.2.obſeruat.52.* Cyn. Alberic.& Petr.de bell. pertic. *in l.neminem, Cod.de ſacroſanct.Eccleſ.* Innocent.*in cap.non minus, de immunit.Eccleſiaſtic.*Borell.*de præſtant.Reg.Cathol. cap.18.* Capiblanc. *loc.cit. & in pragm. 14.eod.tit.tom.2.c.89.* Reuert. *dec.398.* vbi Reg.de Marin.*& lib.1. quotid. cap. 107.nu.16.*Et hæc munera inter regalia connumerantur, & ideo ſoli Principi competunt,*vt in dict.§.angariæ*: ſolus enim Princeps eſt perſonarum Dominus,*vt in conſtit. quia frequenter*, Capyc.*in inueſtit.feudal. verſicul.cum angarijs*; & hæc onera etiam tempore Romani Imperij erant cognita,& obligati dicebãtur ſerui adſcriptitij, Gloſ. *in l.quemadmodum*, *Cod. de agricol. & cenſit.lib.12.*Capyc.*dec.168.* & illis Imperatores vtebantur pro ſeruitijs ſordidis, Roſental. *de feud. cap.5.concluſ. 70. tit. 3.* Afflict. *in conſtit. adſcriptus*, Capiblanc. *dict.cap.89. nu.4.* & in Regno aliquibus Baronibus Rex ex priuilegio conceſſit has angarias, & perangarias,in aliquibus Terris,aut quaternis ipſius Terræ,Afflict.& Roſental. *loc.cit.* Nouar. *dict.prælud.12.nu.7.* ſed tamen vaſallus perangarius pauper debet ali à Domino, Nouarius de grauam.*vaſall.tom.1.grauam.103.nu.13.*

136 Sed an poſſit Rex nouas angarias vaſallis imponere? vide Capiblanc.*dict.*
137 *cap.89.n.7.*Hinc deducitur,quod nullus Baro poteſt poſſidere huiuſmodi vaſallos ſine titulo, aut priuilegio, Andr.& Afflict. *in dict.cap.1.* Reuert.&
138 Botell.*loc.cit.* Nec poteſt Baroni ſuffragari aliqua præſcriptio,Taſſon.*in pragm. de anteſato 3. verſic.3. obſeruat. 4.nu.192.*Borell.*vbi ſupra,num.36.*Sed, an ſaltem poſſit ſuffragari conſuetudo, aut præſcriptio immemorabilis? vide Nouat.*dict.grau.3.nu.10.* Franc.*dec.46. nu.4.*

139 Verum tamen eſt, quod,ſi procedit opinio affirmatiua, quam videtur tenere Nouarius, & ipſe pro nunc non probo,vt alibi, Deo dante, poteſt tamen interrumpi etiam vaſallorum proteſtationibus extraiudicialibus nõ intimatis,immo ſecreto murmure, & lamentationibus populi, ob metum præſumptum,& reuerentiam erga Baronem, vt Andr.*in dict.cap.1.nu.62.*& Afflict. *in §. extraordinaria collatio*, Natt.*conſ.80.* Pacian. *de probat. negat. nu.80.lib.1.*Nouat.*loc.cit.nu.32.*Conſil. Petra *rit.M.C.45.nu.13.*Moles *dec.Regiæ Cameræ, tit.de exaction.funct.fiſcal. §.3.qu.8.à nu.53.*Fab.*in ſuo Cod.tit.de ſeruitut.definit.1.& 10.*Vrſill. *ad Afflict. dec.282.*

140 Sed, an aduerſus immemorabilem detur reſtitutio in integrum vaſallis, & vniuerſitati? vide Vrſill. *ad Afflict. dec.37.& dec.329.*

141 Aduerte tamen, quod vaſallus angarius non cogitur extra patriam Baroni ſeruire,*l.nemo*,vbi Gloſſa, *l.pro locis,Cod.de annon.& tribut.lib.10.*Andr. *in cap.1. §.ſed nec alia iuſtitr,column.3. de probib.feud. alienat.* Ann.*ſingul.360.* Roſental.*de feud.concluſ.71.* Capiblãc. *vbi ſupra,nu.19.*Nouar. *de grau. vaſall.*
142 *lib.1.grauam.104.* Et debet Baro vti ſeruitute horum vaſallorum arbitrio boni viri, nec vltra modum grauare, Nouar. *de grauam. vaſall. tom. 3. grauam.30.*

143 Et vaſallus angarius,& perangarius transmittit ad ſeruitutem eius deſcẽdentes, eo ipſo, quod ius ciuilitatis

adep-

adeptus eſt in loco per natiuitatem ;
aut originem: quia ius vaſallagij,& fo-
eulariorum,eſt quid vniuerſale,& con-
ſideratur vti vnum corpus cum aug-
mento,& decremento,& nunquam pe-
rit,niſi deſtructa Terra, aut Ciuitate,
Rouit. *in pragm.1. de iurib. & exactio-
nib.fiſcalib. à nu.*28. de Medic. *allegat.*
51.52.Fab.de Ann.*conſ.*61.& ſi hoc ius
144 reſeruetur in foecularibus certis, aut
certis dotibus, tunc ſolùm ab illis po-
teſt exigi cum augmento , & decre-
mento, Capyc. *in inueſtit. verb.feudorũ
augmenta,verſic,vaſallorum verò* , Ro-
uit.*loc.cit.nu.*31.
145 An verò ius angariæ , & peranga-
riæ , poſſit conſiderari in vaſallo, ſiue
ciue,effecto per allectionem, aut inco-
latum ? Et videtur negatiue reſpon-
dendum, quia nouus ciuis non tenetur
ad onera antiqua vniuerſitatis, & con-
tracta ante ciuilitatem , vt Regia Ca-
mera *apud de Marin.arreſt.*233. Quod
146 limitarem,ſi in priuilegio adſint ver-
ba futuri temporis reſpectu vaſallo-
rum , vt in materia iurium fiſcalium
firmarunt Rouit. de Medic. & Ann. *vbi
ſupra*,Moles *in tit.de exact.funct.fiſcal.*
§.3.*qu.*8.*à nu.*27.
147 Vaſallus angarius , ad inſtar ſerui
adſcriptitij , non poteſt diſcedere à
Terra Baronis , & habitare in alia Ba-
ronali ; & ſi de facto ſe abſentauerit,
poterit reuocari , licèt ſecus , ſi habi-
148 tauerit in Terra demaniali . Sed va-
ſallus perangarius poterit reuocari
ad quemcunque locum diſceſſerit , *vt
ex conſtitut.proſequentis* , Afflict.*in con-
ſtitut.quiſquis* , *de* Marin. *dict.cap.*107.
Reuert.*decis.*394. Afflict.*deciſ.*265. *nu.*
81.Capyc.*deciſ.*118. 168. Frece.*lib.2.de
149 ſubfeud. authorit.* 15. Ann.*allegat.*64.
*num.*14. Capiblanc.*ſingul.*14. & anga-
150 ria , & perangaria,probatur teſtibus,
& inſtrumentis , Maſeard. *de probat.
concluſ.*1404. Sic ex præſtatione ſerui-
tiorum , exercitio Iuriſdictionis, & li-
bro Numerationis , Rouit. *in pragm.*1.
*tit.vbi quis de delict.conueniri deb. n.*15.
Maur.iun.*allegat.*27.*nu.*3.Thor.*in com-
pend.deciſ.par.*2. *verb. conceſſio alicuius
vaſalli,column.*7.*fol.mihi* 564.
151 Verum tamen eſt, quod vaſalli Ba-
ronis ſunt magis Regi ſubditi, quàm
ipſi Baroni,Maſtrill.*dec.*145.*nu.*36.quia
Rex dicitur Dominus perſonarum in
Regno Ann. *in rubr. de vaſallo decre-
pita ætatis,nu.*14.conferunt tradita per
Peguer. *dec.*57.*nu.*9. & contra Baronẽ
tenentur Regi opem ferre, Afflict. *in
conſtit.Domini à vaſallis, nu.*18.*& dec.*
265.*nu.*105.& dicuntur eſſe ſub Regia
protectione immediate, Afflict. *in con-
152 ſtit.fidelium,nu.*1.Et qui eos offendit,
facit Regi iniuriam,Curt.iun.*conſ.*137.
*num.*8. *ex l. final.* §. *final.* vbi Bart. *ff.
de iniurijs*,Innocent.& Ioan.Andr. *in
capit.dilectus, de appellat.* Martin.Lau-
denſ.*in tract.de Principe*, §.388. & po-
teſt bellum indicere contra iniuran-
tem,vel opprimentem vaſallum Regis
pro vltione iniuriæ, Par.*de ſeintegrat.
feud.cap.quidam Baro,nu.*9. & dans dã-
153 num vaſallo , dicitur dare Regi, de
Pont. *conſ.*90.*nu.*24. *lib.*1. Sic etiam ,
poſt Regem , militat etiam ratio ea-
dem in Barone, vt probat Afflict. *in
154 conſtit.obſtruent,num.*2.& ſicuti iniu-
ria , facta filio , dicitur facta patri, ſic
etiam facta vaſallo,dicitur facta Baro-
ni,qui etiam dicitur pater vaſallorum,
Capiblanc. *in pragmat.*12. *de Baroni-
bus,nu.*21. Franch. *deciſ.*197. Et poteſt
155 comparere pro vaſallo , etiam in iu-
dicio, & oppreſſum etiam defendere
156 extra iudicium,ſicut Abbas pro mo-
nacho, vniuerſitas pro ciue,Afflict. *in
cap.vnic.* §.*præterea, ſi vaſallus,num.*4.
*quæ ſit prima cauſa beneficij amittendi,
& in cap.*1.*de pace,iuramento firmanda,
nu.*65.92. Frecc.*de ſubfeud. lib.*3.*authro-
rit.*27.Ann.*ſingul.*61.Capiblanc. *loc.cit.
num.* 23. *& ſingul.*11. *& in additione* ,
Fontanell. *de pact. nuptialib. concluſ.* 4.
*gloſ.*15.*nu.*231.
157 Nota tamen vltimò,quod vaſallus
angarius , & perangarius, duplici mo-
do poteſt dici,vel ratione perſonæ; &
ſunt illi , de quibus hactenus dictum
eſt;vel ratione rerum,quæ poſſident in
Terra Baronis , quorum occaſione te-
nentur ad dicta ſeruitia , & hoc caſu
non

non dicuntur verè vaſalli angarij, &
perangarij: quia, dimiſſis rebus, ceſſat
eorum obligatio, & poſſunt ad libitum
recedere, vt Regnicolæ *in conſtit. Regn.
errores*, Reg. Mol. *vbi ſupra, dict. qu.* 8.
num. 6.

158 Vniuerſitates Regni, vt diximus,
tenentur ſoluere iura fiſcalia ſecundũ
numerum foculariorum in Numera-
tione, quæ priùs erant caroleni quin-
decim pro quolibet foculari, & dice-
bantur iura ordinaria tempore Al-
phonſi, vt diximus *in tit. de origine Nu-
merationis*; deinde aucta ſucceſſiuis
temporibus pro indigentijs, & ex cau-
ſis, etiam in corpore iuris clauſis, & li-
cèt tempore eorum impoſitionis dice-
bantur extraordinaria, ſunt tamen ad
præſens quinque effecta ordinaria, &
omnes ſunt ſeptem impoſitiones, de
quibus Moles *de immunit. funct. fiſcal.*
§. 2. *qu.* 5. Merlin. *lib.* 1. *controuerſ. cap.* 2.
Nicolin. *in collect. decret. Regiæ Cameræ,
impreſ. poſt ſuam praxim, fol.* 5. in qui-
bus venit ſalarium Barrigelli Campa-
neæ, vt DD. citati, pro perſequeudis
malefactoribus; qua de cauſa vniuer-
ſitates Regni ſunt releuatæ à cuſtodia
Territorij; nec habet locum diſpoſitio
*conſtitutionib. damna clandeſtina, ex
pragm.* 1. *de damn. clandeſt.* Campagn.
in cap. præſertim, Carauit. *in pragm.* 2.
de exulibus, nu. 31. *& ritu M.* C. 311. *nu.*
6. *& rit.* 340. *n.* 66. Thuſc. *ſingul.* 38. *lit. V.*
Capiblanc. *in pragm.* 19. *de Baronibus, &
tom.* 2. *qu.* 99. *nu.* 9. Thor. *in addit. ad de
Pont. tit. de regalib. impoſit. à nu.* 59. Reg.
Moles *deciſ. Reg. Cameræ, tit. de exact.
funct. fiſcal.* §. 3. *qu.* 12. Merlin. *lib.* 1. *con-
trouerſ. cap.* 2. *nu.* 7.

159 Necnon impoſitio pro conſtructio-
ne Turrium maritimarum, cum diſtinc-
tione, vt vniuerſitates, diſtantes ab ora
maritima vſque ad duodecim millia-
ria, ſoluant medietatem impoſitionis,
vt Regia Camera *apud de Marin. ar-
reſt.* 301. 381. Reg. Moles *loc. cit.* Tap.
in rubric. de conſtit. Princip. cap. 4. *nu.* 7.

160 Ex hoc tamen vniuerſitates am-
pliùs non tenentur ad conſtructionem
Caſtrorum, ædificiorum, & fortalitij; &
licèt ex *cap.* Regn. *item ſtatuimus, quod
ab vniuerſitatibus*, ſit diſpoſitum, vt te-
neantur ad reparationem, & refectio-
nem; tamen hoc fuit correctum per
Regiam pragm. 1. §. 5. *de ſalario eorum,
161 qui mittuntur, &c.* niſi vel conſuetu-
dine, legitimè perſcripta, vel alia obli-
gatione, ſint adſtrictæ, vt Nig. *in dict.
cap.* Rouit. *in dict. pragm. nu.* 12. Reg. de
Pont. *de poteſt. Proreg. tit. de elect. offic.*
§. 1. *à num.* 31. vbi Thorus, Maſtrill. *de
Magiſtrat. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 183.
Capiblanc. *in pragm.* 19. *de Baronib. nu.*
37. Thor. *in compend. deciſ. par.* 1. *verb.
vniuerſitates*, Franc. *dec.* 78. vbi Reue-
rend. de Luca, Ann. *conſ.* 77. Montan.
de regalib. rubric. palat. num. 88. Nouar.
de grauam. vaſall. tom. 1. *grauam.* 341.

162 Secus tamen eſt in refectione mu-
rorum ciuitatis, ad quam tenentur
vniuerſitas, & ciues, per æs, & libram,
l. ne ſplendidiſſime, l. omnes, l. turres, Cod.
de operib. public. de Pont. *loc. cit. nu.* 35.
Petr. Iacob. *in ſua praxi, tit. de refect.
muror.* Ann. *loc. cit.* Thor. *in compend.
deciſ. par.* 1. *verb. mania*, Ricc. *collect.*
136 1639. Et nemo, quantumuis priuile-
giatus, ab hac contributione excuſa-
tur, ſicut in aliis, quæ reſpiciunt publi-
cam vtilitatem, *l. ad inſtructionem, l.
plures*, vbi DD. *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Pa-
ſchal. *de patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 4. *nu.* 32.
Reuerterius, vbi Reg de Marinis, *deciſ.*
439. Nouar. *loc. cit. grauam.* 342.

164 Sed an teneatur contribuere per-
ſonæ Eccleſiaſticæ, & à quo poſſint co-
gi? vide de Pont. *vbi ſupra*, Auendan.
de exequut. mandati, par. 2. *cap.* 3. *num.* 8.
Tolet. *in ſumma, lib.* 1. *cap.* 29. Mart. *de
iuriſdict. par.* 4. *caſ.* 1. *nu.* 24 *& caſ.* 9. Bo-
nacin. *de cenſur. bull. cœn. diſput.* 1. *qu.* 19.
punct. 3. *num.* 15 Garz. *de benefic. par.* 2.
cap. 3. *à nu.* 12. de Marin. loco citato.

165 Aduerte tamen, quod, ſi ſit ciuitas
maritima, & fortalitium, & vniuerſitas
ſit impotens, tunc ſunt muri reficien-
di expenſis Fiſci, cum facultate repe-
tendi, vel ſit contributio tranſacta per
Fiſcum, vt referunt deciſum Moles *loc.
cit. nu.* 10. de Pont. *vbi ſupra*, Ricc. &
Thor. *in compend par.* 1. *verb. mania
166 ciuitatis*, in cauſa Ciuitatis Monopo-
lis, & Gallipolis; ſed tamen pro Ciui-
tate

Digitized by Google

tate Neapolis fuerunt nonnullæ im-
poſitæ gabellæ per totum Regnum, ex
gratia Catholicæ Maieſtatis, vt Thor.
*in addit.ad de Pont.loc.cit.à nu.*38.Mut.
Surg.*in addit. ad Fratr. de Neapoli il-
luſtr.cap.*267.

167 Item vniuerſitates tenentur hoſpi-
tari milites,leuis, & grauis armaturæ,
& alios, iuxta indigentiam, tempore
ſtatuto: hoc enim munus dicitur pa-
trimoniale,ſeu reale, *l.3.Cod.de mune-
rib. patrimon. lib.* 10. *l.3. §. eos, & §.
munus,ff.de munerib.& honorib.*Bartol.
*in l.qui immunitatem, nu.*2.*Cod.de mu-
nerib. patrimon. lib.* 10. Gaill *lib.* 2.
*practicar.obſeruat.*52. Mauſon.*de cauſ.*
168 *exequutiuis,lib.1.ampliat.29. nu.*103.
Et hoc onus dicitur de regalibus, An-
dr. *in cap.*1. *§.extraordinaria collatio,
tit. quæ ſint regalia*, de Pont.*de poteſt.
Proreg. tit. de diuerſ.prouiſionib. §.6. à*
169 *nu.*4. & in conceſſione immunitatis
non venit hoc onus, de Pont.*vbi ſu-
pra,nu.*5. Thor.*in compend.verb.immu-
nitas*, Moles *in dec.*Reg.*Cameræ, tit.de
immunit.funct.fiſcal.q.*6. Et nemo,quã-
tumuis priuilegiatus, excuſatur,niſi in
caſibus,à iure expreſſis, Moles *loc.cit.
qu.7.nu.*10.de Pont. & alij,*vbi ſupra*.

170 Quia hoc munus, vt diximus,eſt pa-
trimoniale,Bart. *in l.qui immunitatem,
& in l.reſcripto, §.ſciendum,nu.3.ff.de
munerib. & honorib.* Gaill *vbi ſupra*,
Thor.*in addit. ad de Pont.loc.cit.ad nu.*
4.Rouit.*dec.7.à nu.*10.

171 Eximuntur tamen primò perſonæ
Eccleſiaſticæ, *capit. Regn. item ſtatui-
mus,& cap.ad audientiam*, de Pont.*loc.
cit.nu.*14. Sed,ſi habitent cum conſan-
guineis laicis, ſunt immunes ab hoſpi-
tando, ſed laici tenentur contribuere
in pecunia, Thor. *in compend. part.* 1.
verb.immunitas hoſpitandi, Regia Ca-
mera *apud de Marin.arreſt.*461.491.

172 Eximuntur ſecundò milites, nec-
non vniuerſitates, electæ â Barone in
eorum Cameram reſeruatam, ex pri-
uilegijs, conceſſis Baronibus Regni,*vt
in cap.32.priuileg.*Reg.*Cathol.& in pri-
uilegijs Ciuitatis Neapolitanæ cap.* 8.
*fol.*66. Surg.de Neap. *illuſtrat. cap.*23.
*num.*3. vbi Addens,Rouit. *in pragm.3.
de militib. nu.*12. licèt teneantur con-
tribuere in expenſis, vt Rouit.*in dict.
pragm.nu.*14. Thor. *in compend. part.*1.
*verb.hoſpitari milites, & verb.immuni-
tas hoſpitandi*, Regia Camera *apud de
Marin. arreſt.*525. & hæc impoſitio
hoſpitandi, etiam eſt vnita in Regijs
Fiſcalibus in Regno.

173 At quando in aliqua vniuerſitate
contingit onus hoſpitationis militum
ex cauſa vrgenti,tunc tenetur eos per
focularia diſtribuere, & ciues tenen-
tur dare vtenſilia, paleam, & fenum,
non verò alimenta, ſal, aut oleum,
*pragm.3.§.20.pragm.8. & pragm.12.§.
34.de militibus*, in quibus datur nor-
ma hoſpitationis, & eſt de iure *in l.
vnic.ff.de ſalgamo hoſpitib. nõ præſtand.*
171 *lib.* 12. Sed tamen vniuerſitas rele-
uatur ab impoſitione tatæ fiſcalium
impoſitionum pro hoſpitatione, durã-
te tempore, *vt in pragm.8.eodem tit.*
175 & ex cauſa vrgenti poteſt cogi, etiã
immunis ad hoſpitandum,de Pont.*de
poteſtat. Proreg. tit. de prouiſ.ſier.ſ.lit.
§.6.à num.*22.

176 Si militibus hoſpitantibus deficiat
pecunia ordinaria pro ſtipendio, quia
non ſubminiſtratur à Regia Curia,
tunc vniuerſitas tenetur contribuere
ſingulis diebus nomine mutui,& dein-
de repetere, aut compenſare cum Fi-
ſcò,*l.fin. §.erit autem; Cod.de re mili-
tar.lib.*12. & eſt diſpoſitum per pragm.
3.*de militib.*Conſ.Rocc.*loc.cit.nu.*83.

177 Diſtribuere hoſpitia militibus
ſpectat ad Syndicum, ſeu Deputatos,
per ſchedulas, nec Baro poteſt in his
ſe intromittere, Capyc. *in inueſtit.feu-
dal.verb.ad hoſpitiorum*, Capiblanc.*in
pragm.19.de Baronibus, num.66. tom.*1.
Amend.*ad Franch.dec.*210. *nu.*97. No-
uar.*de grauam.vaſall.grauam.*280. nec
poterunt cogere priuilegiatos ad hoſ-
pitandum,Capiblanc. *loc.cit. à nu.*64.
& ſi ſecus, poteſt de hoc grauamine
cognoſcere Iudex loci, Danz *de pugn.
Doctor.tit.de officialibus in genere,cap.*1.
*nu.*5.6. Nouar.*loc.cit.nu.*4. Licèt, vt di-
ximus, dicti priuilegiati non ſint exẽpti

à contributione expenſarum, etiam ſi ſint Syndici, & Electi, aliàs immunes à contributionibus extraordinarijs, *ad textum in l.Curiales,Cod.de Decurionibus,lib.*11.Bouadil.*in ſua polyc.lib.3.cap.* 8.*nu.*28. Montanar. *in pragm.*1. *de adminiſtration.vniuerſitat.nu.*883. Rouit. *dec.*70. vt in puncto Guidon Papa *deciſ.*398. Ann.*ſingul.*482. & debent diſtribui hoſpitia pro numero foculariorum, & contributio per æs, & librã, inter Ciues, ſicuti in alijs oneribus, Ann. *allegat.* 16. de Pont. *de poteſtat. Proreg.tit. de prouiſionib.fieri ſolit.* §.6. *à num.*2. Thor. *in compend.deciſ.par.*1. *verb.contributio in collectis*.

178 Aduerte tamen,quod alia eſt cauſa hoſpitationis militum,alia commiſſariorum, exactorum Regiæ Curiæ,Militum Campaneæ, Regiæ Audientiæ, vel Regiorum Miniſtrorum:his enim, & militibus,nil aliud debetur,niſi mera hoſpitalitas,domus,ſcilicet accommodata pro hoſpitio, *l.vnc.Cod.de ſalgamo hoſpitibus non præſtand. lib.*12. *l. vnic.*vbiGloſſa,*Cod.ne oper.à collatorib. exigend.lib.*10.*cap.Regn.item ſtipendiarÿ,*vbi Niget,& alij, Rip.*de peſt.de remed.præſeruat.contr. peſt.num.*212. de Pont.*loc.cit.nu.*9.licèt malè hoc ſeruetur à dictis, qui vexant pauperes vniuerſitates ad præſtandum alimenta, & alia, & exorquent pecunias per vias indirectas,vt idem de Pont.*loc.cit.nu.*

179 13.*in fine*. Verum tamen eſt, quod militibus Campaneæ,dum perſequuntur malefactores, ſubminiſtrantur alimenta ab vniuerſitatibus,vt Capiblãc. *in dict. pragm.*19. *num.*48. quia agitur principaliter de commodo ciuium, Capyc.*deciſ.*27.Boer. *deciſ.*212. Franc. Marc.*dec.*631.Capiblanc. *loc.cit.nu.*59. *& tom.*2.*qu.*99.

180 Item vniuerſitates per Numerationem tenentur eligere milites pedeſtres,& equeſtres,deſtinatos pro cuſtodia Regni,vulgò, *del Battaglione, à piede,& à cauallo*, ſcilicet quinque pedeſtres,& vnum equeſtrem,pro quolibet centenario focnlariorum, ſecundùm Numerationem,*ex pragm.*1.§.12. *pragm.*12.§.7.*& pragm.*20.*de militibus,* & electio debet fieri ab vniuerſitate ſecundùm formam, præſcriptam in dictis pragmaticis, quod eſt etiam de iure communi: quia Rex, vti dominus perſonarum, poteſt de eis diſponere, iuſta, & neceſſaria cauſa exiſtente, & ad proportionem Numerationis, & populationis,habere milites, *l.fin.*§.1. *ff.de muneribus,*Luc.de Penn.*in rubric. Codicis de tyronibus, lib.*11.Giurb.*conſ.* 59.*nu.*77. Capiblanc. *in pragm.*14.*de Baronib.tom.*2.*cap.*89.*à nu.*12.

181 Item eodem modo tenentur vniuerſitates recipere quotannis tumulum ſalis pro quolibet fumante, vltra aliam quantitatem pro mercibus, & pellibus animalium totius territorij;

182 & licèt antiquitus tempore Alphõſi primi dabatur gratis vniuerſitatibus, auctis fiſcalibus in carolenis quindecim, & granis duobus, Thor. *in compend.par.*1.*verb.focularia,colum.*2. ſucceſſiuis tamen temporibus, & ad præſens eſt diſtinctus redditus fiſcalis, & ſoluitur, etiam ex nouo augmento ad rationem carolenorum treſdecim, & granorum ſeptem; verum tamen eſt, quod ſolutio pretij ſalis, non eſt noua impoſitio, ſed antiquum vectigal, etiã tempore Romanæ Reipublicæ, vt Vlpian.*in l.inter publica,ff.de verbor.ſignificat.* & eſt de regalibus, *capit.*1. vbi Andr.*verb.ſalinarum, tit. quæ ſint regalia;*& ideo nullus,niſi Rex,eſt dominus ſalinarum, etiam exiſtentium in fundis priuatis, & ipſe ſolus poteſt ſal uendere,Luc.de Penn. *in l.*1.*Cod. de metall. lib.*11. Capyc. *in inueſtitura, verb.feudor.clauſulæ,verſic.ſalinis*, latè proſequitur Reg.Mol. *de iuribus, quæ habet Rex, tit.de iure ſalis,& ſalinarũ,* §.20.Reg.de Pont. *de poteſt.Proreg.tit. de regalib.impoſit.*§.8.*à nu.*36.de Curt. *in diuerſor. feudal.*§. *redeundo igitur,à nu.*22.latè eruditus Larr.*allegat.fiſcal.* 77.78.*pragm.*1.*de ſale vẽdendo*,vbi latè

183 Rouitus; & ſolet vendi ſal per diſtributionem, vt ſupra diximus,per focularia, aut in Regijs fundicis in aliquibus Ciuitatibus, potiſſimùm Regijs,à quibus emunt ſecundùm eorum

184 indigentiam,& non coactè. Tenetur tamen

tamen Rex omnibus Monaſterijs Re-
gni diſpenſare gratis tumulos ſex ſa-
lis ex priuilegio Caroli V. Imperato-
ris anno 1536.ut Mol.*loc.cit.n.*19.etiam
Monaſterijs de nouo conſtructis, ut
Mol.*loc.cit.nu.*10. & ſi duo Monaſteria
ſint unita,debentur duodecim tumuli,
idem Mol. *loc. cit. qu.*2. et,ſi Monaſte-
rium valde augeatur numero mona-
chorum, tunc debet augeri numerus
ſalis,ut Mol.*loc.cit.qu.*7.
185 Sunt alię compoſitiones in Regno,
et gabellæ, ut Regia dohana, gabella
ſericis et aliæ, de quibus de Pont.*tit.*
de regalibus impoſit.§.8. Mol.*dec.Regiæ*
Cameræ,tit.de exactionibus funct.fiſcal.
tit. de iure dohanar. & tit. de iuribus,
quæ habet Rex, & tit.de gabellis, §.10.
& 20. et nos alibi, Deo dante, dice-
mus.
186 Si vniuerſitas ſit in totum de-
ſtructa, & locus inhabitatus, tunc ad
nihilũ tenetur, etiam ſi homines alibi
habitent: quia tunc ſoluunt in loco
habitationis, Reg.Mol. *de exact.funct.*
*fiſcal. qu.*2. §.3. ſi verò non deſtruatur
in totum,ſed in aliqua parte,tunc vni-
uerſitas tenetur ſoluere fiſcalia iuxta
taxam Numerationis,vſque ad nouam
Numerationem: *R*atio eſt,primò,quia
omne augmentum, & decrementum,
ad ipſam ſpectat; ſecundò,quia in Re-
gno,facta Numeratione, & poſita in
Taxa, fiſcalia exiguntur per modum
corporis vniuerſi, & non à ſingulis,&
focularia deficientia ſupplentur á cæ-
teris per æs, & libram, vt Mol. *d.*§.3.
*qu.*1.*n.*6.11. Sic etiam,ſi deſtruatur Ca-
ſale, quod eſt membrum alicuius Ci-
uitàtis, quia tunc ſuppletur ſolutio à
Ciuitate, & alijs Caſalibus, per æs,&
libram,Velanz *conſ.*99.*nu.*18.*lib.*1.latè
Reg.de Pont.*de poteſt.Proreg.tit.de re-*
galib.impoſit.§.1.*à nu*18. vbi Thor.Ca-
pan.*de iure releuij, qu.*31. *nu.*18.*& qu.*
32.*num.*9. Reg.de Curt.*in diuerſor.iur.*
feudal. §.*redeundo igitur, à nu.*24. Ma-
rott. *de bonatenent.cap.*3. *nu.*12. Capi-
blanc. *in pragm.*10.*de Baron.à nu.*25.
187 Benè verum eſt, vt aliàs diximus,
quod, ſtante diminutione notabili ex
aliqua contingenti cauſa foculariorũ,
ex quo vniuerſitas ſit effecta impotẽs,
vel ſit deteriorata, & depauperata,al-
leuiatur in aliqua quantitate,vel con-
ceditur moratoria, aut ſuſpenditur
exactio, vel remittuntur fiſcalia per
aliquod tempus, vt poſſit locus reple-
ri habitantibus,de Pont. *loc.cit.*§.2.*nu.*
7. & Regia Camera *apud de Marin.*
*arreſt.*286. quæ omnia debent conce-
di à Principe, cauſa cognita, Anton.
Fab.*in ſuo Codice, tit.de precib.Imperat.*
*offerend.definit.*18.20. Thor.*in addit.ad*
*de Pont.loc.cit. nu.*2. *& in compend.dec.*
*par.*1.*verb.moratoria*, & adeſt diſpoſi-
tio Regiæ pragmàticæ 38. §.8. *de offic.*
Procurat. Cæſar. ſolus enim Princeps
dat moratoriam, & concedit immuni-
tatem, Thor.*loc.cit.ad nu.*7.
188 Si vniuerſitas ſit potens, & non
ſoluit fiſcalia ad tempus ſtatutum, &
adminiſtratores non faciunt explici-
tum aſſignamentum, poſſunt carcera-
ri, & tenentur ad pœnam, de qua in
pragm.18. *tit.de adminiſtrator.vniuer-*
ſit. & tenentur de proprio, & poſſunt
carcerari,Reg.Mol. *loc.cit.*§.3.*qu.*3.*nu.*
2.de Marin.*lib.*2.*quotid.cap.*242. Capi-
blanc.*ſingul.*3.*& in pragm.*10. *de Baro-*
*nib.à nu.*30.*& tom.*4.*qu.*67.*nu.*2.
189 Necnon ciues particulares debi-
tores collectarum,& tributorum,licèt
non debeant à principio carcerari, ſe-
cus erit,quando ſunt valde moroſi, &
contumaces: quia tunc licebit exacto-
ribus vltra carcerationem, vendere
190 eorum bona ſub haſta: denegans
enim ſoluere collectas,& alia munera,
dicitur indeuotus, & infidelis Regi,
Luc. de Penn. *in l.nemo carcerem, Cod.*
*de exactoribus tributorum, lib.*10. Petr.
Picciol.*in pragm.*1. *de appret. num.*100.
Campagn.*in capit. Regn.porrecta,n.*100.
Capiblãc.*ſingul.*35. Nouar. *de grauam.*
191 *vaſall.lib.*1.*grauam.*52.& eodem mo-
do proceditur ad inſtantiam vniuerſi-
tatis contra debitorem collectarum
pro fiſcalibus, ſine ſtrepitu, & figura
iudicij,vt habetur *in prag.*5. §.11. *de*
adminiſtrat.vniuerſit. vbi Montan.Ca-
pyc.Latr.*dec.*72.*nu.*12.*lib.*1.Reg.de Ma-
rin.*ad Reuerter.dec.*519. *nu.*2. Garauit.
*rit.M.C.*127.*nu.*8.Mauſon. *de cauſ.exe-*

*quut.ampliat.*29.*num.*108. de Pont.*in dict.*§.2.vbi Thor.*nu.*42.vbi agit quando ſit facienda ſolutio, & à quo tempore, *vt in addit.ad nu.*1.Reg.Mol.*vbi ſupra,nu.*19. & hoc eſt, etiam de iure communi, Teſtaſ. *de collect. & aſtim. par.*3.*nu.*7. Menoch. *de arbitrar.Iudic.*
192 *qu.*5.*nu.*28. Immo Perceptores carcerant ciues pro debito vniuerſitatis, vltra taxam,per eos debitam,vt ex de Pont. & Mol. tradit Marot. *de bonatenentia,cap.*3. *nu.*16. quod reprobat de Marin.*loc.cit.nu.*6. et nos diximus, *ſupra,nu.*46.

193 Et,ſi exactores collectarum, et tributorum,ſint negligentes in exigendo fiſcalia à ciuibus,et illi, vel moriantur non relictis bonis, vel efficiantur non ſoluendo, aut quoquomodo fiant inexigibiles, tenentur de proprio, *l.miſſi opinatores, Cod. de exactoribus tributorum,lib.*10. vbi Luc.de Penn. *nu.*6.*verſic.ſi culpa,* Corſett.*ſingul.*97. Excob.*de ratiocin. cap.*16. *nu.*1. Loſ. *de iure vniuerſit.par.*3.*cap.vlt.nu.*35. Cyriac.*lib.*3. *controu. cap.*523. *nu.*5. Barſ. *dec.Bonon.* 72.*nu.*10. Bonden. *de iure controu.cap.* 42.*nu.*82.Rota Roman. *part.*17.*recent. dec.*111.ex noſtratibus Zappull.*in dict. pragm.*5.§.9.*nu.*20. Lauar. *conſ.*99.Capiblanc.*ſingul.*2.de Marin.*ad Reuerter. dec.*418. Marotr. *diſcept.*36. et, ſi reti-
194 neant apud ſe pecuniam exactam, tenentur ad omnia damna,et intereſſe, ad beneficium vniuerſitatis, vt diximus in Perceptore, et docent doctores citati; immo poſſunt puniri, Bartol. *in l.*1.*Cod. de auri public.perſequut.lib.* 10.*& in l* 1. *Cod.de his, quæ ex public. collat.eodem lib.* Decius *conſ.*473. *nu.*9. Marcian.*conſ.*22.*lib.*1. Reg.de Pont.*de poteſt.Proreg. tit.de regalib. impoſit.*§.3. *à num.*1. vbi Thorus, Montan. *in dict. pragm.*5.*nu.*3. idem de Pont. *dec.*7.*nu.* 18.19. Mart.*vot.*2. *nu.*3. Præſ.Merlin. *in conſtit.officiales,nu.*4.Capiblanc.*ſing.* 3. *& in additionibus*, Gratian. *diſcept.* 304.*à nu.*20.

195 Limitatur,ſi exactor,non ſit in culpa,vel ſaltem non tam lata, ut aliqua excuſatione non ſit dignus, vt ſi fortè benignè egerit cum debitore in exigendo, nec concurrat longa mora: quia tunc,ſi interim debitor ſit decoctus,ad nihilū tenetur. Ratio eſt, quia etiam iura abhorrent acerbum, rigidum, contumelioſum, & durum exactorem, qui alioquin debet eſſe moderatus,benignus,humanus, *l.*1.*Cod.de commerc. & mercatorib. l.ſi bene, ff.de vſur.* quod tamen Iudicis arbitrio relinquitur, attentis circunſtantijs, Maſcard.*de probation. concluſ.*625. Excob. *de ratiocinijs cap.*19.*a nu.*30. Capiblanc. *dict.ſing.*2.*nu.*9.*& in dict.pragm.*10. *nu.*
199 35.Functiones fiſcales, de quibus diximus, debitæ iuxta Numerationem, impoſitæ diſtinctis temporibus, licèt ad præſens omnes dicantur ordinariæ, tamen ſolùm impoſitio carolenorum quindecim pro quolibet foculari, eſt propriè ordinaria,certa,et legalis,ſubrogata in locum antiquorum tributorum,vt aliàs diximus,et probant Reg. Mol.*de immunit. funct.fiſcal.* §. 2. *qu.*5. *nu.*12. Reg.Tap. *in rubric.de conſtitut. Princip,cap.*4.*à nu.*49.de Pont.*de poteſt. Proreg.tit.de regal.impoſit.*§.2. *à nu.*16. Capiblanc.*in pragm.*10. *de Baron.n.*10. Nec potuit negare Merlin. *dict.cap.*2. *nu.* 2. Impoſitiones verò pro conſtructione Turrium, ſtratarum, pro hoſpitio,et pro ſalario Barrigelli,sũt extraordinariæ,indictæ poſt Regem Alphõſum primum, licèt etiam ſint à iure communi cognitæ,et approbatæ. quia ſunt pro communi bono,et vtilitate; immo non dicuntur propriè Regiæ fũctiones, ſed onera Communitatum; et licèt exigantur à Regijs Perceptoribus Prouinciarum, tamen de illis habetur particularis, et ſeperata ratio, vti de re,non ad Regem, ſed ad Regnum,ſpectante, Mol. *loc.cit.qu.*5. *nu.*30.et Merlin.*vbi ſupra*,Capyc.Latr. *deciſ.*116.

197 Hinc infertur, quod,conceſſa per Regem immunitate alicui Communitati, vel priuato,in functionibus fiſcalibus, non comprehenduntur iſtæ impoſitiones,vti de re,ad ipſum non ſpe-
198 ctante, Mol.*loc.cit.nu.*33. licèt ſecus ſit, ſi immunitas proueniat ex priuilegio,in corpore iuris clauſo, Capiblanc. *loc.*

loc.cit. à nu.16. & ſing.79. tunc enim non numeratur, vt diximus de patro nouiſto, & ſi numeretur, deducitur, Capiblanc.*vbi ſupra,nu.39.*

199 Impoſitio verò pro donatiuo, ſine dubio, eſt onus extraordinarium, non perpetuum, nec certum, ſed impoſitũ ex noua cauſa, ſcilicet neceſſitatis Regij ærarij, ex doctrina Bart. *in l.1.Cod. de mulieribus, & in quo loco, lib.10.* & probat Reg.Mol.*vbi ſupra, nu.25.* Capyc.Latr.*d.&s,dec.116.*

